


ARTICELLA
PAVIA
1506






TRACT, DIVERS.




Mancante
8 carte ** (b)

Wanting of sheet b
(8 leaves)

Very rare

Iste liber est [illegible]
[illegible]





Ad Antonij Peregrini [illegible] A
Hercules Perutius Preceptor

¶ In h volumie pūo i q̄ṫitate: maxio i virtute ꝯtinētur īfrascripti codices.
Liber hysagoge Joānitij.
Liber Phylareti de pulsibus.
Liber Theophili de vrinis.
Jusiurandum Hypocratis.
Liber pronosticorum Hypocratis.
Liber affoꝛiſmoꝝ Hypocratis ſꝫ antiquā translationē ⁊ nouā pariter Theodori Gaze elegātissimā.
Collectio affoꝛiſmoꝝ Hypocratis ad vnāquāqꝫ egritudinem pertinentiū.
Liber affoꝛiſmorum Damasceni.
Flosculi ī medicina ex Cor.cel.exc̄ti.
Liber techni Galieni ſꝫ antiquā translationē ⁊ nouā pariter elegantissimā.
Text⁹ duaꝝ primarū fen primi Auicēne in theorica.
Text⁹ fen q̄rte p̄mi: ⁊ p̄ie q̄rti ī p̄ctica.
Cantica Auicēne.
Textus noni Almāsoris de egritudinibus a capite vsqꝫ ad pedes.
Collecta Jacobi de partibus in medicina pro anothomia.

Socii S. francisci Casoni ...

¶ Incipiunt Ysagoge Joannitij in medicina.



Edicina diuiditur in duas partes.s.in theoricam ꝛ practicam. Quarum theorica in tria diuiditur:scilicet in ꝯtemplationem reꝝ naturalium:ꝛ nō naturalium:ꝛ eaꝝ que sunt cōtra naturā:ex quibus egritudinis ꝛ sanitatis ꝛ neutralitatis ꝛ suarū causarū ꝛ significationum scientia procedit:quando extra cursum naturalem quattuor humores excrescunt:ex qua occasione vel ex qua significatione egritudo habeatur.

¶ De rebus naturalibus.

Res vero nāles sunt septem.s.elementa:cōmixtiōes:ꝯpositiones:mēbra:virtutes:opatiōes:ꝛ spiritus. Et alij addiderūt his alia quattuor scilꝫ:etates:colores:figuras:ꝛ distātia iter masculū ꝛ feminā.

¶ De quattuor elementis.

Elemēta sunt quattuor scilicet:ignis:aer:aqua:ꝛ terra. Ignis calidus ꝛ siccus. Aer calidus ꝛ humidus. Aqua frigida ꝛ humida:Terra frigida ꝛ sicca.

¶ De cōmixtionibus.

Commixtiones sunt nouem:octo iequales:ꝛ vna equalis. De inequalibus vero quattuor sunt simplices:hoc est calidum:ꝛ frigidum:ꝛ humidū:ꝛ siccum. Et quattuor ex his ꝯposite.s.calidūꝫ ꝛ humidum:calidum ꝛ sicum:frigidū ꝛ humidū:frigiduꝫ ꝛ siccum. Equalis vero est quando cum moderatione corpus incolume ducitur.

¶ De humoribus.

Compositiones sunt quattuor.s.sanguis:flegma:colera rubea:ꝛ colera nigra. Sanguis est calidus ꝛ humidus. Flegma frigidū ꝛ humidū. Colera rubea calida ꝛ sicca. Colera nigra frigida ꝛ sicca.

¶ De flegmate. Flegmatis autem quinqꝫ sunt modi. Est autē flegma salsum calidius ꝛ siccius ceteris:infectum humore colerico. Et est flegma dulce pertinens ad caliditatē ꝛ humectationē:infectū hūore sanguineo. Est ꝛ acre pertinens ad frigiditatem ꝛ siccitateꝫ:infectū melācolico. Est etiam flegma vitreum quod nascitur ex magna frigiditate ꝛ coagulatione:sicut in senibus naturali calore destitutis. Et est aliud frigidum ꝛ humidum:illud vero saporē non habet:sed propriam retinet frigiditatem ꝛ humiditatem.

¶ De colera rubea. ⁋ Colera rubea quinqꝫ modis constat. Est colera rubea clara vel pura nāliter ꝛ substātialr calida:cuiꝰ origo ē ab epate. Alia est citrina:cuius exordiuꝫ est a ꝯpositiōe aquosi flegmatis ꝛ colē

... frigi ... et humiditati

rubee pure: ideoq3 est calida minus. Alia est vitellina similis vitellis ouoꝝ que nascitur ex cōmixtiōe flegmatis coagulati ⁊ colere rubee clare: que est minus calida. Alia est colera prassiua ad modum prassij viridis: cuius origo magis est a stomacho q̄ ab epate. Est ⁊ alia eruginosa ad modum viridis eris ⁊ vrit in modum veneni: que nascitur ex nimia adustione: que proprium habet colorem propriāq3 eius virtutem ⁊ malitiam.

¶ De colera nigra. Colera nigra duobus modis constat. Uno modo est naturalis in modum fecis sanguinis ⁊ eiusdem perturbationis: ⁊ cognoscitur esse a coloribus nigris cum inferius vel superius extra manat: ⁊ iste modus est veraciter frigidus ⁊ siccus. Est ⁊ alius modus extra naturalē cursum: cuius origo est de vstione colerice ꝯmixtionis: ⁊ hic veraciter appellatur niger: ⁊ est calidior ⁊ leuior a superiori modo habens in se impetū pernecabilem: ⁊ qualitatem pernitiosam.

¶ De modis membrorum.

Membroꝝ modi sunt quattuor. Eoruз enim sunt quedam principalia: ⁊ sunt quasi materia ⁊ fundamenta: scilicet cerebrum: cor: epar: ⁊ testiculi. ¶ Et sunt alia quedam que predictis principalib⁹ deseruiunt: vt sunt nerui qui cerebro ministrāt. Arterie que deseruiūt cordi. Uene que deseruiunt epati. Et vasa spermatica que deseruiunt testiculis: ⁊ illis sperma ministrant. ¶ Sunt vero de mēbris aliam ꝓpriā virtutem habentia: vnde eadem membra regunt ⁊ eorum qualitas constat: vt sunt ossa: ⁊ cartilagines: ⁊ membrane: que sunt inter coriū ⁊ carnem: ⁊ musculi: ⁊ pinguedo: ⁊ caro. ¶ Alia sunt que propria virtute enixa: tamen principiū habent ⁊ vigoreз a principalibus fundamētis: vt ē stomachus: renes: intestina: omnesq3 lacerti. hec eniз sua virtute ꝓpria appetūt cibum ⁊ mutant: ⁊ operant suos actus s̄m naturam. habent ⁊ alias proprias virtutes decurrentes a principalibus fundamentis: de quibus principalibus constat sensus ⁊ vita cum voluntario motu.

¶ De numero virtutum ⁊ diuisione.

Uirtutis itaq3 trina fit partitio. Est virtus animalis. Et spiritualis. Et naturalis.

¶ De virtute naturali. Uirtus siquidem naturalis vna est que ministrat: altera cui ministratur. Sed naturalis virtus cui ministratur modo generat: modo nutrit: modo pascit. Uirtus autem que ministrat ⁊ non ministratur ei: modo appetit: ⁊ retinet: ⁊ digerit: ⁊ expellit que deseruiunt pascenti virtuti: quēadmodum pascens virtus nutribili. Et generanti virtuti deseruiunt alie due. Una que immutat cibuз: altera que informat: que in se differunt. Nam prior virtus immutat cibum ⁊ ministrat virtuti generanti sine informatione. Secunda vero immutat ⁊ ministrat generanti virtuti cum informatione. Sed informatiue virtutis operationes sunt quinq3. Assimilatiua: concaua: perforabilis: aspera: ⁊ leuis.

¶ De virtute spirituali. De virtute spirituali duo procedūt. Unū ope

ratiuum: aliud ab hoc operatum. Operatiua virtus est que cor dilatat ⁊ arterias: ⁊ iterum constringit. Ab operata vero hec nascuntur: ira: indignatio: victoria: dn̄atio: astucia: ⁊ sollicitudo.

¶ De virtute animali. Zodiaca virtus tria complectitur. Est vna virtus animalis que ordinat ⁊ componit ⁊ discernit. Secunda que mouetur voluntario motu. Tertia que sensibilis vocatur. De ordinatiua ⁊ discretiua ⁊ compositiua virtute hec procedunt. Fantasia in fronte. Cogitatio vel ratio in cerebro. Memoria in occipitio. Uirtus vero voluntarie mobilis lacertos quibus cetera membra mouentur mouet: q̄ voluntario motu mouenť. Uirtus itaqꝫ sensibilis constat visu: auditu: gustu: tactu: ⁊ odoratu.

¶ De operationibus.

Operationes duobus modis sunt. Sunt operationes: quarum vnaqueqꝫ singulariter quod suum est perficit. Ut est cibi appetitus per caliditatem ⁊ siccitatem. Digestio per caliditatem ⁊ humectationem. Retentio per frigiditatem ⁊ siccitatem. Expulsio per illud qđ est frigidum ⁊ humidum. Sunt ⁊ composite que a duobus componuntur: vt ē desideriū: ⁊ deportatio. Nā desideriū ỽtute duplici componitur. Quarum vna est que appetit: altera que sentit. Stomachus enim suam mansionem sentit. Deportatio vero duplici virtute vel amplius componitur Una que expellit: altera que attrahit vel sentit: altera que appetit.

¶ De spiritibus.

Spiritus igitur sunt tres. Primus naturalis qui sumit principiū ab epate. Secundus vitalis a corde. Tertius animalis a cerebro. Horum primus ab epate per venas que non habent pulsum in totum corpus diffunditur. Secundus a corde per arterias in totum corpus dirigitur. Tertius vero per neruos in totum corpus a cerebro dirigitur: que in septima parte rerum naturalium. i. in spiritu cognoscunť.

¶ De numero etatum.

Quattuor sunt etates. s. adolescentia: iuuentus: senectus: ⁊ seniuꝫ. ¶ Adolescentia complexionis videlicet calide ⁊ humide est: in qua crescit ⁊ augetur corpus vsqꝫ ad. xxv. vel. xxx. perueniens annuꝫ. ¶ Hanc iuuentus sequitur que calida est ⁊ sicca: perfectum sine diminutione virium corpus conseruans: que. xxxv. vel. xl. anno finitur. ¶ Huic succedit senectus frigida ⁊ sicca: in qua quidem minui ⁊ decrescere corpus incipit: tamen virtus non deficit: quinquagesimo quinto anno vel sexagesimo persistens. ¶ Huic succedit seniuꝫ collectione flegmatis humoris frigidi ⁊ humidi: in quo virtutis apparet defectus: qđ suos annos vite termino metitur.

¶ De colore cutis ⁊ diuisione.

Color cutis duobus modis fit. Aut enim hūc interiora subministrant. Aut exteriora deducūt. ¶ Ab interiorib⁹ autē duob⁹ mōis accidit. Uel ex abundantia. Seu ab equalitate humorum. Ab equali-

tate est ille qui est compositus ex albedine et rubore. Ab inequalitate vero procedunt niger:citrinus:rubeus:glaucus:et albus color. Color nanq3 rubeus:et niger:et citrinus:significant humorē corpori dn̄antem. Citrinus vero solus significat coleram rubeam. Niger vero solus coleram nigram. Rubeus solus abundantiam sanguinis. Albus namq3 et glaucus abundantem frigiditatez corpori dn̄antem. Sed glaucus ex melancolia:albus ex flegmate sui causas habere significat. ¶ Ab exterioribus nēpe colores adueniūt:sicut ex frigore scotis:et ex calore ethiopibus:et ex alijs multis accidētibus. ¶ Sunt et alij spāles vel spūales colores:aut ex timore:aut ex ira:aut ex tristitia:vel alijs animi motib⁹.

¶ De coloribus capillorum.

Capillorum colores sunt quattuor.s.niger:rubeus:glaucus:et canicies:Niger fit ex abundantia colerici incensi vel combustione multa sanguinis. Rubeus a nimietate caloris non adusti:vnde semper fiunt rubei capilli. Glaucus ex abundantia melancolie. Canicies vero fit ex nimia defectione caloris naturalis:et ex effectu putridi flegmatis.hoc plurimū fit in senibus.

¶ De tunicis oculorum.

Oculorum tunice sunt septem:et humores tres. Prima tunica dicitur retina. Secunda secundina. Tertia scliros. Quarta tela aranee. Quinta vuea. Sexta cornea. Septima coniunctiua. ¶ Humor vero primus est vitreus. Secūdus cristallinus. Et tertius albugineus qui est ante vueam tunicam.

¶ De coloribus oculorum.

Oculorum colores sunt quattuor. s.niger: subalbidus: varius:et glaucus. ¶ Nigredo fit ex defectu visibilis spiritus:vel ex perturbatione ipsius:aut ex penuria cristallini humoris:vel quia plurimuz recedit interius ipse cristallinus humor:aut ex humoruz abundantia: qui est similis albugini oui:aut ex perturbatione ipsius:aut ex abundantia qualitatis vuei humoris. ¶ Subalbedo fit ex septem rebus superioribus contrarijs.i.ex abundantia spiritus visibilis:vel claritate ipsius:aut ex magnitudine cristallini humoris et eminētia ipsius:aut ex minorantia albuginei humoris et clariiate ipsius:et defectione qualitatis vuei humoris. ¶ Uarius vero color et glaucus fit: si conueniunt cum rebus que accidūt nigredini et subalbedini. ¶ Uarius vero color significat spiritum visibilez magis abundare et clarescere in sua varietate ¶ Glaucus vero color significat spūm visibilem minus abundare et subnigrescere in sua glaucedine.

¶ De modis qualitatum corporis.

Modi qualitatis corporis quinq3 sunt.s.crassitudo nimia:et extenuata macies:sinthesis:squaliditas:et equalitas. ¶ Crassitudinis due sunt spēs.s.abūdantia carnis:et pinguedo. Abundantia carnis fit ex abūdantia caloris et humorū. Pinguedo fit ex frigiditate et humiditate intensa. ¶ Pinguedinis diminutio vel extenuata macies

fit ex caliditate & siccitate intensa. ⁋ Sintesis fit ex frigiditate & siccitate intensa. ⁋ Squaliditas nempe fit ex frigiditate: & intensa humiditate: aut simul vtrisqꝫ intensis. ⁋ Equalitas itaqꝫ fit ex humorꝫ equalitate. Corporis he sunt forme.

¶ De distantia inter masculum & feminam.

Masculus a femina differt in eo quod hic calidior & siccior est: illa vero est econtrario frigidior & humidior.

¶ Incipit tractatus rerum non naturalium. Et primo de aeris mutatione.

Aeris mutatio fit quinqꝫ modis. aut enim fit ex anni temporib⁹: & ex ortu stellarum: & occasu: ventis: terris & earum fumositatibus.

¶ De temporibus anni.

Anni tempora sunt quattuor. s. Uer equale calidum & humidum. Estas calida & sicca. Autũnus frigidus & siccus. Et hyems frigida & humida. Ex stellis immutatur aeris natura. Nam cũ appropinquauerit sol stellis vel ipse: illi calidior fit aer. His quidem a se seperatis frigiditas aeris mutatur. s. aut augetur: aut minuitur.

¶ De numero ventorum & eorum qualitatibus.

Uenti quattuor sunt. s. subsolanus: fauonius: septentrio: & auster. Quorꝫ vnus habet virtutem frigidam & siccaꝫ. Alter calidã & humidã. Ceteri ṽo duo eq̃lis virtutis sunt. Quorꝫ vni. s. subsolano caliditas & siccitas: Alteri ṽo fauonio frigiditas & humiditas attribuũt. Et auster paulo calidior & humidior. Septẽtrio ṽo frigidior & siccior.

¶ De modis terrarum & earum qualitatibus.

Terrarũ modi sunt quattuor. altitudo: ꝓfunditas: vicinitas montium & maris: equalitas terraꝫ seu locorũ quibus terre a se differunt. Altitudine & ꝓfunditate: qm̃ altitudo frigiditatẽ: ꝓfunditas huic ꝯtrariuꝫ reddit. Propinquitate montiũ eueniunt hec: qm̃ si ipsi fuerint a parte meridiana terra erit frigida. Nam montes calidis meridiani obstãt ventis. septẽtrionales venti frigidis eaꝫ petũt flatibus. si vero septẽtrio montes habuerit supiori terre ꝯtraria erit. Uicinitate maris: qm̃ meridies calidã & siccã: septẽtrio frigidã & siccã terram prebet. Preterea terre sui nã inter se differũt. Naꝫ si fuerit terra petrosa: frigida & sicca. si vero pinguis & crassa: calida & humida. lutea aũt frigida & humida erit. Immutatꝰ quoqꝫ aer fumositate vꝫ paludũ siue putredinis alicuius: vnde fiunt morbi ac pestes in hominibus.

¶ De exercitio corporis.

Exercitiũ imutat corpus. Quia qñ equale est eq̃lem p̃stat calorẽ: Cum vero amplius fit magis calefacit: sed postea infrigidat & desiccat. Ociositate corpus imutatur: q: si inequalis est: & frigiditatem facit & humectationem inequalem. si vero equalis equaliter.

¶ De diuisione balnei.

BAlnea autem dulcis sunt aque: aut non dulcis. Sed dulcis aque balneum remollit: calidum calefacit: et frigidum infrigidat. Nō dulcis vero aque balneum desiccat corpus. Quod si ex aqua salsa vel amara siue sulphurea fuerit calefacit et desiccat. Si vero a luminosa et gipsea infrigidat et desiccat.

¶ De modis ciborum.

MOdi ciborum sunt duo. Est enim cibus bonus qui bonū gignit humorem. Et est malus qui malum gignit humorem. Bonū aūt gignit qui bonū sanguinē creat: et equalem in cōmixtione et opere: vt est panis mundus et recens et fermētatus: et caro animalis agni et edulina. Malus autē cōtraria operatur: vt est panis opirus nō recens: et bouina et hyrcina caro vetusta. Preterea bonum malūq; humorē creātium cibo℞ duo sunt modi. grauis atq; leuis. Grauis est caro porcina et bouina. Leuis pullo℞ vel piscium: caro mediocrium magis mobilium et minus pinguiū et squamoso℞. Est et olerum genus quod malum generat humorem. s. colerā rubeā: vt est nasturciū sinapis et alleū. Sunt que generant melancoliā: sicut lens: caulis: caro caprina vetus et bubulina. Et sunt que generant flegma: vt est caro porcello℞: et agno℞: portulaca: et atriplex. Preterea grauis cibus gignit flegma: et colerā nigrā. Cibus leuis coleram rubeam: et vterq; malus.

¶ De modis potationum.

MOdi potationū sunt tres. Est potus qui nihil aliud est q̄ potus vt aqua. Est et alius qui est potus et cibus: vt vinum. Et est alius potus duobus pertinens superioribus: vt potio que datur cōtra morbi vitiū aliqđ: vt mellicratū: vel mulsa: vel conditū. Cibus vero huius vtilitatis est q2 reparat integritatē corporis recto ordine. Potus vero hanc vtilitatē prestat q2 reportat cibū p corpus. Sed illius potus quē potioni diximus ptinere: corporis naturā ad se conuertit.

¶ De somno.

SOmnus corporis naturā imutat. Primo q2 infrigidat exterius: et calefacit interius. Qui si prolixus fuerit: īfrigidat et humectat. Uigilijs quoq; imutatur corpus: q2 extrinsecus calefaciūt: intrinsecus autem infrigidant et exsiccant.

¶ De coitu.

COitus hoc prestat corpori. siccat corpus: et minuit naturalem virtutē: ideoq; infrigidat: multotiens vero ex multa cōcussione corpus calefacit.

¶ De accidentibus anime.

SUnt quedam accidentia anime que faciūt intra corpus aliquod: sicut que cōmouent nālem calorē ab interiori parte ad superiorē seu superficiem cutis. Aut impetuose: vt ira. Aut leuiter cū suauitate: vt delitie et gaudium. Sunt aūt que ad caliditatē cōtrahunt et celant. Aut impetuose vt terror vel timor. Aut leuiter vt angustia. Et sunt q̄ cōmouent naturalē virtutē intus et extra: vt est tristitia.

¶ Incipit tractatus rex contra naturam.

TRia ergo ↄtra naturaȝ sunt: morb⁹: morbi causa: ⁊ accidētia morbū sequētia. Morbus est qui pricipalr̄ corpori nocet nullo mediatore qui eum adiuuet: vt calor in febre succedente.

¶ De febribus.

FEbris est calor innaturalis: cursum supgrediens nature: pcedens a corde in arterias: suoqȝ ledens effectu. Cuius sunt tria genera. Unum in anima: ⁊ dicitur effimera. Aliud de humoribus qui putrescunt ⁊ putrida nuncupatur. Tertium ledit membra solida: ⁊ ipsa est ethica. Quarū effimera nascitur ab accidēti occasione. Putrida quoqȝ a putridis rebus: cuiusmodi sunt simplices atqȝ singulares: ⁊ sunt quattuor. Primus modus est qui fit de putredine sanguinis conburēs vtranqȝ partem interiorem ⁊ exteriorem: vt est sinochus. Secūdus qui fit de putredine colere rubee: vt est trithe⁹. Terti⁹ fit ex putredine flegmatis: vt est quotidianus. Quartus vero qui fit ex putredine melancolie: qui intermissis duob⁹ diebus affligit infirmū: ⁊ dicit̄ quartanus.

¶ De modis ⁊ speciebus febrium.

MOdi preterea febrium ex putredine accidentium tres sunt. Est febris que quotidie minuitur vt peraugmasticus .i. decrescens. Et est que augetur vt augmasticus donec recedat. Est qui in eodeȝ statu permanet donec iterum recedat vt homothenus. Continua febris de putredine venarum fit declinans quidem extra venas in aliquibus corporis partibus. Horripilatio fit in febribus ex infusione putredinis in sensibilibus membris mordens ⁊ infrigidās. Ideoqȝ horripilatio fit in febribus illis que babent anesim .i. interpollationem: q̄r putredines extra venas sunt.

¶ De modis apostematum.

APostematuȝ autē quattuor sunt modi simplices. Aut eniȝ fiunt ex sanguine ⁊ dicuntur flegmones. Aut ex colera rubea ⁊ dicuntur herisipile. Aut ex flegmate quod est coagulatuȝ: ⁊ dicunt̄ vndimie vel cimie .i. tumor. Aut ex colera nigra: ⁊ dicuutur cancri flegmonum. ¶ Ex sanguine signa sunt hec: rubor: duritia pulsus: dolor: calor: ⁊ tumor. ¶ Ex colera flegmonum signa sunt hec: calor: rubor mixtus citrino colori: magnitudo doloris cū punctione: ⁊ velox augmētatio. ¶ Ex flegmate flegmonis signa sunt hec: albedo: mollities: vt si digitum impresseris quasi signum facit foraminis: ⁊ est sine dolore. ¶ Ex colera nigra flegmonis signa sunt hec: durities ingēs cū nigredine absqȝ sensu.

¶ De re naturali in humano corpore.

IN humano corpore vnaqueqȝ res naturalis si propriam naturaȝ retinuerit facit sanitatem. Si vero eam dimiserit: aut facit egritudinem: aut neutrum.

¶ De generibus egritudinum.

GEnera egritudinum sun tria .s. consimile: officiale: ⁊ vniuersale. ¶ Est quideȝ egritudo consimilis similibus membris contingēs

que similia sortiuntur vocabula cum eadem passione: vt est caput dolens. ¶ Et est officialis egritudo que accidit officialibus mēbris: sicut sunt pedes: manus: lingua: dentes zč. Que nomina sibi sumunt ex sibi accidēte infirmitate: vt podagra pedi: ꝛ ciragra manui. Uel que nomina sumunt ex membris quibus accidunt: vt ciragra ꝛ podagra. ¶ Et ē demꝗꝫ vniuersalis egritudo que sociatur supradictis duabus: vt est membrorum seiunctio ꝛ paralisis.

¶ De egritudinibus similibus membris.

Egritudines ergo que partium habent similitudinem octo sunt: quattuor simplices: ꝛ quattuor cōposite. ¶ Simplices sunt: aut ex sola caliditate: aut ex humiditate: aut frigiditate: aut siccitate. ¶ Ex his inter se iunctis sunt quattuor composite. s. fri. ꝛ humi. fri. ꝛ sic. ca. ꝛ humiduꝫ. ca. ꝛ sic. ¶ Harum octo per singulas duo modi sunt egritudinis. Aut enim fit ex qualitate simplici. Aut ex humoris alterius cōmixtione. Ex simplici vero qualitate contingit infirmitas que solidis accidit membris que grece ethica dicitur. Egritudo calida: que ex humore accidit est febris ex putredine: vt superius dictum est. Egritudo frigida que sine aliquo humore accidit est: vt algor ex nimia frigiditate aeris seu niuis. Et est egritudo que cum aliquo humore frigido accidit: vt paralisis que fit in toto corpore: aut in parte. Modus humectati morbi est qui fit proprie vt non indigeat alterius humorum admixtione: vt est frigidum vulnus: vel vacuum: vel fetidissimum cum tabiditate corporis quēadmodum inflata caro hydropicoruꝫ vacuo squalore torpens. Morbus vero humidus est alios trahens ad se humores: vt hydropisis. Morbus siccus est cum humore: vt cancer durus ꝛ siccus.

¶ De morbis in officialibus membris.

Morbi in officialibus mēbris accidentes quattuor sunt. Ipsi sunt qui accidunt in plasmatione. i. forma creature: ꝛ in quantitate membroꝝ: ꝛ in nālis numeri superfluitate: ꝛ in membrorum positione. ¶ De morbis in plasmatione. Morbi officialium in forma hominis quinꝗꝫ modis fiunt. Membrorum inconuenientia: vt est feda capitis longitudo. In concauitatibus: vt si manum pedumꝗꝫ concauitas carne repletur. In poris: vt eorum strictura: aut largitas. In asperitate: vt gutturis: aut pulmonis canalium asperitas. In lenitate: veluti matricis lenitas vel stomachi.
¶ De morbis ī quātitate membrorum. Morbi in quantitate membrorum fiunt ex abundantia spermatis cum membra crescunt amplius ꝙ̄ decet. Sicut videmus fieri in magno capite: ꝛ in lingua grossa. Aut vltima paruitate ꝛ indecenti: vt paruum caput: stomachus ꝛc epar.
¶ De morbis in numero membrorum. Morbi in numero membroruꝫ fiunt: aut ex augmento: aut ex diminutione. Scd̄m augmentuꝫ quidē: aut ex cursu nature: vt superfluus digitus. Aut extra cursum: vt lum-

brīci: ascarides: verruce: ꝛ acrocordines. i. magne carnis additiões: vel verruce magis late: vel porr. Scdm diminutionē vero: aut vniuersalr vt omniū digitorū abscisio. Aut particulariter: vt vnus digitus.

¶ De morbis in situ membrorum. In positione membrorum fiunt morbi: aut propter membri motionem de loco suo: aut ex dispositione vicini membri: vt sunt digiti ꝛ labia: que conglutinantur: vel adherent ꝛ non separantur: aut que separantur ꝛ non conglutinantur. Sed separatio adherentis membri: vniuersaliter fit: aut in membris consimilibus: aut officialibus. Consimilibꝰ membris vt ossibus: ꝛ neruis: carne: venis: lacertis: ꝛ cute. Quod si acciderit ossi: fractura dicitur. Si carni ex recēti tpe: plaga dr. Si vero ex veteri: nō tm̄ plaga sꝫ putrida plaga nūcupat. Qō si venis: neruis: ꝛ arterijs: alio atqꝫ alio noie nūcupat. Si aūt euenerit medijs lacertis: contusio siue contritio nūcupat. Si vero in cute: excoriatio dicitur. Que si iueterauerit putrida plaga nuucupatur. In officialibus vero membris perpetua fit separatio: vt est manus: vel pedis abscisio.

¶ De qualitatibus corporum.

Corporis qualitates sunt tres. s. sanitas: egritudo: ꝛ neutralitas. ¶ Sanitas est temperamentuꝫ perficiens vel custodiens res naturales fm cursum nature. ¶ Infirmitas est intemperantia extra cursum nature: naturā ledens: vnde fit lesionis effectus sensibilis. ¶ Neutrum quidem est qō nec sanum nec infirmum dicitur. ¶ Sed neutralis qualitas tribus modis constat. Ut si in vno corpore simul conueniant infirmitas ꝛ sanitas. In diuersis membris: vt est in corpore ceci ꝛ claudi: siue in corpore senis: cui nec vnum membrum remanet quod non malum fiat ꝛ patiatur. Et si corpus hominis aliquibus horis sanum fuerit: alijs vero infirmum: vt eorum qui estate infirmantur: hyeme sani sunt. Qui autem frigidioris nature fuerint: hyeme infirmantur: estate sani sunt. Et qui humidam naturam habuerint: in pueritia infirmantur: in iuuentute ꝛ senectute sanantur. Qui vero siccam habuerint naturam: in pueritia sani sunt: in iuuentute autem ꝛ senectute infirmantur. ¶ In tribus inuenitur rebus sanitas ꝛ infirmitas ꝛ neutrum. Aut in corpore in quo trium qualitatum vnaqueqꝫ reperit. Aut in causa faciente illas: ꝛ regente: ꝛ conseruante. Aut in significationibus eas significantibus.

¶ De modis occasionum.

Occasionis vero duo sunt genera. vnuꝫ est naturale: ꝛ est aliud extra cursum nature. Occasiones autem naturales: aut faciunt sanitatem: aut ꝯseruant. Occasiones ꝯseruantes pertinent ad sanitatē. Facientes vero ptinēt ad infirmitatē expellēdā. Occasiones nō nāles aut que vltra naturam procedunt: alie pertinent ad infirmitatem: alie ad neutralitatem. Sed egre occasiones faciunt infirmitatē: ꝛ sunt res easdem infirmitates conseruantes. Ille vero que pertinent nec ad sa-

nitatem nec ad infirmitatem: constituunt neutrum atq3 conseruant.

¶ De occasio͞ib⁹ sanitatis ⁊ egritudinis vel ifirmitatis.

Omnium occasionu3 societatem habentiu͞ cum sanitate ⁊ infirmitate sex modi sunt. Quo℞ vnus est aer: qui humanum corpus circundat. Cibus ⁊ potus. Et motus: ⁊ quies. Somnus: ⁊ vigilie. Inanitio: ⁊ repletio. Et accidentia anime. Que omnia si cum moderatione decenti fuerint: ⁊ in quantitate: qualitate: tempore: opere: ⁊ ordine: custodiunt sanitatem ab accidentibus. Quod si contra hoc aliqd fuerit: accidunt infirmitates: ⁊ permanent. ¶ Modi occasionum infirmitate͞ facientium sunt tres. Nam alie sunt que vocan͞t primitiue que exterius accidunt corpori: vt calor ⁊ frigus. Sunt ⁊ accidentia que admouen͞t intrinsecus in corpore: vt repletio: ⁊ inanitio. Sunt ⁊ alie que vocantur coniuncte: que cum adsunt: adest infirmitas: ⁊ abeuntibus his infirmitas abest: vt putredo in febribus.

¶ De diuersitate egritudinum.

Egritudinum ƀm aliam diuisione͞ modi sunt duo. Co͞muniter: aut proprie. Que co͞muniter accidu͞t aut accide͞taliter: vt percussio: combustio: morsus: deceptio: ⁊ cetere res nociue. Aut necessario: vt alia superius memorata: que vt dictum est sunt socia sanitati ⁊ infirmitati. Que vero proprie sunt egritudines: au͞t sunt in consimilibus membris ⁊ conseruant egritudinem: aut officialibus: aut in continua diuisio͞e.

¶ De modis morborum ex calore procedentium.

Modi morborum ex caliditate procedentium quinq3 sunt. ¶ Primus fit ex co͞motione spiritus: aut ex co͞motione corporis. Ex co͞motione spiritus vt ira. Ex co͞motione corporis vt labor vel superbia. ¶ Secundus vt est concursus visibilis caliditatis cum effectu: vt hypanthasis. i. expositio ad solem. ¶ Tertius ex caliditate corpori adueniente cum potestate qn͞ recipit caliditatem ex vsu acruminu3. ¶ Quartus fit ex interclusione pororum: vt ex frigiditate hyemis. ¶ Quintus fit ex putredine humorum: vt in febribus.

¶ De causis frigidoru3 morboru3.

Occasiones frigidorum morboru3 octo sunt. ¶ Prima est occursus frigoris visibilis cum effectu: vt frigiditas niuis. ¶ Secunda vt frigiditas opij adueniens fortiter humano corpori. ¶ Tertia ex abundantia ciborum corpori adueniente atq3 replente ⁊ extinguente naturalem calorem. ¶ Quarta ex paruitate ciborum: vnde calor naturalis extinguitur. ¶ Quinta vero ex abundantia frigoris vel humoris frigidi poros obturantis: vnde naturalis calor minuitur. ¶ Sexta ex dissolutione ⁊ apertione corporum ad dissoluendum ⁊ euacuandum naturalem calorem. ¶ Septima ex commotione ⁊ exercitio nimio: vnde fit multa dissolutio humorum ⁊ euacuatio ⁊ sudor: vnde corpus attenuatur. ¶ Octaua fit ex requie ⁊ occasione multa.

¶ De causis siccorum morborum.

Siccorum morborum occasiones sunt quattuor. ¶ Prima est occursus aliene siccitatis visibilis ac manifeste cum effectu: vt veneni siccitas. ¶ Secunda vero ex aduentu sicce rei in corpore cum fortitudine: vt acetum sal sinapis. ¶ Tertia paruitas cibi ꝛ potus. ¶ Quarta cōmotio nimia ꝛ exercitium.

¶ De causis morborum humidorum.

Occasiones morborum humidorum quattuor sunt. ¶ Prima vt occursus rei afferentis humorem cum effectu: vt balneum. ¶ Secūda vt ingressio rei afferentis humorem cum virtute in corpore: vt recētes pisces. ¶ Tertia autem vt nimietas cibi ꝛ potus. ¶ Quarta sicut requies ꝛ ocium.

¶ De modis morborum.

Modi morborum ex innaturali malitia cum aliquo humore decurrentium ad infirma loca quattuor sunt. ¶ Primus est virtus mēbri impellentis ꝛ debilitas membri sustinentis. ¶ Secundus multitudo humoris. ¶ Tertius debilitas virtutis nutrientis. ¶ Quartus largitas vie pororum.

¶ De malitia egritudinis.

Malitia egritudinis ingreditur ꝛ superuenit in ꝯsimile mēbrum naturale quinqꝫ modis. Aut cōtingit in vtero materno. Aut in tempore natiuitatis. Aut enim constringitur fascia. Aut ex malo nutrimento: siue ex aliqua infirmitate aduenIente in predictis tēporibus vel postea. Si tēpore ꝯceptionis in vtero debilitat aliqđ ꝯsimile membrum sit ex abundantia spermatis: aut ex paruitate ꝛ indigentia cōuenientis qualitatis spermatis: vt si fuerit grossum ꝛ pingue: vel aquosum: ꝛ tenue. ¶ Quando vero nascitur infans debilitatur aliquod in eo membrum si egressus fuerit non equa sed mala egressione: vt supinus: aut super genua incuruus. ¶ Cum igitur fascia constringitur inconuenienti constrictione duplicatus debilitatur. ¶ Quando autem nutritur male ꝛ inconuenienter lac suggendo vel accipiendo debilitatur. ¶ His vero temporibus vel postea infirmitate accidente egritudinis malitiam consimili membro superuenit ex cuiuslibet nerui incisione. Et si passus fuerit ex aliquo accidenti: siue debilitatem: seu vulnus vel apostema.

¶ De egritudinibus membrorum consimilium.

Ingreditur egritudo consimile membrum naturale septem modis. Aut ex obstetrice si culpam habuerit cum tenet infantē. Vel si permiserit ambulare ante debitum tempus seu congruū. Vel ex medico: si contrafacta ꝛ collisa membra ignoranter constituerit ꝛ cōstrinxerit. Ex infirmo si ea cōmouerit a medico composita anteq̄ solidentur ꝛ firma sint. Ex fractura: vt si super musculum vertebri quod in femore est contorqueatur coxa. Aut ex concussione: vt si cōprimatur nasus ꝛ accidet vt fiat chimus: Aut ex malo humore qui accidit leprosis: siue ex paruitate humoris accidente ptisicis.

¶ De modis ꝯstrictionis: ⁊ largitatis pororuꝫ: lenitatis ⁊ asperitatis.

CONstrictio pororuꝫ fit tribus modis: vel occasionibus. Aut ex cō strictione attenuatoria. Aut ex carnositate. Siue ex coartatione. ⁋ Constrictio vero fit: aut ex nimietate virtutis retinentis. Aut ex debilitate virtutis expellentis. Aut ex abundantia frigoris. Aut ex abūdanti constrictione comprimēte aliquam partem loci: vt sepe fit ex ligatura ꝯstricta. Aut ex abundantia siccitatis. ⁋ Ex carnositate vero constringūtur pori: vt si acciderit aliquod apostema ⁊ fiat carnositas: aut si prius euenerit aliquid vulnus. ⁋ Ex coartatione vero: cum deciderit aliquid in poris: vt humor siue lapis seu coagulatus sanguis aut aliquod latitans in eis: vt superflua caro ⁊ scabies. ¶ Largitas quoqꝫ pororum quattuor fit modis. Aut ex multa cōmotione impellentis virtutis. Aut ex debilitate retinentis. Aut ex abundantia colorum ⁊ humorꝫ. Ant ex medicamentis aperientibus. ¶ Lenitas accidit duobus modis: videlicet de intus: ⁊ de foris. Sed intus ex humore viscoso liquefacto. Foris vero ex cera liquefacta: cum vnguento. ¶ Asperitas autem duobus modis fit: de intus: ⁊ de foris. Intus namqꝫ ex sup̄fluo humore ⁊ acuto. Foris vero ex fumo ⁊ puluere.

¶ De superfluitate mēbroruꝫ in numero.

SUperfluitas membroruꝫ in numero accidit duobus modis. Naꝫ superfluitas si fuerit naturalis erit ex superfluo humore naturali ⁊ bono: vel ex abundantia virtutis informatiue. Que si fuerit extra cursum naturalem erit ex humore non naturali ⁊ inconuenienti: aut ex abundantia virtutis vel debilitate.

¶ De diminutione membroruꝫ.

DIminutio membrorum in numero duobus similiter fit modis: aut interius: aut exterius: Interius propter diminutionē humorum. Exterius ex combustiōe ignis: aut ex frigore: siue putredine: siue incisione. Putredo autem accidit: aut ex potione mortificante: aut putredinem faciente: aut ex constrictione ⁊ retentione illius humoris qui soluitur.

¶ De magnitudine membrorum.

MAgnitudo membrorum tribus modis fit. Aut ex multitudine humorum. Aut ex abundantia virtutis. Aut ex cōmixtione vtrorumqꝫ. ¶ Paruitas fit tribus modis similtier. Aut ex debilitate virtutis. Aut ex incisione. Uel combustione ignis: vel ex frigore niuis.

¶ De cōmotione membri.

COmmotio membri de suo loco duobus modis fit. Aut ex cōmotione voluntaria. Aut ex humore vicino equitati dissoluenti mēbrum ⁊ lubricum facienti. ¶ Membrum vel os egreditur a sua iunctura ⁊ mutatur duobus modis similiter. Aut ex iunctura in qua nō conuenit separatio. Aut ex sep̄atione vbi non conuenit iunctura. Si ex cōiunctione hoc fuerit sine separatione: aut erit ex humore acuto patiētis: aut ex accidenti vulnere: aut spasmo. Si vero fuerit ex separatione

vbi non conuenit ꝯiunctio: aut ex grosso humore: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo.

¶ De separatione iuncture.

SEparatio iuncture duobus modis fit: aut intrinsecus: aut extrinsecus. ¶ Intrinsecus vero fit: aut ex humore acuto ⁊ incidenti. Aut ex ventositate pingui distendente vel dissipante. ¶ Extrinsecus vero fit: aut cum scissura: aut fractione: aut exercitio nimio: aut incisione vt ensis: aut quod distendit vt funis: aut quod contundit vt lapis.

¶ De modis ⁊ numero significationum.

GEnera significationum sunt tria. Alia enim significant sanitatē. Alia egritudinem. Alia neutrum. ¶ Quarum significationum vnumquodqꝫ genus in duo partitur. Sunt enim que significant de officialibus membris. Et sunt que significantur de consimilibus membris. ¶ Consimilium partium significationum duo sunt modi. Alie. n. sunt substantiales. Alie accidentales. Substantiales vero vt est calor: frigiditas: siccitas: ⁊ humectatio. Accidentales autem quedam significant: aut per tactum vt durum: molle. quedam per visum vt coloratū. quedam per pfectionem virtutum: vt sunt operatiões plene ⁊ pfecte.

¶ De signis officialium mēbrorum.

SIgnificationum membrorum egritudinis officialium duo sunt modi similiter scilicet: substantiales: ⁊ accidentales. Substantiales significationes quattuor sunt: ars: modus: numerus: ⁊ positio. Accidentales significationes similiter quattuor sunt: bonum: malum: perfectum: ⁊ imperfectum.

¶ De generibus significationum.

GEnera significationum perficientiuꝫ suuꝫ genus tria sunt. Quedam sunt que significant preteritam rem que iam abijt: ⁊ dicunt cognitiua: vel agnitiua: vt videntes corpus humidum agnoscimus qꝫ sudor precessit. Alia significant presentia que a Galieno dicuntur demonstratiua: ⁊ agnoscuntur per significationes: veluti cum inuenitur pulsus magnus ⁊ citatus: intelligimus quod significat calorem superantem. Sunt ⁊ alia que significant futurum ⁊ antecedit agnitio: vt cum viderimus labium inferius citari percipimus vomitū accidere: qui postꝙ acciderit vocatur precessio significatiua. Sed inter significationes ⁊ accidentia distat: quoniam est diuisio cum augmento inter eas. Quod si vnamquamqꝫ diuisionum scrutari volueris: vnam hꝫ habitudinē: sed ifirmo hec sunt accidētia: medico aūt significatões.

¶ De signis accidentiuꝫ ⁊ numero.

AccIdentia ergo significatiua tria sunt. Aliud eniꝫ est virtus operatiua mutata sicut indigestio. Aliud autem corporis qualitas mutata: vt icteritia. Aliud exiens a corpore: vt nigra vrina.

¶ De virtutis operatiue immutatione.

VIrtutis operatiue immutatio triplex est. Aut enim ex toto est: sicut indigestio. Aut ex parte: sicut oculorū obscuritas vel tarda

digestio. Aut de qualitate in qualitatem: velut de bona digestione in fumosam vel acidam vel quasi sicut musca: vel ligna in oculis apparentia: aut ex parte visus vel obscuritas.

¶ De modis mutationis qualitatis.

Qualitatis mutate corporis significatio quattuor modis fit. Aut eniʒ per visum sicut icteritia vel morphea: ⁊ nigredo lingue ⁊ similia. Aut per odoratum: vt anhelitus fetidus: vel sudor: vel polipus: vel hyrcus: ⁊ similia. Aut per gustum: vt salsum: amarum: vel acidum. Aut per tactum: vt molle ⁊ durum.

¶ De exeuntibus a corpore.

Exiens a corpore bipartita est significatio: vna cum sonitu: altera sine sonitu. Cum sonitu vt oris ructus: vel intestinorum rugitus: vel per anum ventus. Eius vero que est sine sonitu innaturali tripliciter habetur. Alia quantitate: vt lienteria. Alia qualitate ⁊ vrina nigra. Alia vtraqꝫ vt sanguinis fluxus.

¶ De motione membrorum.

Membrorum mutatorū significatio bifarie diuiditur: intrinsecus videlicet ⁊ extrinsecus. ¶ Intrinsecus sex modis. Alia eniʒ a mutatione operatiue virtutis in mēbro. Alia ab exeūtibus a corpore. Alia ex dolore in mēbro vicino ptinēti. Alia ex proprio loco. Alia ex inālī semotione de loco. Alia ex patientis iudicio. ¶ Extrinsecus fit tribus modis. Aut per visum: vt album vel nigrum. Aut per tactum: vt durum ⁊ molle: calidum ⁊ frigidum. Aut per vtrūqꝫ: vt magnum vel paruum: plus vel minus.

¶ De occasionibus egritudinum.

Occasiones egritudinum sunt tres. Nature mutatio. Officialis mēbri incōueniens habitudo. Juncture separatio.

¶ De operatione medicine.

Operatio medicine habet triplicem effectum. Aut enim custodit sanitatem ſm multitudineʒ suam. Aut ex infirmitate facit sanitatem. Aut econtrario.

¶ De regimine sanitatis.

Regendorum sanorum triplex est modus. Egrotare parati. Incipientes infirmari. Et defecti. ¶ Infirmari paratos supradictorū sex competenti moderatiōe regimus. Incipientibus infirmari: duplicem curam adhibemus. Aut enim chimi superabundantiā trahimus. Aut nature defectionem reparando: predictorum sex que sunt necessaria adhiberi precipimus. Defectorum aliȷ̄ infantes: aliȷ̄ senes: aliȷ̄ ex infirmitate conualescentes.

¶ De diuisione medicine in generali.

Omnis medicina: aut est vlis: aut pticularis. Ulis est sex p̄cedentium recta ordinatio. Particularis p cōtrariū fit triplex. Alia eiꝫ i ꝯsimilibus membris: Alia in officialibus membris. Alia in iūcturaꝝ separatione. Assimilatiua membra mutata reddimus similitudini

ro calorem: determinemus illud ita. Siquidem precesserit liuidum: deinde sic factum est nigrum: frigidam habet significationem. Si vero viride precesserit: secutum autem est nigrum: manifestum est quoniam a calore factum.

¶ Hic docet quandam cautelam.

Quoniam autē albus color bone hypostasis creditur esse signū: nosse oportet quoniam albus color multotiens deludit artificē: quasi alba hypostasis bona sit: cū non sit: sed crudus hūor albꝰ in sedimine apparet: ꝛ post albū decipit artificem quasi hypostasis bona sit. Sed hoc quidem odore discernitur: fetidum enim est. Sed ꝛ lumbis vlceratis ꝛ vesica: aut epate: aut aliqua particula: per vrinas euacuatis: pus emittitur: quēadmodū dicit Hypocrates. Si sanguinem mingit quis: aut pus lumborum: aut renum: aut vesice vlcerationem significat. Et rursum. Quibuscūq; in vrinali virga pustule nascunt: his sanie facta ꝛ erupta solutio fit.

¶ De sedimine crudi humoris.

Manifestum quoniam sanies per eandem viam euacuata est: crudus vero humor ex inequali substantia determinatur sedimis: non enim est continuum ipsum sedimen crudi humoris: sed velut dissolutum in minima velut arena. Hec quidem dicta sunt: vt non decipiatur medicus colore: sed discernat hypostasim ꝛ a sanie ꝛ a crudo humore. Si enim sanguinem ꝛ pus mingat ꝛ squamas: ꝛ odor grauis est: aut lumborum: aut renum: aut vesice vlcerationem significat. Hec quidem dicimus vt non decipiatur artifex. Sz ꝛ arenosa in vrinis sedimina ꝛ diuturna: vesicam aut lumbos lithiasim habere significat. Et aliter. Si sanguinē mingat: lumborum ꝛ vesice significat vlcerationem. Hoc quidē dicimus vt non decipiatur artifex inspectione sediminis facti ꝛ a sanie ꝛ a crudo humore. Et quattuor quidem differentias sediminis exposuimus. ꝛ colorem. ꝛ locū. ꝛ substantiam. ꝛ tēpus. Et reliquū est vt hoc ꝫm quattuor ptes demonstremꝰ i descriptōe sic.

Alba hypostasis continua equalis.
Alba hypostasis continua inequalis.
Alba hypostasis non continua equalis.
Alba hypostasis non continua inequalis.

Hec sunt quattuor differentie descriptionis sediminis. Quoniā autem sedimen dicimus tres habere locos: ꝛ significata eorū diximus: ꝛ in descriptione eius quemadmodum ꝛ apparens ratio manifestat. Aut enī inferiorem locum habet ꝛ hypostasis nominatur. Aut medium ꝛ eneorima dicitur. Aut superiorem ꝛ nephilis vocabitur. Et causas omnium ꝑpter quas acceperunt locos ꝛ signa vel significata eorum diximus: ꝛ descriptionē eius que inferiorem locū acceperit hypostasis. Differentias exposuimus ad eundem modum: ꝛ in media hypostasi que eneorima vocatur faciamus eiusdem differentias. In descriptione dicamus ita.

Album eneorima continuum equale.
Album eneorima continuum inequale.
Album eneorima non continuum inequale.
Album eneorima non continuum equale.

ISte ergo eneorimatis differentie sunt quas ⁊ in descriptione ex-posuimus. Procedens sermo docebit significata vniuscuiusq3 differentie quid significent. Secūdum vero tertiam differentiam sedi-minis superiorem locu3 tenentis que ⁊ nubes nominatur: ⁊ hui9 diffe-rentias in descriptione exponamus: ⁊ quid significent subsequenti ra-tione dicemus: ⁊ significata huiusmodi non pretermittemus. Est igi-tur ⁊ eius descriptio sic.

Alba nubes non continua equalis.
Alba nubes non continua inequalis.
Alba nubes continua equalis.
Alba nubes continua inequalis.

ET de ꝯplexiōibus quidem differētiaꝝ triū hypostaseon dicimus nihil ꝑtermittētes: ⁊ in descriptione exposuimus.

¶ Diuersitas vrine a parte corporis.

QUoniam humanum corpus ex tribus consistit. s. ex spiritibus: hūoribus: ⁊ ex terreis idest firmis partibus. Humida vero corp9 ꝯstituentia: sunt humores ⁊ eoru3 superfluitates. quecūq3 quidem ex putrefactis humoribus per vrinas exeunt: sufficienter exposuimus. Dicamus igitur nunc que ex ipsis partibus firmis corporis mingunt: vt perfecta ⁊ non minus habens de vrinis doctrina fiat. Etenim earū partium meliores: quedam sunt liquefacte in olei substantiā: aut ī ali-quam aliam formā assimilant. Quoniā ergo pinguedo ⁊ caro mollio-ra firmarum partiū sunt ⁊ humidiora. Primum quidem resoluit pin-guedinem ⁊ omniū firmarum partium solubiliorem: deinde carnem. Pinguedine ergo liquefacta in olei substantiam transmutat calidu3. Et quoniam eadem non simul resoluitur: sed habet quoddam princi-pium resolutionis ⁊ ascensu3 ⁊ statu3 tēporu3: eius cognitionē dicam9.

¶ Quid significat vrina oleaginosa: ⁊ de differentijs oleaginarum vrinarum.

PRincipiu3 quide3 oleaginarū vrinarum est cū olei colore3 haben-tes: augmentū vero apparētes vt oleu3: status v̊o est q2 sunt olea-gine. ℣ Ergo olei colorē habētes principiū liquefactionis declarātes quasi aquose apparēt. Que v̊o apparēt vt oleu3 tēporis augmēto fa-cte mixtionē ꝑfectiore3 olei ad vrina3 habēt. Oleagine vero facte que in statu sunt vrine tote omnino: ⁊ in colore ⁊ in substantia velut oleu3 sunt. Urina in febre oleagina subnigra veniēs incensionē ex spasmo ⁊ morte3 significat. ℣ Quoniā autē pinguedo vniuersalis est ꝫm plures diuidit partes. Aut ei3 ꝫm lumbos ⁊ circūuoluit: ⁊ quasi operit. i. coo-perit eos. Aut ꝫm omnes corporis partes circa lumbos pinguedine resoluta ⁊ per vrinas exeunte magis simul exitus fiet quam ea que in

toto corpore est pinguedine:eo ꝙ hec quidem prope vrinales meatus fit.Hec vero longe ab his. Hypocra. vero discrete cōsiderans scripsit ita in aphorismis.Quibuscunqꝫ pingue sedimen ꝛ multum:his nefreticam significat.manifestum quoniam lumborum pinguedine resoluta.Et aliter.Urina in causon pinguem hypostasim habens:mortēz significat.Sine febre vero senibus hoc tale factum peraplegiam significat.i.solutionem partis.¶ Et de oleaginis quidē vrinis ex liquefactōe pinguedinis factis sufficiant que dicta sunt.

¶ Quid significant petaloides in vrina.

QUoniam igitur solide partes corporis habent in seipsis ex longitudine ꝛ latitudine ꝛ profunditate:Quecunqꝫ vero in latitudine dilacerantur vel in superficie raduntur:quasi quedam petula in vrinis apparentia:vesice vitij talia sunt demonstratiua:denominationem autem habent ex his que sunt similia petalis: que ex detritis triticis sunt.Scdm̄ vero supradictuz moduz ꝛ ex lumbis determinatur. Si enim fuerit febris ꝛ vrina petaloides substantiaz habens:totū patitur corpus.Si vero non sit febris vesice passio est. Hec per digestionē ꝛ indigestionem terminanf.Si enim cuz indigestione totius corporis malum est.Si vero fit digestio vesice malum est.

¶ Quid significant furfuree hypostases.

QUando vero febris occupat corpus ꝓm profunda vasorū hypostases furfuree fiunt ꝛ grossiores:de petaloidibus sunt. Et tales igitur vrine predictis hypostasibus ꝓm eundem modum significatiue sunt:ꝛ vesice passionem esse:ꝛ totius corporis. Si enim adsit febris:totius corporis malum.Si vero non:vesice.Et siquid indigestum fit: totius. Si vero digestū:vesice:sicut Hypocra. dicit.Quibuscūqꝫ in pingui vrina furfurea conueniunt:his vesica scabit.

¶ Quid significent crinoides.

SI vero occupet febris ꝓm tres dimensiones corporis.s.longitudinem latitudinem ꝛ profunditatē: hm̄oi furfureis grossiores fiūt ꝛ vocantur crinoides.Scias autem hoc tale fieri si aliquis sublevans molam triticum molentem in grossiores partes tritici operatur:tales grossiores partes tritici crinoides nominantur. ex his igitur ꝛ que in vrina apparent denominationez acceperunt.¶ Sunt autem hm̄oi crinoides vrine:aut propter liquefactionem solidorum vehementez:aut propter exustionēz sanguinis.Sed siquidez albe fuerint:solidoruz est passio.Si vero rubee:sanguinis:quēadmodum dicit Hypocrates. In febribus acutis vrina colerica crinoides ꝛ albam hypostasim habens malum.Et aliter.In febrib⁹ diuturnis vrina crinoidē hypostasim hn̄s alijs salutaribus existentibus discessum significat.Urina in febribus eneorima crinoidem habens: diuturnam significat egritudinem.¶ Et de grossioribus quidem hypostasibus que in vrinis sunt ꝛ apparent sufficiant premissa:

¶ Quid finnificent fetide vrine ꝛ diuerse.

Fetida vero vrina differẽtias significat. Urina mali odoris ꝛ mordax: humorum putredinem significat. Et rursum. In febribus vrina aquosa ꝛ alba ꝛ multa cum albis eneorimatibus fetida peracopin sedat idest maniam. Et aliter. Urina in acutis febribus pinguis nigra ꝛ fetida: vesica nihil mali habente mortem significat: significat vero putredinem: ꝛ mortificationem nature. ☞ Et de huiusmodi quidem vrinis sufficient que dicta sunt.

¶ De sediminibus ꝛ coloribus ꝛ substãtijs simul coniunctis.

Quoniam autem prius ꝛ substantie tenuis ꝛ pinguis cum coloribus compositiones fecimus: nunc coniungamus effusionem ꝛ sedimen cum competentibus coloribus: ꝛ qđ significat horum singulum apponamus. Et quoniam sedimen scđm substantiam est pingue: manifestum aũt quoniam a digestione tale factum est: aut ex abundantia pinguium ꝛ crudorum humoꝝ. Ceterum sedimen hoc cum tenui substantia conuenire non potest. Jungamus igitur ipsam effusionem pinguem cum hypostasi: ꝛ cum colore rubeo ꝛ subrubeo. In compositionibus enim his indigestionem significantes colores conuenire nõ possunt. Incipiamus ergo compositionem facere cum subrubeo colore: quoniam hoc ab aquoso sanguine fit: hic vero ex perfecto. Oportet autem cognoscere quoniam quidam colores coniuncti in substantijs effusionis: ipsi etiam in hypostasibus: non tamen perfecti. quidam in substantijs fiunt: sed in hypostasibus imperfecti.

¶ Quid significat sedimẽ pingue subrubeũ cũ pingui substãtia vrine.

Hec compositio constat quemadmodum superius dictum est: ꝛ significat longitudinem egritudinis: velut si sit vrina subrubea ꝛ hypostasis subrubea ꝛ continua ꝛ equalis: sedimen pingue ꝛ rubeũ cum pingui substantia vrine.

¶ De sedimine pingui nigro cum pingui substantia vrine ꝛ nigra.

Et ea cõstat compositio: ꝛ significat multitudinem sanguinis: ꝛ ex substantia ꝛ ex sedimine.

¶ De sedimine nigro ꝛ pingui cum substantia pingui.

Et hec compositio constat: ꝛ monstrat adustionem: ꝛ ſm substantiam ꝛ sedimen. Similiter autem ꝛ cum coloribus contingentibus coniungi substantie ꝛ sedimini eadem significata declarant superfluitatis ꝛ indigentie: excepta mediocritate vtrorumqꝫ substantie ꝛ sediminis: cum ſm naturam coloribus. s. cum ruffo ꝛ subruffo: etenim hec significant perfectam digestionem: ꝛ in substantia: ꝛ in sedimine: ꝛ in colore. ☞ Et de vrinarum quidem disciplina ꝛ scđm genera ꝛ species ꝛ differentias conuenienter exposuimus.

¶ Expletus est liber vrinarum Theophili.

¶ Incipit iusiurandū Hypocratis.



Estor Apollinē ⁊ Esculapiū higinēq; ⁊ Pānaclē Esculapij filias: ⁊ deos ⁊ deas oēs: me q̄ntū in me erit ⁊ q̄ntum ingeniū meū valebit: hec oīa obseruaturū: q̄ hoc iureiurādo atq; his tabul' ꝯtinēt. Tributuꝝ me p̄ceptori meo a quo hāc artē suꝫ edoct⁹ nō minus ꝙ parēti a quo suꝫ genitus. Uitaꝫ cuꝫ eo cōmunicaturū. Res oēs quas illi necessarias esse intelligā ꝑ virib⁹ meis subministraturū. Progeniē ei⁹ fratrū loco habituꝝ. Hanc artē sine mercede ⁊ sine pactionib⁹ edocturuꝫ. Precepta oīa libenter ⁊ fideliter traditurꝝ meis ⁊ p̄ceptoris mei liberis: ceterisq; discipulis: q̄ se legib⁹ medicine astrinxerint: atq; iurati fuerint: alij p̄terea nemini. In curādis egrotis pro virib⁹. ⁊ ꝑ ingenio meo necessarijs reb⁹ vsurū. Nemini egritudinē dilatuꝝ. Nihil p̄ iniuriā factuꝝ. Rogatuꝫ nemini datuꝝ: neq; id cuiq; ꝯsulturuꝫ. Neq; p̄gnanti mulieri ad interficiēduꝫ cōceptuꝫ fetuꝫ potioneꝫ porrecturuꝫ. Uitam meam atq; arteꝫ meam puraꝫ atq; integraꝫ seruatuꝝ. Laboranti lapillo haud quēq; excisuruꝫ: sꝫ exptis eius artis hoc negociū ꝑmissurum. Quācunq; domuꝫ ingressus fuero dūtaxat liberādis egrotis operam daturum. Omnem iniuriam omnem corruptelam omne genus turpitudinis res etiam venereas sponte mea euitaturū. Siue muliebria corpora curauero siue virilia siue hominis liberi siue serui: que inter curādum vel videro vel audiero vel etiam extra curā in vita hominuꝫ cognouero: que reticēda esse intelligā: nemini aperituruꝫ: sꝫ intemerataꝫ taciturnitateꝫ seruaturuꝫ. Presens igitur iusiurandum integre atq; īcorrupte seruanti mihi omnia tam in vita ꝙ in arte mea prospera feliciaq; succedant ⁊ gloria in eternū parata sit. Transgredienti vero atq; periuro contraria omnia eueniant.

¶ Jurisiurandi dn̄i Hypocratis finis

¶ Incipit Primus liber pronosti.



Omnis qui medicine artis studio seu gloriam seu delectabilem amicoruꝫ copiam consequi desiderat: adeo prudentum regulis rationem suaꝫ muniat. 2.
UT in singulis valitudinib⁹ p̄terita p̄ntia ⁊ futura cognoscat. Et egro reuelet q̄ ꝺ seipso eger minime presenserat. Si enim se per eum cognoscat: totum se illi certius committet. 3.
Finisq; medicine laudabilis existit: cum actor futura in singulis perpendit: q̄uis omnes minime curare possit. 4.

QUod si posset: iam non futuri preuisor: sed diuinis prophetis diceretur nobilior. 5.

VErum quia vi & acumine egritudinis hunc repente mori subito contingit: alium vero medicine apparatus preuenit: & vix dieculam vite adijcit. 6.

INterest artificis vt vires egri atqz egritudīs bñ ppẽdat. 7.

ESt etiá quoddá celeste: in quo opz ipsuz medicuz preuidere: cuiꝰ si tanta sit prudentia: mirabilis est nimiumqz stupenda. Nonne illius est vt futurum periculum vel omnino prohibeat: vel competenti adminiculo tollerabilius fiat. Et si morituro finem: alij vero salutẽ pronunciet: nunquid accusationem in altero meretur. 8.

OPortet ergo te circa acutas egritudines sollicitum fieri. Primo etenim faciem egri pernotabis. Utrum sit similis sano. Et etiam si sibi sano similis sit: qđ optimũ est. Si vero contrariũ: pessimuz est. 9.

VT si nares acute. 10.

OCuli concaui: tempora plana: aures frigide & contracte: & pulpe earũ inuerse: frons arida & tensa: & totus faciei color viridis seu niger aut pallidus siue plumbeus. 11.

QUe si sic fuerint in principio egritudinis: oportet inquiri an vigilie precesserint: aut vẽtris solutiones: aut ieiunij labores prius affuerint. Et si aliquid horum cognoueris precessisse: minus periculosum vereberis. Quod si die ac nocte precedentibus quicq̃ hoꝝ subsinuerint: non multuz periculosuz sperabis. Si vero nihil horuz cognoueris: mortis signum sperabis. 12.

ET si huiusmodi egritudo triduana fuerit qui precesserũt labores non minus perscrutaberis. & omnia que sunt inquirenda circa corpus: perquirere debes etiam circa oculos. 13.

ET si lumen effugerint nolentesqz lachrymas effuderint: atqz foras tanq̃ in suffocato ꝓminuerint: aut alter altero minor apparuerit: & alba eoꝝ in sanguinea cõmutata fuerint: & tanq̃ vene nigrioris vel palloris intus in se fuerint: & lippitudinem habeat: & instabiles aut tremuli fuerint: aut extra nimis extiterint: aut intus multum delituerint: & tota facies horribilis apparuerit: hec omnia piculosa & mortalia iudicabis 14.

OPortet etiam te videre quid de oculis in somno videatur. si enim sola alba videantur subclusis palpebris: nec solutio aut p se: aut per catarticum precesserit: neqz ex ꝯsuetudie hoc euenerit: mortis signa timebis. 15.

ET si palpebre inuerse fuerint aut liuide: siue labia silr fuerint liuida: aut nares distorte: his signis siue solis siue cum predictis: mortem proximam iudicabis. 16.

BOnuz est egrum inuenire iacentez in latere dextro aut sinistro: & manus & pedes & ceruicez nõ vt in spasmo distẽsa: & totũ corpus

in sua positione flexibile: ꝛ minime rigidum: que habitudo sanis est fa miliaris ꝛ amica: ꝛ iacere in modum sani est melius. 17.

Quia non est signum laudabile egrum supino corpore iacere: brachijs rigidis ꝛ pedibus. 18.

Et si repente se a capite lecti ad pedes iactauerit: malum non esse dubitabis. 19.

Et si pedes nudos ꝛ tepidos inueneris: ꝛ inordinate cum labore ceruicem atq; pedes iactauerit: est pessimũ ꝛ angustie signũ. 20.

Et si eger iacuerit deiecta ceruice ꝛ aperto ore. 21.

Et reiecta ceruice: pedibusq; tortis. 22.

Et si super ventrem preter solitũ iacuerit malum est: ꝛ alienationem significat siue dolorem ventris. 23.

Et si in augmento egritudinis repente surgens steterit: malũ in omni acuta egritudine ꝛ pessimũ est in periplemonia. 24.

Frendere dentibus in febribus preter solitu; neq; a pueritia mortem vel maniam significat. Q̃d si frendat cum insania: mors sequitur vicina. 25.

Si in egro corpore fuerit antrax aut carbunculus: siue precesserit: siue egritudini superuenerit: opus est attendere. Quod si exiccatus fuerit ꝛ colorem viridem vel citrinum vel liuidum pertulerit: mortem dicit proximam. 26.

Manuum mobilitatis signa sic pernotabis in febre acuta: in periplemonia: ꝛ in frenesi non vera: ꝛ in capitis dolore: si manus ad faciem tulerit tanq̃ quidlibet positurus: vel quasi collecturus aliquid hac illac quesierit: vel de vestibus quasi pilos euulserit: vel quasi festucas de pariete decerpserit: pessimu; est ꝛ mortale. 27.

Spiritus si frequens sit significat dolorem ꝛ successionem in his que sunt super dyafragma. Quod si magnus ꝛ cum intermissione significat alleuiationem. Et si idem per os ꝛ nares frigidus exierit mortale. 28.

Spiritus vero bonus cognoscitur ordine suo proprio: ꝛ h; euidentem salutis ostensionem in acuta egritudine: que cum febre est: cuius terminus est in quadraginta diebus. 29.

Sudor bonus ꝛ laudabilis existit in omni acuta egritudine: qui in die cretica fit: ꝛ egrum liberat. Est autem bonus qui fit in toto corpore: ꝛ eger ex eo suauior ꝛ fortior efficitur. Qui vero nihil horum fecerit: his est inutilis. Frigidus autem malus: peior si in ceruice ꝛ in capite solo: qui quidem in acuta febre significat mortem. Cum lenta vero prolixitatem significat egritudinis. 30.

In hypocũdrijs si sine dolore fuerint: si molles: si bene composite: hinc ꝛ inde bonum erit. Si vero feruentes: aut dolẽtes vel quodã spasmo distẽte: aut inter se dissimiles: in his ꝯsiderandũ est. 31.

Si enim in aliqua parte earum pulsus fuerit: angustiam vel alienationem significat. 32.

OCuli tamen sunt in hac egritudine intuendi. q̄ si velociter mobiles apparuerint: maniam significant. 33.

ACuta existente passione collectio si affuerit in hypocundrijs cuꝫ tumore ꝛ dolore malum est: cum ambas complectitur. Si vero in altera earum que in sinistra est: melior est. 34.

QUe collectio si in principio subitā mortē nō intulerit. 35.

ET si vsq̄ in diē vigesimū permāserit: neq̄ febris deciderit: neq̄ dolor defecerit: in pus conuertetur. 36.

SOletq̄ huic acute egritudini infra septem dies sanguinis fluxus ex naribus vtiliter supuenire. Perquirenduꝫ est autem an dolor adsit fronti: ꝛ scotomia. que si affuerint: sanguinis fluxum ex naribus nunciabis. 37.

IN his tamen quibus etas. 35. annorum est. 38.

APostemate vero molli existente sine dolore ꝛ sub tactu mutabili: contingit egritudinē terminari: in predictis tn̄ sepius. 39.

QUod si vsq̄ in diem. 40. sic manserit febre non deficiente: in pus conuertetur: ꝛ omne apostema circa ventrem ad hunc modum diiudicabitur. 40.

APostema vero solidum cū dolore horrendū est: ꝛ cito mortiferū. Quod aūt molle sine dolore ꝛ sub tactu cursile: tardius. 41.

APostema vero circa ventrē minus colligit humorē q̄. qꝺ in hypocūdrijs. Minime oiuꝫ qꝺ sub vmbilico est. 47.

ELegantius oibus signis signuꝫ est sanguinis effusio ex his apostematibus que insunt in prenotatis locis. 43.

Omne apostema diuturnū in predictis locis in pus vertetur. 44.

OPortet ergo te esse attentum in his que cuꝫ putruerūt ꝺm huiusmodi disciplinā. Quod eminet ꝛ oio extra est: ꝛ intus minꝰ est ꝛ peracutū: laudabile. Qꝺ vero spaciosuꝫ ꝛ minime acutū pessimū. 45.

EOrum aūt que intus crepuerunt: siqua quidem exterius appent: pessimuꝫ. Quoꝝ vero nihil signi est extra: meliora. 46.

PUtredo ea laudatur: que alba est ꝛ equaliter per totū: neq̄ in superficie inequalis: neq̄ mali odoris. Que vero ꝯtraria: pessima.

¶ Explicit liber Primus pnosticorum.

¶ Incipit Secūdus liber pnosticoꝝ.


Omnis hydrops in acuta egritudine maluꝫ. Infestatur enim febre ꝛ grauedine membroruꝫ ꝛ dolore. Consurgit autem ex lumbis ꝛ hylijs ꝛ epate. 2.

COnsurgens ex lumbis ꝛ hylijs signigcatur ex pedum inflatione: ꝛ diuturna ventris effusione: nō tn̄ cum defectu doloris: seu ventris tumoris. 3.

QUius vero origo est ab epate fit cuz tussicula: nec proijciunt gesp: ⁊ tument pedes: nec egerunt nisi modicū ⁊ cum angustia: ⁊ circa ventrem fiunt apostemata: nō continue extra manantia sed quandoqꝫ veluti fugientia. 4.

ET si caput ⁊ plante pedum ⁊ vole manuuz frigide fuerint: vēter vero ⁊ latera ⁊ mandibule caluerint: malum est. 5.

BOnum est autem egrum ex toto calere ⁊ mollem ⁊ suauem conuenienter esse. 6.

BOnum est modeste se habere ⁊ non laboriose: ⁊ non repente eundem latera cōmutare: ⁊ si sibi leuis videatur. 7.

Grauis vero si fuerit manus quoqꝫ ⁊ crura pōderosa: horrendū. 8.

QUod si liuor admixtus viridi vnguibus digitisqꝫ affuerit: mortem aduentare non dubitabis. 9.

ET si color hic vngues non infecerit: licet cetera membra corripuerit: spei locus nō deerit. Proderit ꝟo cuncta signa perpendere. Quod si egruz sufficiētē videris: ⁊ vna boni significatio affuerit: terminus tibi promittetur cū quolibet exteriori apostemate ⁊ futura salute: sed caloris in predictis locis pericula non deerunt. 10.

SI testes ⁊ virga preter solitum diminui contrahiqꝫ apparuerit: aut minui: doloris aut mortis aduentum ꝓnunciabis. 11.

SOmnus vt moris est conueniens ⁊ naturalis vt noctem non effugiat: ⁊ diem non impediat: laudabilis. Cōtrarius vero improbandus. minus tamen si a mane vsqꝫ ad tertiam tenuerit. 12.

PEssimum est autem non dormire: aut enim magnitudinem doloris significat: aut alienationem. 13.

STercoris egestio si neqꝫ exsiccata: neqꝫ liquida omnino: sed iuncta ⁊ hora solita: signum est ea que sunt sub dyafragmate esse salubria. 14.

SI liquida: bona est si sine sonitu vētoso fuerit: nec inordinate manauerit. Si enim frequenter manat: egrum maximo labore ac vigilijs afficit: ⁊ in defectum adducit. 15.

UTile est stercus ꝭm quantitatem ciborū assumptoꝝ euenire: ⁊ bis vel ter in die. In nocte vero semel ⁊ iam luce proxima: aut solito more contingere. 16.

UTile est etiam appropinquante iam termino egritudinis idē stercus densari. 17.

Et colore subcitrino fieri: nec insolidum densari. 18.

Bonum est etiam si lumbricos admixtos habuerit. 19.

IN omni acuta egritudine ventrem non plenum: sed vt vacuum tractari: ⁊ nō tenuē sed carnosum inueniri: bonum. 20.

AQuosum vero stercus ⁊ liquidum siue album aut nimis citrinū aut spumosum: malum est. 21.

ITem modicum stercus ⁊ viscosum ⁊ leue siue album seu citrinuz aut spumosum: malum. 22.

Pessimum aūt ⁊ moꝛtale est viscosum nigrū fetiduꝫ ⁊ viride. 23.

VArium vero pꝛoductionem significat egritudinis: neqꝫ minus signum est moꝛtis ꝙ quod loturam intestinoꝛum pꝛofert: aut coloꝛem poꝛroꝝ siue nigrū. Cōtingit etiā coloꝛes istos simul euenire. 24.

VEntositas sine sonitu laudabilioꝛ est. Que vero cum sono melioꝛ ꝙ illa que intus clauditur: significat tamen amentem aut doloꝛem laboꝛantem: nisi sit voluntarie. 25.

DOloꝛ sub hypocūdrijs hanc ppꝛietatē habet: si recens ⁊ sine caloꝛe fuerit: si rugitus supuenerit ⁊ cum egestione vel vꝛina erupérit: soluitur: alioquin ad inferioꝛa transmittitur. 26.

VRina laudabilis est que hypostasim albam subsidentē ⁊ equaleꝫ ⁊ continuam atqꝫ leuem habebit. Et si permanens vsqꝫ in crisiꝫ erit: est enim fidelis nuncia salutis: ⁊ significat bꝛeuitatē egritudinis. Quod si modo cum hypostasi pꝛedicta: modo vero sine ea fuerit: diuturnitatem significat egritudinis: neqꝫ omnino fidelis est. 27.

VRina rubea nimis cum sua simili hypostasi: egritudinem magis superioꝛibus diuturnam dicit: est tamen nuncia certa ⁊ fidelis sperande salutis. 28.

SEd si eadem hypostasis furfurea fuerit: mala est. Pessima vero si squasmosa. Alba autem ⁊ liquida ⁊ leuis mala. Peioꝛ tamē que dicta est furfurea. 29.

NEbula pendens in vꝛina si alba bona est: nigra vero mala. 30.

Cum fuerit vrina citrina clara indigesta: egritudinem significat. 31.

Timendus ergo est infirmi defectus. 32.

VRina moꝛtis significatiua fidelis ⁊ certa est aquosa: aut fetēs: aut nigra: aut lutosa. 33.

In vtroqꝫ sexu nigra pessima est: ⁊ in pueris v̓o aquosa malum. 34.

VRina cruda clara ⁊ diuturna cum alijs signis bonis: certum est apostema futurum sub dyafragmate. 35.

CRassicies vt aranee tela supernatans in vꝛina vituperanda est: significat enim liquari egrum. 36.

RAtionis vero est ⁊ oꝛdinem in nebula non negligere vtrum supꝛemum aut mediuꝫ teneat locum: similiter ⁊ coloꝛem. Que etenim media est cum pꝛedicto coloꝛe laudabili laudabilis: supꝛema vero ⁊ nigra vituperabilis. 37.

CAuendum est tamen ne vesice vitio capiaris: vt qđ ab ea est alienum diiudices. 38.

LAudabilis est vomitus cui flegma admixtuꝫ coloꝛibus fuerit: neqꝫ nimis viscosus. quanto vero a simplicitate remotioꝛ: tanto suspectioꝛ. 39.

VOmitus si sit sicut succus poꝛri: aut viridis: aut plumbeus: aut niger: malus est. 40.

SI omnibus his infectus fuerit: est nūcius moꝛtis: ⁊ īfirmus moꝛti est contiguus. 41.

Quod si vomat homo vnus omnes istos colores: tunc illud erit mortale valde.

Omnis odor malus in quocunqȝ vomitu malum est. 42.

Sputuȝ in egritudine pulmonis seu coste est vtile: si fit velox: si facile sine labore. 43.

Si subrubeum ꝛ sano sputo admixtum. 44.

Si vero tarduȝ in doloris principio: ꝛ rubeum: aut citrinum: neqȝ sano sputo admixtum: ꝛ cum laboriosa tussi: malū nūciat. 45.

Et rubeū oīno molestū ꝛ album viscosum globosum inutile est 46.

Viride spumosum malum. 47.

Si nigrum est mortale est. 48.

Si in pulmone coherens sonuerit: nec quicꝙ inde exierit malum est. Sternutatio cū reumate in omni egritudine pulmonis ꝛ coste malū est: siue enim illa sternutatio precedat siue coequa sit egritudini malum est. 49.

Sternutatio vero sine reumate in omni acuta egritudine bonum est. 50.

Sputum subsanguineum claruȝ in pulmonis valitudine in principio nullo colore turbatum salutem significat. Sȝ si vsqȝ in diē septimum aut amplius idem sputum manserit suspectum est. 51.

Omne sputum perseuerante dolore malum est. Sputum nigrum pessimum ē. Et omne sputū cum doloris diminutione bonū. 52.

Omnis dolor predictoꝝ locoꝝ si superueniēte sputo: vel solutione ventris: vel flobothomia adhibito: vel quolibet competenti medicamine non fuerit diminutus: pus ibi futuꝝ denūciat. 53.

Putredo colerica sputo admixta: ꝛ sine sputo malum est. 54.

Si tamen a die septimo contigerit. 55.

Mortem namqȝ in quartodecimo nunciabis: nisi signum quodlibet aliud sperande salutis adesse consideraueris. 56.

Quod si huiusmodi est robur ꝛ cōstantia egri ꝛ bonus spiritus ꝛ facilis proiectio putredinis cum tussi: ꝛ equalitas totius corporis in habitudine caloris ꝛ multitudinis: nec sitierit: ꝛ si vrina ꝛ stercus ꝛ sudor ꝛ somnus bene se habuerit: que si bene se sunt habētia vitam sunt pollicentia. ex quibus si plura defuerint: post diem. 14. mortem futuram pronunciabis. Et contrarium quidem quod est mortis signum huiusmodi est: scilicet debilitas egri: spiritus anxius magnus ꝛ densus: dolor permanens: proiectio cum laboriosa tussi: sitis perseuerans: corporis circa calorem inequalitas: ventris ꝛ laterum calor magnus: sed ꝛ frontis ꝛ manuum ꝛ pedum frigor: ꝛ vrina ꝛ stercus ꝛ sudor ꝛ somnus vt diximus sunt minantia mortem. hec si predicte proiectioni colerice putredinis superueuerint: mortem futuram aute diem 14. non dubitabis: vel in. 9. vel in. 11. Ex hac ergo consideratione sputum dices esse mortale. Et si vitalia mortisqȝ signa cognoueris: pronosticorum rectitudine inoffense progredieris. 57.

ET ista signa sunt laudabilia scilicet: robur: ⁊ consistentia egri: ⁊ 59.
bonus spiritus.

APostemata quedā in.20.quedam.in.40.quedam in.60.ruptu- 60.
ram differunt.

OPortet ergo medicum diem principij nō ignorare: ⁊ in qua hora
corpus primū habuerit calere: aut rigere: aut per infirmū cogno
scere qñ incepit in eodem loco dolere: ⁊ cōpunctiones sentire. hec enim
sunt prima collectionum iudicia. Ex quo erunt tibi dies computandi: 61.
⁊ inde eruptionem expectabis in predicta tempora.

ET si hec collectio in vno laterum ↄtigerit aut ambobus euenerit
vtiliter pcunctaberis. Et si in altero magis caluerit: dehinc iace
re sup alterū videbis. Et si pondus in altero sentiat: interrogabis. Et
ex hoc apostema in altero latere ⁊ nō in ambobus eē diiudicabis .62:

ET ex signis huiusmodi que sunt putribilia coniecturabis. febris
enim indeficiens erit: sed in die modica: in nocte vero magis ac-
censa: ⁊ sudor multus: ⁊ in tussiendo falsa quies: ⁊ oculorum reductio:
atqꝫ in eorum angulis rubor: ⁊ vnguium constrictio: ⁊ digitorū cale-
factio. Amplius tamen in eorundem digitoꝝ summitatibus: ⁊ in pedi
bus fiunt ⁊ recedunt minuta apostemata: fastidium patiuntur: ⁊ per
corpus eorum vesice nascuntur: ⁊ non morantur. Illi empici fiunt in 63.
quibus hec signa sunt.

QUi vero velocius empici fiūt: vtrūqꝫ ex eis que dicta sunt aliqd
ↄtigerit: ↄsiderabis an spiritus sit frequens ⁊ sputum cum tussi
indeficiente: ⁊ vtrum eum excreare ceperit dolor fiat amplius: ⁊ in ta- 64.
libus rupturam ante.20.diem expectabis.

ET quos febris in die rupture dimiserit: eos euasuros enūciabis:
tunc ipsi cibum appetunt: ⁊ non sitiunt: ⁊ modicum atqꝫ cōiun-
ctum est qđ egerunt: pus qđ eijciunt album est ⁊ leue: ⁊ per totū equale
⁊ sine labore: ⁊ cum modica tussi ⁊ in breui sanantur. Prope hos sunt
qui proxima signa his signis habuere eorum. Quos autem febris in
apostematis ruptura non deserit: ⁊ quasi furtiua postmodum inuase
rit: ⁊ afficiuntur siti ⁊ fastidio cibi: ⁊ egerunt molle: ⁊ post qđ iactant
liuet ⁊ viret flegmati admixtum atqꝫ spumosum: his signis pertracta 65.
tis: perituros non dubitabis.

QUi vero quedam horū ⁊ nō omnia habuerint: eoꝝ quidē hi mo
riuntur: hi etiam in vita manebunt. vtriqꝫ tñ difficilem exitum 66.
consequūtur. hi tamen tuo prouidenti iudicio discernūtur.

QUibus peripleumonicis supra aurem vel infra: apostema con-
tingit ⁊ putredinem fecerit: ⁊ cum crepuerit: fistulam parit ⁊ 67.
sic euadit.

INterest autem tua diligenter ſm hec precepta perpendere quādo
febris permanet: neqꝫ dolor minuitur: ⁊ sputum est inconueniēs:
⁊ egestio non est colerica; neqꝫ liquida: vrina modica cum hypostasi
plurima ⁊ alia cuncta signa: boni sunt nuncia: tunc sub aure vt dixi-

mus apostema futurum expectabis.

68.
SEpius inascitur apostema hoc his quibus dolor aut calor est sub hypocundrijs. Quibus vero periplemonicis hypocundria neq3 dolent neq3 calent: et spiritus est densus sine causa manifesta: his apostema super aurem nascitur.

69.
APostema vel vesica in pede natum periplemonicis salutez promittit. melius tamen si in principio sputi proiectio ex rubeo in album mutatur: q2 his signis certa salus promittitur. Sed qd reijcitur nō est vt oportet: neq3 in vrina est hypostasis: timendum est ei membro cui superuenit apostema periculum.

70.
QUod si idem apostema euanuerit: atq3 sputum putredinis non euenerit: neq3 febris defecerit: malum est: et egro amentiam mortis preuiam expectabis.

71.
PLures ex his qui grandeui sunt: periplemonica depereunt collectione. Alij vero alijs collectionibus magis.

72.
ACutis febribus existentibus: si dolor a lumbis et femore ad dyafragma ascenderit: mortale est. Alijs tn̄ signis preuisis: ex quoru3 pluralitate siue paucitate diiudicabis.

73.
VEsica dolens atq3 rigida febribus nō deficientibus malū pnunciat: magis tamen cum ventris strictura.

74.
Sed si puenerit vrina sicut pus cum hypostasi: dolor soluit.

75.
SI vero vrina nō sic fuerit: et vesica nō mollescit: neq3 febris deciderit: mors in primo periodo aderit.

76.
HEc autem morbi species amplius pueris a septimo anno vsq3 in decimumquintum euenire consueuit.

¶ Explicit liber Secundus pronosticoꝝ

¶ Incipit Tertius liber pnosticoru3.



IN febribus idem terminus qbusdam ad vitam quibusdam ad mortem.

2.
ILla dies ide3 in quibus ex hoibus saluatur qui saluatur: et perijt qui perijt.

3.
IN qbus febribus si cūcta signa bn̄ pcesserit: et spes mali in quoda3 nō heserit: in die quarta aut prius terminū vite iudicabis. S3 in qbus cuncta signa male puenerint: neq3 boni spes vlla affuerit: in qnarta die vel ante mortem obibit.

4.
PRimus piodus hoc numero ptinet: scōs in septio: terti⁹ in vndecimo: quartus in quartodecio: qntus in decioseptio: sext⁹ in vigesimo. Qui numer⁹ p qternariū augmētādo in acuta egritudie vsq3 in vigesimū diē ōcurrit: neq3 ē pputari i cōpleto nūero dieꝝ: quēadmodum neq3 anni neq3 menses: ad quoꝝ formam tres septimanas in vl-

gīnti dierum ſpacio terminatmus. 5.
Et periodus primus ex periodis eaꝝ apud hoc peruenit. 6.

DEinde ſm hãc rõnẽ augmẽti euenit primus ꝑiodus in vigeſimo
die: ſcd̃s in quadrageſimo: ⁊ tertius in ſexageſimo. 7.

IN quibus valitudinibus determinatio eſt tarda: ꝓnoſtica in illis
in initio ſunt latẽtia: eaꝝ enim ꝑncipia ꝯfuſa ſunt: iccirco cautius
inuigilandum eſt: ⁊ in ſingulis quaternis diebus ſtudioſius intuen-
dum: qd̃ ſi feceris aut vix aut nunq̃ falleris. 8.

ET finis quartane huiuſmodi eſt. 9.

QUe vero in breui finiuntur: facilius cognoſcũt. Differẽtia enim
illaꝝ eſt euidentiſſima. Euaſuris q̄dem ſpiritus ſuauis: neq̧ do
lor aliquis nimius: ⁊ nocturna quies naturalis: ⁊ reliqua ſigna cuncta
boni ordinis: vt diximus. Morituris vero ſpiritus anxius: ⁊ turbatus
animus: vigiliaꝝ inſtantia: ⁊ omnis ſignificatio mali nuncia. 10.

COnſiderabis igitur augmenti tempora vſq̧ in ſtatum: an ſint vt
ſupra diſpoſuimus. 11.

SEcundum hanc quoq̧ rõnem ⁊ in parientibus cautus eris: ⁊ nõ
parientibus ſimiliter. 12.

SI dolor in capite acutiſſimus cum febre fuerit: ⁊ ſignũ aliqd̃ mor
tis apparuerit: mors cito aderit. Et ſi ſignum mali non affuerit:
⁊ dolor vſq̧ in vigeſimuȝ diem permanſerit: neq̧ febris abierit: ſangui
nem de naribus expectabis: aut aliquod apoſtema in īferioribus par-
tibus corporis. Sed dolore adhuc reſtante: ſanguinem de naribus ex-
pectabis: aut apoſtema expectabis: magis tamen dolore frontem ac
tempora non relinquente. 13.

ET ſanguineȝ ſperabis plus in illis qui ſunt minus .35. annoruȝ:
apoſtema vero magis in his qui ſunt amplioris etatis. 14.

AUrium dolor acutus cum acuta febre permanente malum eſt.
Expectabis in eo alienationem ⁊ mortem: graue enim eſt ⁊ mole
ſtum. Intereſt ergo tua bene omnia a principio egritudinis perſcruta
ri ⁊ attendere ſigna. 15.

IUuenes enim qui ſunt in hac paſſione: in die ſeptimo vel prius
pereũt. Senes vero tardius quia febres ⁊ alienatio minus eis q̄̄
iuuenibus contingunt: atq̧ aures eorum erumpuntur ⁊ pus emittũt.
In ſenili tñ etate valitudo reſurgit ⁊ interimit. Iuuenes vero anteq̄̄
rumpatur apoſtema pereunt. Quod ſi crepuerit: ⁊ ſignum quodlibet
apparuerit boni: aliquid boni ſperabis. 16.

APoſtema in gutture cum acuta febre malum eſt. Et ſi aliud mali
ſignum ex iam dictis viſum fuerit: mortale eſt. 17.

SQuinantia peſſima ⁊ cito mortifera eſt que in gutture non appa
ret nec extat in ceruice cuȝ rubenti tumore: dolore tñ acutiſſimo
exiſtente ⁊ ſpiritu orthomie. 18.

HEc mali ſpecies in prima die ſuffocat: aut ſecũda: aut tertia: aut
quarta. Altera huius mali ſpecies eſt cum in gutture apoſtema

rubet:⁊ ipsa mortifera est:tamen pigrior est prima. 19.
TErtia vero in qua ceruix ⁊ guttur rubent prioribus diuturnior
est:⁊ nisi tumor ad iteriora redierit:spei locus oio nō resistit. 20.
ET si delituerit:non tñ ipsa die cretica:neqꝫ propter aliqđ aposte
ma rubentem tumorem alio transduxerit: neqꝫ putredinem pa
tiens expuerit:vel ad modicum defecerit:⁊ si dolor requiem mentitur:
mortem ad iterationis laborem promittit 21.
BOnum est autem tumorem ⁊ ruborez foras promineri:quod apo
stema si ad pulmonem intus lapsuz fuerit:pus ibi efficit:⁊ amē
tem reddit.
QUam tumidam ⁊ rubentem incidere timenduz est:quia vel sani 22.
es inde sequitur:vel sanguinis fluxus nimius. Laborabis igitur
ad aliam curam confugere. Et si neqꝫ sic poteris incisionem effuge
re:⁊ amplius crescit ⁊ liuescit: ⁊ siquod palato adheret subtiliatur:
tunc incide:sed prius totum corpus festinabis purgare: tempore fa
uente:⁊ suffocationis timore minime reluctante.
QUorum febris si per modicuz lentescit:nec signum finiende egri 23.
tudinis habuerint: nec febris defectus in die cretica fuerit: ite
rationem egritudinis expectabis.
QUibus febribus permanet:neqꝫ labore grauantur:neqꝫ multum 24.
molestantur vue dolore:his apostema futurum est in iuncturis
inferiorum partium post dié.20. Quibus febres longe:his pustule aut
in articulis dolores fiunt.
TRansactis.20.diebus post febrem:oportet vt expectet exitura cuz 25.
pertransit egritudo vigesimuz diem.
HOc autem apostema minus euenit illis quorum etas est inferior 26.
a.35.anno.
QUibus vero etas est prolixior:fiet apostema febribus manenti 27.
bus.
FEbribus vero inordinate vagantibus quartane sunt future:cer 28.
tius tamen circa autūnum.
ET sicut illis quos prediximus apostema oritur:sic qui.35.annuz 29.
preterierunt quartanarīj efficiuntur.
OMne apostema magis in hyeme q̄ in alijs temporibus euenit:⁊ 30.
amplius moratur.⁊ si sanatur nō reciprocatur.
QUibus adsunt febres non mortifere: attestantur in capite dolo 31.
res:⁊ patientes ante se putant tanq̄ muscas volitare:vel aliqua
nigra. Et si dolor in vitalibus superuenerit:rubeam coleram vomitu
ros sperabis. Et si rigor vel frigus affuerit:⁊ sub hypocundrijs frigi
dum sentitur:certiorem ⁊ subitum vomitum sperabis.⁊ si cibum assu
munt reijciunt.
QUibus ille dolor a primordio febris in capite est ⁊ dolor quarta 32.
die aut quinta auget in septima euadūt. Quibus vero die tertia
dolor inceperit ⁊ crescit vsqꝫ in quintam ⁊ septimam:finitur in nona

vel vndecima. Si vero contingat i decima ⁊ vrina priori similis est: in quartadecima die liberantur. 33.

Que vero diximus tertianariis eueniunt equaliter viris ⁊ mulieribus. Junioribus vero eueniũt in febribus diuturnis ⁊ in veris tertianis. 34.

In febribus si est dolor capitis neqꝫ ante oculos quibuslibet nigris apparentibus: sed veluti flamma lampadibus: ⁊ sub hypocundria dextra vel sinistra sunt tensiones ⁊ tumores ⁊ tetani: sine dolore his sanguis fluxurus est de naribus. 35.

Pueris in acuta febre spasmus contingit maxime autem si ventres constipati sunt ⁊ vigilent ⁊ expaueant ⁊ plangant ⁊ colorem varient: vt modo citrini: modo rubei: modo liuidi: modo virides fiant. hec veniunt pueris vsqꝫ in septimum annuꝫ. maioribus vero his ⁊ iuuenibus spasmus in febribus non contingit nisi magnis existentibus infirmitatibus vt est frenesis. 36.

Interest ergo tua vt multo studio pereuntes ⁊ euasuros siue pueros siue iuuenes discernas: nec in qualibet egritudine te negligẽter offeras. 37.

Honestum quoqꝫ illud est qui sanitatem huic vult promittere: illi vero mortem vult pronunciare. Et in breui ⁊ in prolixa egritudine omnes vt diximus significationes oportet dignoscere ⁊ equa ratione perpendere atqꝫ vires earum conferre: cautius tamen hec in vrinis ⁊ sputis facere. 38.

Et hec est nostra doctrina in acutis passionibus ⁊ in epidimicis egritudinibus idest longis vt in cancro ⁊ similibus piculis: ne torpeas ⁊ tempora presentesqꝫ morbos attendas. 39.

Scito omnes valitudines posse euenire oibus temporibꝰ. quasdã tamen quibusdam magis est euenire ⁊ quarum signa mala sunt malas esse. quaꝝ vero bona sunt econtra se habere. 40.

Adhuc significationes quas diximus in ethiopia ⁊ hesperia ⁊ septemtrione experti sumus. 41.

Nec desperatio aliqua te ꝯturbet: qꝛ locupletius ꝙ existimes tibi arridebit signoꝝ series si vt mouimus nostre rõni iuigiles. 42.

Neqꝫ ad alias egritudines ⁊ alias preceptiones ab hac preceptione velis diffundere: quia quecunqꝫ determinantur nostro numero certo dierum creticorum: nostro quoqꝫ sint exposite ordine preceptorum.

¶ Explicit liber Tertius ꝓnosticorum Hypocratis.

¶ Incipit liber Primus aphorismorum domini Hypocratis secundum antiquam translationem.


Ita breuis. Ars vero longa. Tempus autem acutum. Ex-
perimentum fallax. Judicium autem difficile. ¶ Opor-
tet autem non solum seipsum prebere facientem que opor-
tet: sed etiam egrotantem: ⁊ presentes: ⁊ ea que extrinse-
cus sunt.

In perturbationibus ventrium ⁊ vomitibus qui sponte fiunt: siquidem 2.
qualia oportet purgari purgentur: ⁊ confert: ⁊ bene ferunt. Si
vero non: contrarium. ¶ Sic ⁊ inanitio siquidem qualem oportet fieri fiat: ⁊
confert ⁊ bene ferunt. Si vero non: contrarium. ¶ Contemplari igitur oportet ⁊
tempus: ⁊ regionem: etates: ⁊ egritudines: in quibus oportet: aut non.

In exercitatibus ad summum bone habitudines sunt fallaces si in 3.
vltimo fuerint. Non enim possunt manere in eodem: neque quie-
scere. Qui vero non quiescunt: nequaquam possunt in melius addere: re-
linquitur ergo ad peius. Horum igitur causa bonam habitudinem sol-
uere confert: ⁊ non tarde: vt rursus principium nutrimenti accipiat corpus.
Neque compressiones ad vltimum ducere. fallax enim est. Sed qualis na-
tura fuerit sustinentis ad hoc ducere. Similiter ⁊ inanitiones ad vlti-
mum ducentes sunt fallaces. Et iterum resumptiones in vltimo existen-
tes fallaces.

Tenues ⁊ certe diete in diuturnis semper passionibus: ⁊ in acutis 4.
egritudinibus quibus non conueniunt: difficiles. Ad vltimum te-
nuitatis: que adducunt diete difficiles. Et iterum resumptiones in vl-
timo existentes difficiles.

In tenuibus dietis peccant egrotantes: ⁊ ideo magis ledunt. Omne enim 5.
peccatum quantumcumque sit magnum fit magis in tenuibus dietis quam in gros-
sioribus. Propter hoc ⁊ in sanis fallaces sunt valde certe ⁊ constitute die-
te: quoniam peccantia difficilius ferunt. Propter hoc igitur tenues ⁊ certe die-
te fallaces sunt: amplius parum solidioribus.

Ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionem sunt 6.
potentes.

Ubi vero secundum acumen egritudo continuos ⁊ vltimos labores habet: vlti- 7.
ma ⁊ tenuissima dieta necessarium est vti. Ubi autem non: non: sed conuenit
grossius reficere: ⁊ tantum subcondescendere quantum egritudo mollior
fuerit vltimis.

Quando in statu est egritudo: tunc tenuissima dieta necessarium 8.
est vti.

Contemplari oportet igitur egrotantem: si sufficiat dieta ad statum 9.
egritudinis: ⁊ vtrum ille deficiat prius ⁊ non sufficiat dieta: aut

10.
egritudo deficiat ⁊ obtundatur.
Quibus ergo cōtinuus est status:cōtinuo ⁊ tenuiter reficere opoꝛ
tet. Quibus vero posterioꝛ status ad id ⁊ ante id parum afferen
dū. Prius vero vberius reficiēdū: vt sufficiat egrotans. 11.
In paroxismis subtrahere cibum opoꝛtet: apponere enim lesio ē.
Et quecunqꝫ scōm circuitus exacuuntur: in exacerbationibus 12.
subtrahere opoꝛtet.
Paroxismos vero ⁊ consistentias declarant egritudines: ⁊ tempo/
ra anni: ⁊ circuituum adinuicem incrementa: siue quotidie: siue
pꝛeter diem: siue per amplius tempus fiant. Sed ex post apparētibus:
quemadmoduz in pleuretico sputum subꝛubeū si continuo appareat:
inchoantem quidē abbꝛeuiat. si vero posterius appareat ꝓlongat. Et
vrine egestiones ⁊ sudoꝛes ⁊ disscritas ⁊ eucritas lōgas ⁊ bꝛeues egri/ 13.
tudines apparentia declarant.
Senes facillime ferunt ieiuniū. Secundo cōsistentes. Minus ve/
ro pueri. Hoꝛum vero omniū: maxime infantes. Hoꝝ vero ipsoꝝ 14.
quicunqꝫ sunt: animosioꝛes existentes.
Qui crescunt plurimū habent innatum caloꝛem: plurimo igitur
indigent nutrimento. Si vero non: consumitur coꝛpus. Senibꝰ
vero paruus caloꝛ inest: ꝓpter hoc igitur paucis fomentis indigent: a
multis cibis enim extinguitur caloꝛ. Propter hoc igitur ⁊ febꝛes seni/ 15.
bus nō similiter acute fiunt: frigidū enim coꝛpus habēt.
Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura: ⁊ somni longissimi.
In his ergo tempoꝛibus oblationes plures dande sunt. Etenim
innatus caloꝛ est multus: nutrimento igitur amplioꝛi indigēt. Signū 16.
⁊ etates ⁊ athlete.
Humide diete oībus febꝛicitantibꝰ conferunt: maxime vero pue/ 17.
ris: ⁊ aliijs sic assuetis refici.
Quibus semel aut bis: aut amplius: aut minus: aut ꝺm ꝑtē. Dan/
dū vero ē aliqd tpi: ⁊ hoꝛe: ⁊ regiōi: ⁊ etati: ⁊ ꝯsuetudini. 18.
Estate vero: ⁊ autūno cibos grauissime ferunt. In hyeme vero fa 19.
cile. Uere vero secundo.
His qui in circuitibus exacuunł: nihil dare: neqꝫ cogere: sed au/ 20.
ferri ex appositis ante crisim.
Ea quoꝝ crisis fit: ⁊ quoꝝ facta est equalꝛ: nō mouē: neqꝫ nouū fa 1.
cere: neqꝫ farmaciijs: neqꝫ aliijs ꝓuocatiōibꝰ vti: sed sinere.
Que ducere opꝫ vndecūqꝫ natura maxime repit: inde ducere per 22.
cōuenientes regiones.
Digesta medicari: ⁊ mouere non cruda: neqꝫ in pꝛīcipiijs: nisi sint 23.
furiosa: multa vero non sunt furiosa.
Que egeruuł nō multitudinē cōsiderare opꝫ: sed quomō egerun/
tur. Et si qualia opꝫ purgari purgenł: ⁊ confert: ⁊ bene ferunt.
Et vbi opoꝛtet vsqꝫ ad defectionem ducere: ⁊ hoc facere si sufficiat 24.
egrotans.

In peracutis passiōibus raro ꝛ in pricipijs farmacijs vti. Et hoc prius bene diiudicantes facere. 25.
Si qualia opꝫ purgari purgent: ꝛ confert: ꝛ bene ferunt. Si vero contrarium importune. 26.

Explicit liber Prim⁹ aphorismorū hypocratis.

Incipit Scd̄s liber aphorismoꝝ.



In quo morbo somnus laborem prestat: mortale. Si vero somnus iuuerit: non mortale. 2.
Ubi desipientiam somnus sedat: bonum. vbi vero prestat: malum. 3.
Somnus ꝛ vigilie: vtraqꝫ mō magis facta: malū. 4.
Non plenitudo: non indigentia: neqꝫ aliud quodcunqꝫ magis natura fuerit nihil bonum. 5.
Labores spontanei narrant morbos. 6.
Quicunqꝫ dolentes aliquid corporis: plurimum dolorem nō sentiunt: his mens egrotat. 7.
Quecunqꝫ multo tempore extenuantur corpora: tarde reuerti cō sueuerunt. Que vero modico modice. 8.
Si ex egritudine cibum accipiens quis nō conualescat signum est ꝙ corpus plurimo cibo vtitur. Si vero nō accipiēti hoc fit: significat quoniam corpus inanitione indiget. 9.
Corpora vbi quis vult purgare: oportet fluxa facere. 10.
Non pura corpora q̄ntūcunqꝫ nutries magis ledes. 11.
Facilius est repleri potu ꝙ̄ cibo. 12.
Que relinquūtur in morbis post crisim: subuersiones facere consueuerunt. 13.
Quibuscunqꝫ crisis fit: his nox difficile est ante acumen: superueniens vero leuior vt in pluribus. 14.
In ventris fluxibus: mutationes egestionum iuuant. si nō: ad mala transmutantur. 15.
Ubi fauces egrotant aut pustule in corpore nascuntur: considerare oportet egestiōes. Si enim colerice fuerint: corpus egrotat. Si vero sanis similes: certum est corpus nutriri. 16.
Ubi indigentia non oportet laborare. 17.
Ubicunqꝫ cibus preter naturam intrat: hic egritudinē facit. Manifestat vero sanatio. 18.

ubi i di[...] ... labora[...]

EOrum q̄ nutriunt copiose ⁊ velociter: veloces secessus fiūt. 19.

ACutorum morborum non omnino certe sunt sanitatis pronūciationes: neqꝫ mortis. 20.

QUibuscūqꝫ iuuenibus existentibus ventres fiunt humidi: his senescentibus exsiccantur. Quibus iuuenibus ventres fiunt sicci: his senioribus factis humectantur. 21.

POtus indigentiam soluit. 22.

EX plenitudine quecunqꝫ egritudines fiunt: euacuatio sanat. Et quecunqꝫ ab euacuatione: plenitudo. Et alioꝝ ꝯtrarietas. 23.

ACute egritudines in quattuordecim diebus iudicantur. 24.

SEptime quarta est iudicatiua: ⁊ alterius hebdomade octaua est principiū. Cōtemplaria vero vndecima. hec est enim quarta secū de hebdomade. Contēplaria vero rursus septimadecima: hec est enim quarta a quarta: decimaseptima vero ab vndecima. 25.

EStiue vero quartane vt multuꝫ fiunt breues: Autumnales vero longe: Maxime vero que ad hyemem coniunguntur. 26.

FEbrem in spasmo melius est fieri: q̄ spasmuꝫ in febre. 27.

NOn scd̄m rationem alleuiatis non opꝫ credere: neqꝫ vereri valde mala que fiunt irrationabiliter. Multa enim taliuꝫ incerta sunt ⁊ non valde permanere neqꝫ morari consueuerunt. 28.

FEbricitantibus non fortiter: neqꝫ oīno in superficie permanere ⁊ nihil minuere corpus: aut tabescere magis eo q̄ s̄m rationeꝫ sit malum est: hoc eniꝫ longitudineꝫ egritudinis significat: hoc aūt imbecillitatem virtutis significat. 29.

INchoantibus morbis siquid videtur mouere moue. In statu vero habere silentium melius est. 30.

CIrca principia ⁊ fines omnia imbecilliora. Circa vero status omnia fortiora. 31.

EX egritudie v̄o bene reficiēti ⁊ nihil addere corpus malū. 32.

PLerumqꝫ omnes male se habentes s̄m principia quidem bene recipientes ⁊ nihil addentes in fine rursus abstinent. Secundum principia quidem abstinentes fortiter. Posterius vero bene reficientes melius commutant. 33.

IN omni egritudine cōfortari mente: ⁊ bene se habere ad oblationes bonuꝫ. Contrarium vero malum. 34.

IN morbis minus periclitant egrotātes. Quibuscūqꝫ proprie nature: ⁊ etatis: ⁊ habitudinis: temporis: ⁊ regionis: ⁊ hore egritudo inest: magis q̄ quibus nō propria s̄m aliquid horum inest. 35.

IN omnibus morbis ea que circa vmbilicum ⁊ pectineꝫ sunt spissitudineꝫ habere melius est. Nimis vero tenue ⁊ tabefactū maluꝫ. Fallax eniꝫ huiusmodi ad inferiores purgationes. 36.

SAna habentes corpora farmaciis purgati exoluuntur. Celerius vero malo cibo vtentes. 37.

SAna habentes corpora farmaciis vti: difficile est. 38.

PArum deterior cibus et potus delectabilior vero: melioribus quidem in delectabilibus magis appetendus. 39.

SEnes iuuenibus plerumque egrotant minus. Quecunque vero egritudines eis cronice fiunt: multotiens comoriuntur. 40.

Branchi et corrize in valde senibus non maturantur. 41.

QUi exoluuntur frequenter et fortiter sine manifesta occasione: repente moriuntur. 42.

APpoplexiam soluere fortem impossibile est. Debilem vero non facile. 43.

STrangulatorum et dissolutorum nondum mortuorum: non referunt quibuscunque spuma fuerit circa os. 44.

CRassi valde secundum naturam cito moriuntur magis gracilibus. 45.

EPilenticorum iuuenibus alterationem mutationes maxime etatis: horarum: locorum: faciunt et vitarum. 46.

DUorum dolorum qui simul fiunt: non secundum eundem locum: maior denigrat alterum. 47.

CIrca generationem saniei dolores et febres accidunt magis quam facta sanie. 48.

IN omni motione corporis cum ceperit quis dolere: quiescere statim remedium est. 49.

ASsueti assuetos labores ferre: et si fuerint imbecilles aut senes: insuetis et fortibus et iuuenibus facilius ferunt. 50.

EX multo tempore consueta: et si fuerint deteriora insuetis: minus molestare consueuerunt. Oportet igitur ad inconsueta transmittere. 51.

SEcundum multum et repente euacuare: aut replere: aut calefacere: aut infrigidare: aut aliter quomodolibet corpus mouere: fallax est: et omnino nature inimicum. Paulatim vero certum. Et ex alio ad aliud transire decet: non aliter. 52.

OMnia secundum rationem facienti: et non euenienti secundum rationem: non oportet transire ad aliud: manente eo quod visum est a principio. 53.

QUicunque ventres habent humidos iuuenes quidem existentes: siccos habentibus melius comutant. In senectute vero deterius comutant: siccantur enim vt in pluribus senescentibus. 54.

IN magnitudine vero corporis iuuenescere quidem decens est: et non insuaue. Senescere vero inutile: et peius minoribus.

¶ Explicit liber secundus.

Incipit Tertti⁹ liber aphorismoꝝ.



Utatiões tempoꝝ maxime generãt morbos. Et in horis magne mutatiões aut frigiditates aut estus. Et alia ſm rationem ſic. 2.

Naturarũ hec quidem ad estatem: hec vero ad hyemem: bene aut male nate ſunt. 3.

Egritudinum alie ad alias bene nate ſunt: aut male. 4.

Etates qdã ad regiões: ꝛ horas: ꝛ dietas: bñ aut male nate ſũt. 5.

In horis quãdo eadẽ die: aliquando quidã estus: aliquando vero frigus: autũnales egritudines expectare opꝫ. 6.

Austrini flat⁹ grauãt auditũ: caliginoſi caput grauãtes: pigri diſſoluẽtes: qñ iſti ꝑualẽt talia in morbis patiunt̃ egrotãtes. Si võ boreas fuerit: tuſſes: faringes: vẽtres duri: diſſurie: horrores dolores: ꝛ pectoꝝ ꝛ lateꝝ. qñ iſti ꝑualuerint talia ĩ morbis expectare opꝫ. 7.

Um eſtas ſit veri ſimilis: ſudores multos in febribus expectare oportet. 8.

In ſiccis temporibus febres acute fiunt. Et ſiquidem annus talis exiſtens amplius fuerit: qualem conſtitutionem fecerit in pluribus: ꝛ tales egritudines expectare opꝫ. 9.

In moderatis tẽporib⁹ ſi tẽporaliter tpa ſe reddiderint: boni ſtatus ꝛ bone egritudinis determinationes fiunt. In immoderatis vero maxie imoderate: ꝛ difficiles determinationes. 10.

In autumno acutiſſime fiunt egritudies: ꝛ maxime mortifere: vt in plurib⁹. Uer vero ſaniſſimũ: ꝛ minime mortiferum. 11.

Autumnus ptiſicis malus. 12.

De tẽporibus: ſiquidẽ hyems ſicca ꝛ borealis fuerit: ver vero pluuioſum ꝛ auſtrinũ: neceſſe eſt eſtate febres acutas: ꝛ obtalmias: ꝛ diſinterias fieri: maxime mulierib⁹: ꝛ humidis natura. 13.

Si vero auſtrina hyems ꝛ pluuioſa ꝛ tranquilla fiat: ver vero ſiccum ꝛ boreale: mulieres ſiquidem quibus partus ad ver ineſt: ex omni occaſione abortiunt. Si vero genuerint: morbidos pueros: ꝛ imbecilles pariunt: vt aut ſtatim reſoluantur aut morbidi ꝛ tenues viuãt exiſtẽtes. Alijs vero iuniorib⁹ qdeꝫ diſſinterie: ꝛ obtalmie ſicce fiũt. Senioribus vero catarri celeriter diſſoluentes. 14.

Si vero eſtas ſicca ꝛ borealis fiat: autumnus vero pluuioſus ꝛ auſtrinus: capitis dolores in hyeme: tuſſes: branchi: ꝛ corrize fiunt: quibuſdam vero ꝛ ptiſis. 15.

Si vero autumnus borealis fuerit ꝛ inaquoſus: humidis natura

⁊ mulieribus confert. Reliquis vero obtalmie fiunt sicce: ⁊ febres acute: ⁊ corize diuturne. Quibusdã vero ⁊ melancolie. 16.

Constitutiones anni vero omnino quidem sicce pluuialibus sunt saniores: ⁊ minus mortifere. 17.

Egritudines vero in pluuialibus vt multum fiunt: ⁊ febres longe ⁊ vẽtris fluxus: ⁊ putredines: ⁊ epilepsia: ⁊ appoplexia: ⁊ squinantes. In siccis vero consumptiones: ptisis: ⁊ obtalmie: artetice: stranguríe: ⁊ dissinterie. 18.

Quotidiane vero constitutiones boreales corpora cõstituũt quidẽ fortiora: ⁊ bene mobilia: ⁊ bene colorata: ⁊ melius audientia faciunt: ⁊ ventres siccant: ⁊ oculos mordent: ⁊ circa thoracem dolorẽ faciunt: ⁊ siquidẽ prius est dolendum magis dolet. 19.

Austrine vero corpora dissoluunt ⁊ humectant: ⁊ capitis ⁊ auditꝰ grauitates faciunt: ⁊ vertigines in oculis: ⁊ corpore difficilẽ motum: ⁊ ventres humectant. 20.

Secundum horam quidem veris ⁊ extreme estatis pueri ⁊ eorum affiues etatibus: ⁊ bene degunt ⁊ maxime sani sunt. Estate ⁊ autumno vsqꝫ ad aliud quidem senes. Reliquo vero autumno ⁊ hyeme medij etate. 21.

Egritudines quedam oẽs in omnibus horis fiunt: quedam vero maxime ẜm quedam earum fiunt ⁊ exacuuntur. 22.

Vere siquidem manie: ⁊ melancolie: ⁊ epilepsie: sanguinis fluxus: squinantes: corrize: branchi: tusses: lepre: lichineis: alphi: rubores vlcerosi plurimi: pustule: ⁊ artetice. 23.

Estate vero quedã horum febres ꝯtinue: ⁊ causon: ⁊ tertiane plurime: ⁊ vomitꝰ: ⁊ dyarie: ⁊ oculoꝝ ⁊ aurium dolores: oris vlcerationes: ⁊ pudendorum putredines: ⁊ dissudationes. 24:

Autumno vero ⁊ estiuorum multa ⁊ febres quartane: ⁊ errantes: ⁊ splenes: ⁊ hydropes: ⁊ ptisis: ⁊ vlcerationes: ⁊ stranguríe: ⁊ lienterie: ⁊ sciades: ⁊ squinantes: ⁊ anhelitus: ⁊ hylei: ⁊ epilepsie: ⁊ manie: ⁊ melancolie. 25.

Hyeme pleuretide: peripleumonie: corrize: branchi: tusses: dolores pectoꝝ: laterũ ⁊ lũboꝝ: dolor capitis: vertigĩes ⁊ appoplexie 26.

In etatibus vero talia accidũt. Pueris quidẽ ⁊ nouiter genitis vlcerationes oris: vomitus: tusses: faringes vmbilici: flegmones: vigilie: tumores: ⁊ aurium humiditates. 27.

Cum vero dentes ꝑducunt: gingiuarum pruritus: febres: spasmi: dyarie: ⁊ maxime quando producũt caninos dentes: ⁊ pinguissimis puerorum ⁊ duros ventres habentibus. 28.

Senioribus vero factis perithimia spondilis ẜm collũ intus impulsiones: asmata: lithiases: lumbrici rotũdi: ascarides: acrocordines: sathiriasis: scrophule ⁊ alie pustule. 29.

Senioribus vero ⁊ ad iuuentutẽ accedentibus: ⁊ horum multa: ⁊ febres diuturne magis: ⁊ ex naribꝰ sanguis fluxus. 30.

PLurime vero pueris passiones terminantur. hec quidem in quadraginta diebus: hec vero in septem mensibus: hec vero in septez annis: hec vero ad iuuentutem accedunt. Quecunqz vero permanent pueris ꝛ non soluūtur circa iuuentutem: aut feminis circa menstruorꝫ eruptiones: veterascere consueuerunt. 30.

ADolescentibus vero sanguinis sputa: ptisis: febres acute: epilepsie: ꝛ alie egritudines: ꝛ maxime predicte. 31.

VLtra vero hāc etatez asmata: pleuretides: periplemonia: litargie: frenesis: causon: dyarie diuturne: colere: dissinterie: lienterie: ꝛ hemoroydes. 32.

SEnioribus disnie: catarri cum tussi: strāgurie: dissurie: articulorꝫ dolores: nefreses: vertigines: appoplexie: cacesie: prurit᷒ totius corporis: melancolie: vigilie: ventris ꝛ narium humiditates: oculorūꝫ hebetudo: glaucositas: ꝛ grauitas auditus.

¶ Explicit Tertius liber aphorismorꝫ.

¶ Incipit liber Quart᷒ aphorismorꝫ.



PRegnantes si cōuenit purgare: a quarto mense vsqz ad septimuz. Minus vero has. Minora vero ꝛ seniora vereri oportet. 2.

IN farmacijs talia ducere ex corpore qualia sponte venientia sunt vtilia. Que vero contraria venientia quiescere. 3.

SI qualia oportet purgari: purgentur: ꝛ confert: ꝛ bene ferūt. Cōtraria vero grauiter. 4.

PUrgare quidem estate superiora: hyeme vero inferiora. 5.

SUb cane: ꝛ ante canem: moleste sunt purgationes. 6.

GRaciles ꝛ facile vomētes purgare superius: timētes hyemē. 7.

DIfficile vero vomētes ꝛ medie carnosos inferius: timentes estatem. 8.

PTisicos vero metuentes ad superiores farmacias. 9.

MElancolicis vero inferius eadem ratione vehementius contraria apponentes. 10.

MEdicari in valde acutis si expedit eadem die: differre enim in talibus malum est. 11.

QUibuscunqz torsiones: ꝛ circa vmbilicum dolores ꝛ lumbos ꝛ dolor non solutus sit: neqz farmacijs: neqz aliter in hydropem siccam perficitur. 12.

Quibus ventres lienterici hyme: supius medicari malum. 13.

Ad heleboros his qui nõ facile sursuz purgant: ante bibitionẽ oz prehumectare corpora plurimo nutrimento: ⁊ requie. .14.

Cum biberit quis heleboruz: ad motiones quidem corpus magis oportet ducere. Ad somnos vero ⁊ imobilitates minus. Declarat autem nauigatio: quoniam motus corpora turbat. 15.

Cum volueris magis ducere heleborum moue corpus. Cuz vero statuere: fac somnum ⁊ noli mouere. 16.

Heleborus periculosus est sanas carnes habentibus: spasmum eniz facit. 17.

Non febricitantibus existentibus si fiat fastidiuz ⁊ cordis morsus ⁊ tenebrositas oculorum ⁊ os amaricatum: sursum farmacia indigere significat. 18.

Supra dyaphragma dolores sursum farmacia indigere significat. Quicunqz vero inferius: significant inferius. 19.

Quicunqz in farmacijs non sitiunt cuz purgantur: non quiescãt: donec sitiant. 20.

Non febricitantibus existentibus si fiat strophus: vel genuũ grauitas ⁊ lumboꝝ dolor: deorsum farmacia indigere significat. 21.

Egestiones nigre vel q̃lis sanguis spõte veniẽtes: ⁊ cuz febre ⁊ sine febre pessime. Et quãtũcũqz fuerint colores plures: magis malũ. Cũ pharmaco vo meli⁹; Et quãto plures fuerit colores ñ malũ. 22.

Egritudinibus quibuscũqz incipientibus: si fel nigrum: aut sursum aut deorsum exierit mortale. 23.

Quibuscunqz ex egritudinib⁹ acutis: aut multi tẽporis: aut abortibus: aut aliter extenuatis: si fel nigrum exierit: aut qualis sanguis niger: sequenti die morientur. 24.

Dissinteria si a felle nigro inceperit mortale. 25.

Sanguis sursum quidem qualiscũqz malum: deorsum vero si niger exierit bonum. 26.

Nigre egestiones si a dissinteria habito: vt intestinorũ carnes egerantur mortale. 27.

Quibuscunqz in febribus sanguinis fluit multitudo: vndecunqz in resumptionibus ventres his humectantur. 28.

Quibuscunqz fellee egestiones sunt: surditate superueniẽte quiescunt. Et quibuscunqz surditas felleis egestionibus superuenientibus quiescunt. 29.

Quibuscunqz in febribus sextanis existentibus rigores fiunt discriti sunt. 30.

Quibuscunqz exacerbationes fiunt siqua hora febris acceperit: in crastinum eadem hora incipiũt discrita. 31.

Laboriosis in febribus circa articulos ⁊ circa maxillas maxime apostases fiunt. 32.

Q Uibuscũqꝫ resurgentibus ex morbis si aliquid doluerit: ibi apo-
stases fiunt: 33.

S I vero ⁊ prius doluerit: aliquid ante egritudinem: illic confirma-
tur egritudo. 34.

S I a febre habito tumore non existente in faucibus suffocatio re-
pente superuenerit mortale. 35.

S I a febre habito collum cõuertatur vt vix possit deglutire: tumo-
re non existente in collo: mortale. 36.

F Ebricitanti si ceperint sudores boni sunt tertiani: quintani: septe-
ni: ⁊ qui nono die. ⁊.11.⁊.14.⁊.17.⁊.20.⁊.21.⁊.24.⁊.27.⁊.30.⁊.31.
⁊.34.⁊.37.⁊.40. Isti enĩ sudores egritudines iudicant. Qui vo ita ñ
fiunt: dolorẽ significãt ⁊ longitudinẽ egritudinis ⁊ ꝯuersionem. 37.

F Rigidi sudores cum febre acuta quidem facti mortẽ significant.
Cum molliori vero febre longitudinẽ egritudinis significãt. 38.

E T vbi in corpore sudor: ibi egritudinem narrat. 39.

E T vbi in corpore calidum vel frigidũ: ibi egritudo regnat. 40.

E T vbi in toto corpore mutationes: ⁊ si corpus: aut infrigidatur:
aut statim calidum fit: aut calor alter ex altero fit: significant lon-
gitudinem egritudinis. 41.

S Udor multus ex somno sine aliqua manifesta causa factus signi-
ficat quoniam corpus plurimo cibo vtitur. Si vero cibũ nõ acci-
pienti hoc fiat: significat quoniam indiget euacuatione. 42.

S Udor multus frigidus vel calidus semper fluens: frigidus ma-
iorem: calidus vero minorem egritudinẽ significat. 43.

F Ebres quecunqꝫ non deficientes tertia die fortiores fiunt pericu-
lose. Quecunqꝫ vero sic defecerint: significant quoniam non pe-
riculose. 44.

Q Uibuscunqꝫ febres longe sunt: his dolores: ⁊ pustule fiunt in ar-
ticulis. 45.

Q Uibuscunqꝫ ex febribus resurgentibus aut pustule aut dolores
fiunt in articulis: hi amplioribus cibis vtuntur. 46.

S I rigor inciderit febre non deficiente: iam debili existente virtute
mortale. 47.

E Xcreationes si in febribus non deficientibus liuide: vel sangui-
nee ⁊ fetide: ⁊ fellee sint: omnes male sunt. Egeste vero bene: bo-
ne sunt: ⁊ ẜm secessum: ⁊ ẜm vrinas. Si vero non aliquid vtilium egre-
diatur per hec loca: malum est. 48.

I N non deficientibus febribus: si quedam extra frigida fuerint: q̃
vero intus ardeant ⁊ sitim habeãt: mortale. 49.

I N non deficientibus vero febribus: si labium: aut oculus: aut su-
percilium: aut nasus distorqueatur: aut non videat: aut non au-
diat: iam debili existente corpore: qđcunqꝫ horũ fiat ꝓpe mors est. 50.

VBi febre non deficiente disnia superuenerit: et desipientia: mortale est. 51.

In febribus apostema non solutum ad primas crises: longitudinem egritudinis significat. 52.

Quibuscunque in febribus aut in aliis egritudinibus voluntarie oculi lachrymantur: nihil inconueniens. Quibuscunque vero non secundum voluntatem inconueniens. 53.

Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt: fortiores et diuturniores fiunt febres. 54.

Quibus plerunque tusses sicce et modice prouocare in febribus et vrentibus: non valde sitientes sunt. 55.

In bubonibus febres facte omnes male: exceptis ephimeris. 56.

Febricitanti sudor superueniens non deficiente febre: malum: prolongatur enim morbus: et humorem plurimum significat. 57.

A Spasmo et tetano habito febris superueniens soluit egritudinem. 58.

A Causone habito rigore superueniente solutio fit. 59.

Tertiana vero si non iudicatur in septem periodis: longissima erit. 60.

Quibuscunque aures in febribus surdescunt: sanguis ex naribus fluens: aut venter turbatur: soluit egritudinem. 61.

Que iudicantur in paribus diebus difficilia sunt: et amica conuersionis. 62.

sine occasione manifesta: generant periculose: τ difficulter: aut
abortiunt periclitantes. 55.5.
In fluxu muliebri spasmus τ animi defectio si supueniat malū. 56.5.
Menstruis plurimis eueniētibus accidunt egritudines: τ nō venien,
tibus a matrice accidunt egritudines. 57.5.
Mulier si nō ꝯceperit: velis aūt scire si concipiet: contegens vestimen,
tis suffumiga deorsuz: τ siquidem transire videat odor p corpus ad
os τ nares cognosce q̄m ea nō propter se nō generat. 59.5.
Mulieri in vtero habenti si purgationes exeunt: impossibile est fetuʒ
sanum esse. 60.5.
Si mulieri purgationes nō exeunt: neq3 febre: neq3 rigore supueniēte:
anxietates abominationes defectiones animi ei acciderint: reputo
hanc in vtero habere. 61.5.
Quicunq3 densas τ frigidas matrices habent non cōcipient. Et que,
cunq3 humidas habent matrices nō ꝯcipient: extinguit enim in eis
semen. Et quecūq3 siccas τ magis ardentes non ꝯcipiunt. indigen,
tia eniz nutrimēti corrūpitur semen. Et quecūq3 ex vtrisq3 temperiē
habent moderate: huiusmodi fiunt generantes. 62.5.
Mulieri in vtero hñti tenasmus supueniens abortit. 28.7:

¶ De dispositōibus apparētibus in extremitatibus membroꝝ. Cap. xxij.

Duorum doloꝝ qui simul fiunt non ꝑm eundem locum vehementior denigrat alterum. Positus est hic aphorismus ad euidentiam dolorum iuncturarum. 46.2.

Non febricitantibus existētibus si fiat strophus: vel genuū grauitas: ꝛ lumboꝝ dolor: deorsum farmacia indigere significat. 20.4.

Laboriosis in febribus circa articulos ꝛ circa maxillas maxime apostases fiunt. 31.4.

Si vero prius doluerit aliquid ante egritudinem: illic confirmatur egritudo. 33.4.

Quibuscūqꝫ febres lōge: his dolores ꝛ pustule fiūt in articulis. 44.4.

In articulis dolores ꝛ tumores sine vlceratione podagrā ꝛ spasmuꝫ ꝛ hoꝝ plurima: frigida aqua infusa refrigerat ꝛ attenuat: ꝛ dolorē soluit. Stupor. n. mediocris dolorem minuit. 25.5.

Maniacis emoroidibus aut varicibus inatis manie solutio fit. 21.6.

Quicūqꝫ dolores a dorso in cubitos trāseunt: flebotomia soluit. 22.6.

Eunuchi non podagrizant neqꝫ calui fiunt. 28.6.

Mulier nō podagrizat si mēstrua nō defecerunt in ea. 29.6.

Puer nō podagrizat ante aphrodisiam: idest ante coitum. 30.6.

Quicunqꝫ calui fiunt: his varices non nascunt magne. quibuscunqꝫ vero innascuntur rursus capillati fiunt. 34.6.

Quibuscūqꝫ gibbi ex asmate fiunt aut tussi: añ iuuētutē pereūt. 46.8.

Quicūqꝫ tūores podagrici fiūt i. 40. diebꝯ ꝯferuescētes residēt. 49.6.

Podagrica ꝛ maniaca vere ꝛ autūno mouētur vt in pluribus. 55.6.

Quibuscūqꝫ a sciatica molestatis vertebrū resilit foras: ꝛ rursus incidat in locum suum: his mucilagines facte sunt. 59.6.

Quibuscunqꝫ a sciatica molestatis vertebrum resilit foras: his tabescit crus ꝛ claudicant si non vrantur. 60.5.

FINIS

¶ Tabula itaqꝫ febrium ꝑm morem solitum sic meo facili ingenio conscribam: si prius eos numerauero aphorismos de febribus ipsis loquētes: vt ante oculos tuos ponaꝫ: que in ipsis te doctissimum reddant.

Paroxismos ⁊ consistentias declarant egritudines:⁊ tempora anni:⁊
circuituuz adinuicem incrementa. 12.1.
Qui crescunt plurimum habent innatuz calorem ⁊c̈.in fine.Et ꝓpter
hoc ⁊ senibus non similiter febres fiunt acute : frigidum enim ha-
bent corpus. 14.1.
Acute egritudines in quattuordecim diebus indicantur:qđ ⁊ de febri-
bus intellige. 23.2.
Estiue quartane vt multũ sunt breues:autũnales vero longe:maxime
vero que ad hyemem coniunguntur. 25.2.
Febrem in spasmo melius est fieri q̃ꝫ spasmũ in febre. 26.2.
Febricitãtibus nõ fortiter neq; oĩno in superficie ꝑmanere:⁊ nihil mi-
nuere corpus aut tabescere magis:eo ꝙ ſm rõnez fit:malũ est.hoc eiꝫ
longitudinẽ egritudinis significat:hoc aũt imbecillitatẽ. 28.2.
Circa principia ⁊ fines oĩa imbecilliora:circa status oĩa fortiora.qui de
febribus itelligendus est ⁊c̈. 30.2.
In morbis minus periclitanť egrotãtes:qbuscũq; ꝓprie nature ⁊ eta-
tis ⁊ habitudinis ⁊ hoꝝ egritudo inest:magis q̃ꝫ qbus nõ ꝓpria ſm
aliquid horum inest. 34.2.
Cum estas fit veri similis sudores multos in febrib⁹ expectare opꝫ.7.3.
In siccis temporibus febres acute fiunt:⁊ siquidẽ annus talis existens
amplius fuerit qualem ꝯstitutionẽ fecerit in plurib⁹:⁊ tales egritu-
dines expectare oportet. 8.3.
In autũno acutissime fiunt egritudines ⁊ maxime mortifere vt in plu-
ribus.ver vero sanissimum ⁊ minime mortifeꝝ.quos duos etiam de
febribus intellige. 10.3.
De tẽporibus siquidẽ hyems sicca ⁊ borealis fuerit: ver vero pluuio-
sum ⁊ austrinuz:necesse ẽ estate febres acutas ⁊ obtalmias ⁊ dissinte-
rias fieri:maxime mulieribus ⁊ humidis natura. 12.3.
Estate vero quedã hoꝝ ⁊ febres ꝯtinue:⁊ causon ⁊ tertiane plurime:⁊
vomitus ⁊ dyarie:⁊ oculoꝝ ⁊ auriuz dolores:oris vlceratões ⁊ pudẽ-
doꝝ putredines ⁊ desudationes. 22.3.
Quibuscunq; in febribus sextanis idest in sexta die rigores fiunt dif-
sciti sunt. 29.4.
Laboriosis in febribus circa articulos ⁊ maxillas maxime apostases
fiunt. 31.4.
Febres quecũq; nõ deficiẽtes tertia die sunt fortiores ꝑiculose.quecũq;
vero sic defecerint:significant qm̃ non periculose. 44.4.
Quibuscũq; febres longe:his dolores ⁊ pustule fiũt in articulis.43.4.
Si rigor inciderit febre non deficiente iam debili existente virtute mor-
tale. 46.4.
In nõ deficiẽtibus febribus: sique qdem extra frigida fuerint : que vo
interius ardeant ⁊ sitim habeant mortale. 48.4.
Quibuscũq; in febribus resurgẽtibus:aut pustule:aut dolores fiunt in
articulis:hi amplioribus cibis vtuntur. 45.4.

Jn nō deficiētibus vero febribus si labiū aut oculus aut supciliū aut nasus distorqueat̃:aut nō videat:aut nō audiat:iam debili existente corpore:quecūq; hor̄ fiant prope est mors. 49.4.
Ubi in febre nō deficiēte disnia supuenerit & desipiētia :mortale. 50.4.
Jn febribus apostema nō solutum ad primas crises: longitudinē egritudinis significat. 51.4.
Quibuscunq; in febribus aut in alijs egritudinibus voluntarie oculi lachrymantur nihil inconueniens. Quibuscunq; vero nō sm voluntatem:inconueniens. 52.4.
Quibus in dentibus in febribus limositates fiūt fortiores & diuturniores fiunt febres. 53.4.
Jn bubonibus febres facte:oēs male exceptis ephimeris. 55.4.
Febricitanti sudor supueniens nō deficiente febre malū. Prolongatur enim morbus & humorē plurimū significat. 56.4.
A causone habito rigore superueniente solutio fit. 57.4.
Tertiana vero si nō iudicat̃ in septē periodis:longissima erit. 58.4.
Quibuscunq; aures in febribus surdescunt: sanguis ex naribus fluēs aut venter turbatus soluit egritudinē. 60.4.
Quibuscunq; in febribus quotidie rigores fiunt : quotidie febres soluuntur. 62.4.
Quibuscunq; in febribus ictericia superuenerit ante septimum diem malum. 63.4.
Quibuscūq; in febribus in septimo aut nono:aut vndecimo:aut decimoquarto die ictericia supuenerit bonum:si nō dextrum hypocundrium dur̄ fiat. Si vero fit:non bonum. 64.4.
Jn febribus circa ventrem cauma forte & cordis morsus vel tremor malum. 66.4.
Jn febribus ex somnis timores aut spasmus: malum. 67.4.
Jn febribus spiritus offendens maluz: spasmū enī significat. 68.4.
Jn febribus acutis spasmi & circa viscera dolores fortes malū. 68.4.
Quibus vrine in febribus ɔturbate & ɔuerse velut subiugaliū:his capitis dolores aut adsunt aut aderunt. 71.4.
A quartanis habiti non valde a spasmus apprehenduntur. si vero apprehēdant̃ prius & superueniat. quartana soluitur. 69.4.
Quibuscunq; in causone tremores fiunt:alienatio soluit. 26.6.
Jn acutis passionibus cum febre luctuosa suspiria malum. 54.6.
Febricitanti si ceperint sudores boni sunt:tertiani:quintani:septeni:& qui nono die & .11.&.14.&.17.&.20.&.21.&.24.&.27.&.30.&.31.&.34.&.37. &.40. isti enim sudores egritudines indicāt. q vero ita nō fiunt dolorez significant & longitudinem egritudinis & conuersionem. 35.4.

FINIS

De dieta in febribus ipsis conue-nienti. Capitulum.

Aphorismi.

semper passiōibus: ⁊ in acutis egri
Tenues ⁊ certe diete in diuturnis
tudinibus: quibus non conueniunt difficiles. Ad vltimum tenuita-
tis que adducuntur diete difficiles. Et iterum resumptiones in vlti- 4.1.
mo existentes difficiles.
In tenuibus dietis peccant egrotantes: ⁊ ideo magis leduntur. Om-
ne enim peccatū quātūcunq; sit magnū fit magis in tenuibus dietis
q̄ grossioribus: ꝓpter hoc ⁊ in sanis fallaces sunt valde ⁊ certe ⁊ cō
stitute diete: qm̄ peccantia difficilius ferunt: ꝓpter hoc igit̄ tenues 5.1.
⁊ certe diete fallaces sunt amplius parum solidioribus.
Ad vltimas egritudines: vltime curationes ad perfectionem sunt po- 6.1.
tentes.
Ubi vero s̄m acumē egritudo continuos ⁊ vltimos labores habet: vl-
tima ⁊ tenuissima dieta necessarium est vti. vbi aūt non: nō: sed con-
uenit grossius reficere ⁊ tantum subcondescendere quantum egri- 7.1.
tudo mollior fuerit vltimis.
Qū in statu steterit egritudo: tūc tenuissima dieta necessariū est vti. 8.1.
Contēplari igitur oportet egrotantem si sufficiat dieta ad statum egri
tudinis: ⁊ vtrum ille deficiat prius ⁊ non sufficiat dieta: aut egritu- 9.1.
do deficiat ⁊ obtundatur.
Quibus ergo cōtinuus est status: continuo ⁊ tenuiter reficere oportet.
Quibus vero posterior status ad id ⁊ ante id parū auferendū: prius 10.1.
vero vberius reficiendum vt sufficiat egrotans.
In paroxismis subtrahere oportet: apponere enim lesio. ⁊ quecūq; s̄m
circuitus exacuuntur. in exacerbationib⁹ subtrahere oportet. 11.1.
Senes facillime ferunt ieiuniū: secundo cōsistentes: minus vero pue-
ri: horum vero omniū maxime infantes: horum vero ipsorum qui- 13.1.
cunq; sunt animosiores existentes
Qui crescunt plurimū habent innatum calorem: plurimo igitur in-
digent nutrimēto. si vero nō: ꝯsumit̄ corpus. Senibus vero paruus
calor inest: ꝓpter hoc igitur paucis fomētis indigēt. A multis enim
cibis extinguitur calor: propter hoc igit̄ febres senibus non similiter 14.1.
acute fiunt: frigidum enim corpus habent.
Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura ⁊ somni longissimi. In
his temporibus oblatiōes plures dande sunt. Etenim innatus calor
est multus: nutrimento igitur ampliori indiget. Signum ⁊ eta- 15.1.
tes ⁊ athlete.
Humide diete omnibus febricitantibus conferunt: maxime vero pue-

ris:ꝛ alijs sic assuetis refici.
Quibus semel: aut bis: aut amplius: aut minus: aut ꝺm ꝑtem: dandū vero ē aliqd tpi ꝛ hore ꝛ regiōi ꝛ etati ꝛ cōsuetudini. 16.1.
Estate ꝛ autumno cibos grauissime ferunt: hyeme vero facile: vere vero secundo. 17.1.
His qui in circuitibus exacuuntur: nihil dare neqꝫ cogere: sed auferri ex appositionibus vel ex appositis ante crisim. 18.1. 19.1.

Finis.

¶ Incipiūt aphorismi Jo. damasceni.



Liberet te deus fili amantissime a deuio erroris: ꝛ in via cōseruet ꝓsperitatis: atqꝫ meum velle de te mihi dignetꝰ posse cōcedere: teqꝫ in eodem agilem facere: sic desiderium tuum iunctū meo compleat in te. Nouerit dilectio tua fili mi: quia petitionē tuam de aphorismis medicine scribēdis ꝓpter nihil aliud prolongaui: nisi quia vere, bis ne aliqn̄ fastidires tui desiderij meam longanimitatē velle tentare: ꝛ considerando cognoscere. Jam nunc vero quātum inde cognouerim sufficere videatur: quia cum maiores nostros peritissimos viros queqꝫ fastidiosum noueris sepe arguisse non egre tibi ferendum est. Ceterum ipse presensisse potes me semper vtilitatem tuam quesiuisse: ꝛ nūquaꝫ te deserēdo plus aliū coluisse. Deus omnipotens dirigat mē tem tuam in beneplacito suo ad vtilitatem seruorū tuorum. Ecce iam aphorismos quos me scribere rogasti: tue dilectioni mando.
Certe in medicina imensa profunditas est.
Operari autem ꝺm libros absqꝫ perfecta ratione ꝛ solerti ingenio molestum est.
Ingeniū aūt nāle adiuuat artē ꝛ nām regētē. ꝯtrariū aūt ꝯtraria.
Abundanter aūt libros peritorū veterū relegere: ꝛ secreta eoꝝ diligenter discutere: iuuat omnem sapientem ꝛc̄.
Uita breuis est ad cognoscendū vires omnium terre nascentium.
Tu aūt ea que palaꝫ sunt: ꝛ in quibꝰ oēs ꝯueniūt ꝛ maxime que ꝓbasti tene. Que vero in dubio sunt ꝛ in quibus dissentiunt omitte.
Illud vero nō dꝫ nos cōmouere qꝺ in sapientum dictis habetur.
Quedam sunt que nō videtur nobis ad plenum ratio attestari: sed potius credulos habere.
Illud quippe quo medicamur subtilis substātia est: neqꝫ eniꝫ humana nā erroris periculū incurrere nō pōt presertim in subtilibus.
Qui deditus oīno secularibꝰ negocijs als delitijs negligit fundamētū medicie: philosophie: ꝛ artiū doctrinā: non ei fides adhibēda est: ꝛ maxie i ea vbi Gal. ꝛ Arist. ꝯcordāt. vbi discordāt difficile veꝝ iuenitꝰ

Animal ſm frigidū ⁊ humidū nutrit: ſm calidū ⁊ humidū viuit.
Virtus ſiue virtutes naturales vel ſpūales varia nomia habētes vna
eadēqȝ eſt ſcilicet virtus.
Sȝ ſȝ diuerſa i ſubiectis mēbris officia diuerſis vocabulis nūcupant.
Complexio naturalis ſm vicinitatem quidem eſt ſeparabilis: actu ta-
men eſt inſeparabilis.
Quēadmoduȝ tam vicia animi ꝙ̄ figure corporis ab auis ⁊ a parenti-
bus cadūt ⁊ hereditātur: ita quoqȝ morbus diuturnus: ⁊ maxime ſi
fuerit in principali membro.
Medicina que temperamento vicina eſt ⁊ eſt odorifera ſi cibus quoqȝ
fieri poſſit optimum eſt.
Colligatio corporis ⁊ anime ſm ordinis naturalis conſonantiaȝ facta
eſt vt ſubſiſtat. Unde cauenduȝ eſt ne des ei fortem medicinam que
fortiter mutet eam: vt ea que eſt in tertia parte
Complexio corporis animati ad figurā nerui conſona eſt. Non igit te-
merarius ſis in medicina forti: que eam diſſoluat: ⁊ aperiendo corp⁹
in aliam complexionē mutet.
Medicina ſtiptica ⁊ odorifera ⁊ temperamēto ꝓpinqua cuſtodit ⁊ cō-
fortat principalia membra: ⁊ virtuteȝ naturalem. huiuſmodi tibi ſic
ſemper vtendum vt cōfortes nām. Si enim naturam confortaueris:
morbū medicando iuuat curari. Si vero eaȝ neglexeris: ⁊ neglecta ȝ
deficere permiſeris nihil prodeſt.
Epar ⁊ ſtomachus ſunt poſita inter efficacia nature vt nutriant ſicut
inſtrumenta. ꝙ ſi accidenti aliquo amiſerint complexionem ⁊ minu-
unt curſum nature.
Calidi morbi plus frigidis ſunt mortiferi ꝑꝑ ignei mot⁹ velocitatem
Qñ corpi aliqd acciderit: nō ei dādū eſt qđ noceat pricipalib⁹ mēbris.
Qđ ſi feceris inde nociu⁹ eris: magnū iuuare nō videris.
Vitiū animi ſeqt cōplexionē corpis. cū igit corpus patit: ⁊ maxie prin
cipalia mēbra: medicinaȝ maxime aie exhibē minime negligas: vñ vȝ
gaudeat: vt odoratu: viſu: auditu: qđ nōnulla medicine pars eſt.
Medicinarū q̄dā ⁊ maxie q̄ faciūt in ſummo capitis: poſt cenam ⁊ qñ
ſitur dormitū dāde ſunt vt nā ad iferiora intēta ab altiſſimis mēbris
attrahēdo ſenſus alleuiet. Simil'r aūt vbi morb⁹ iaȝ ꝓualuerit ⁊ ma-
xime in principalibus membris.
Nulli medicine mēbrū cōmittēdū eſt aliqđ: niſi ei que ad cōplexionem
eius: aut ex pte: aut ex toto ptineat ad ſilitudineȝ medicine nutrien-
tis mēbrū. que medicina ſi nutribilis quoqȝ fuerit vtilis eſt.
Medicina ꝯtraria ad ꝯtrariū deponēdū ē: ⁊ nō ſm ꝯplexionē eādem.
Infirmis defectis nulla medicina aut cibaria danda ſunt niſi ea q̄ fa-
cile poſſit nā pati: ⁊ ꝓprie tēperamētū i quātitate ⁊ qualitate ſit.
Medicamina pauca tibi tenēda ſunt niſi quoꝝ iuuamento ſepius ex-
pertus ꝯfidere poſſis: totius eniȝ multitudinis noticia icōprehēſibi-
lis eſt. Ne cū per ſingula volueris iquirēdo diſcurrere multiplici di-

poſt cenam

uersitate sensuū distractus in nullo poteris fidē habere.
Rerum proprietas dubia est. Eam nāqz multi olim experientes arbi-
trati sunt facere a proprietate qd plerīqz faciebant natura.
Unde videndū est ne in ꝓprietatis purgatōe negligat nāz q̄ notior est.
Humores in hyeme natura plus dispergit: ⁊ vere intus: estate autem ⁊
autūno minus: tunc itaqz oportet vt medicemur qn̄ potior est.
Frequentatio morbi in p̄ncipali mēbro dissolutionē corporis ꝓnūciat.
Humores calefaciēdo: ⁊ dissoluēdo: ⁊ nām ꝯfortando salubrius purgā-
tur q̄ per catarticū: aut p vomitū: quoꝝ neutrum sine detrimento fit
nāe: si tn̄ eos calefaciendo dissolutos ad principalia mēbra defluere
non ptimet. Qd si timet ad quodlibz aliud ingeniū recurrēduz est.
Cauendū est ne ab egritudine ꝯualescentibus innatū apostema ad in-
teriora medicamēto redire cogat pp principaliū mēbroꝝ defectōem:
sed aliter dissolutū expellat: qd leuius fieri potest q̄ tm̄ addit: nec qd
sibi sufficiat ad distributionē minuendoꝝ principaliū membrorūz.
Habitantes in quinto aut sexto climate plus minuere sanguinē expe-
dit q̄ in septimo: aut in primo: aut in secundo: aut in tertio.
Apostema in mēbro principali sine dolore naturaz in regimē dimisisse
significat: maxime si ex co.ru. aut ex sanguine est qd raruz est.
Corpora nālr̄ frigida ⁊ humida paꝝ in vētre recipiūt: minus vero red-
dunt: ventres quoqz eoꝝ plurimū liqdi sunt: ⁊ infirmitas diuturna.
Calidis enim ⁊ siccis contrarium conuenit.
Ab infirmitate surgētibus cibaria sibi nociua petentibus non negan-
da sunt: sed ingeniandum in qualitatem sibi vtilem mutando.
Opz aūt te īfirmo salutē ꝓmittere semp: nec vnq̄ illū a spe deponere:
⁊ si ipse desperet. Cōplexio enim corpis animi affectui semp īheret.
Ingenium naturale medici cum paruo artis fundamento adiuuat na-
turam: innaturale contrarium.
Medicoꝝ illitteratoꝝ simpliciū: adolescētium luxui subiacentium vt
plurimum homicide.
Opz etiā egrotū de oībus vnde egritudo nasci solet tam exterioribus
q̄ interioribus inquiri: ⁊ ꝺm potiorem partem iudicare.
Gloriosoꝝ supbiam ⁊ ad naturale multiloquiū si sapias ꝯtēnas. nec te
egrum interrogare per oīa pudeat. vrina eniz vbi morbus intra ve-
nas existit fallax est.
Si interrogatus semper velociter respondeas: dubitandus es.
Circa īfirmū ꝯstitutꝰ sui sanī q̄litatē ⁊ aī affectionē ꝯuenit cognoscas.
ea vō que illū noueris amasse p̄ ceteris aut ꝯcupiscere: ad memoriaz
reuocādo laudare. Et si licitū sit añ oculos p̄ntare: aut se moꝝ facile
habituꝝ ꝯstanter ꝓmittere: ⁊ sic in eoꝝ spe illū aiare non desinas.
Multum iuuat paraliticos ad eoꝝ latera naturalem calorē apponere
non tamen igneum: sed adolescentis puelle.
Una mediciaruz in iuuamento equalium: ⁊ sapore odorifero ⁊ leuior
eligenda.

Mutare ꝯsuetudinem nociuuꝫ ⁊ pessimum est ⁊ maxime veterē.
Quomodo nulla ꝯuenientia fit inter aquam ⁊ calorem naturalem: ita
non est purgandū nisi medicina que non sit longe a temperamento.
Timendū est enim ne horrens eam natura reijciat: ⁊ non misceatur hu
moribus: nec corroborata nociuum expellere possit.
Opꝫ ergo vt ad purgādū interclusos humores in similitudinē sibi cō/
uertat medicina p ingeniū vt natura eā recipiat apte: ⁊ receptā p ve
nas deportet: ⁊ sic ꝯfortata facile inimicū suū excludat. Nā si in qua
litate fortior fuerit deficit natura. nam contrariatur ei.
Ante purgationem vero per aliquos dies humores cōmouendi sunt ⁊
dissoluendi cum medicina cibali ⁊ cibo medicinali: ⁊ sic cum presen
tis diei abstinentia sunt purgandi.
Balnea non sunt necessaria nobis ad refrigerandum calidum aut cale
faciendum frigidum: sed vt dissoluant ⁊ sudare faciant: desiccent
⁊ humectent.
Tyriaca magna necessaria est vt dissoluat ⁊ dispergat ⁊ mundet. Sed
pueris adolescētibꝰ ⁊ senibus ⁊ defectis parum dandum est inde.
Morbi exteriores vere ⁊ estate magis sunt curandi. Interiores vero p
contrarium.
Morbi ex penuria quantitatis vel qualitatis non minus ꝙ de pleni/
tudine nimia nascuntur. vnde medici multi in temeraria purgatio/
ne delinquent plerumqꝫ.
Medicina data si victa natura non eos quos querimus expulerit hu/
mores remanet in corpore: ⁊ in humorum mutata qualitate morbos
inde intendit generare.
Corpora frigida ⁊ humida ossa ⁊ neruos inualidos habent: vnde sana
egritudini ⁊ egra sanitati habiliora sunt.
Apostema in pueris cum summa diligentia ⁊ cautela curandū est. neqꝫ
enim introrsum violenta medicina redigendum ne natura in modū
valida ex humoris quem habet adhuc a matrice copia repressa suc/
cumbat.
Morbido corpori non forte contrarium. vel eadem die post nimiuꝫ ae
ris cal. dandum est: ⁊ econtrario.
Acute egritudines plus in senibus ꝙ iuuenibus timende sunt. citius
enim in bonum maluue firmantur. cibaria quippe que recipiūt mu/
tat natura eoꝝ in similitudinē frigiditatis: vnde celerius ad sanita/
tem reuocantur. timende vero sunt: quia defectus caloris natura/
lis acumen egritudinis sustinere non potest.
Frigidi morbi in seniorbꝰ difficilius: in iunioribus facilius curantur.
Balnea ⁊ temperata potio iuuat causam ⁊ contrarium cause.
In nimio exercitio positos ante cibum paruꝫ quiescere: ociosos auteꝫ
parum exerceri oportet.
Labor ⁊ exercitium quidam dolor est. vnde in eo positi non dolent. de
pluribus morbis. illaboriosi etenim sunt ad comparationem illius

laboris nisi cum dolor morbi laborem excesserit.

Juuenibus spermatis emissio raro ex frigiditate accidit.

Juuenibus epilepsia ⁊ spasmus in primo ⁊ secundo ⁊ tertio ⁊ quarto climate ex naturalis caloris inopia ⁊ temperamenti defectione est. vnde sanitas eorum ex calore ⁊ temperamento constare debet: magis euenit raro ex nimia frigiditate sub qualitate vel quātitate multiplici temperamenti. vnde purgando preuidēda est medicina calidissima non ad vltimam subtilitatem perducenda.

Cum quis vult caput purgare: aut cerebruꝫ: aut instrumenta sensuuꝫ: pillulis maioribus. i. grossioribus: ⁊ post cenam eunti dormitum datis faciendum est.

Ad nimiam humiditatē in stomacho subtilem puluerem damus.

Sicui principalia membra defecta habenti aut debilitata catarticum necessarium fuerit clistere faciamus.

Abundantia stomachi pillulis paruis ⁊ recētibus humidis ieiuno stomaco datis purganda est: ⁊ his qui biberunt deambulando cōmouendum est.

Pillule veteres ⁊ desiccate prius ꝙ dentur humectande sunt per noctem in aqua calida.

Omne catarticum necessario co. ru. commouet.

Qui. lx. annorum aut plurimum sunt: in medicina eorum non est insistendum ꝙ cole. ru. purget: quia ipsa per se facit ⁊ humectatio corporis fundamentum est.

Principalia membra naturaliter defecta habentibus cauenduꝫ est ne acutā medicinā sed ad vicinitatē temperamēti redactam accipiant.

Due species si simul mixte bibite sint necessario tanꝙ si sepatiꝫ: vtraqꝫ lacertos ⁊ carnē generādo suum naturalem reddit effectum.

Conualescentes ꝺm infirmitatem suā: debent quideꝫ tractari: nō tamē ex toto ꝑmittant haberi prout ante consueuerunt sani.

Opꝫ medicinā fieri ad similitudinē operantis nāe: ⁊ si dura aut tarda fuerit: ⁊ nō ꝺꝫ qꝺ videat iuuamētū absqꝫ rōne: absqꝫ rōe qdē fallax ē.

Eger diu fideli medicoꝝ ꝯmittēdus est: cuiꝰ error a recti distātia rarus est. Quia si plurimos ꝯsulit in singuloꝝ errorē plerūqꝫ cadit.

Apostema in senibꝰ nō retrorsum medicamine cogat. Uidēdum est eiꝫ ne nā deficiat ad dispgēdū illud: ⁊ cꝙ expulsiōe totas vires ꝯsumpserit extrahēdū qppe ē: sed nō cū forti medicina ne nā cū eo exiēs corpus exinaniat. mediocriter igit est extrahēduꝫ. Est nēpe qꝺ deperditur in senibus multum ad differētiaꝫ illius qꝺ restaurat. Similiter ⁊ in pueris vis nāqꝫ medicine fortior est natura eorum.

Infirmus ad solitum statum ex quo in egritudine ceciderit tantum reuocandus est: non autem ad temperamentum in omni substantia.

Cuius qualitatē ꝯplexionis nō nouimus sani: eius infirmitatē an grauis sit necne: nō bñ ꝑpendimꝰ infirmi. vnde medicīa incerta queqꝫ subsequit. Reddere eniꝫ sanū ad ꝯplexionē tēperamēti morbus ē ad

ni cerebri vel cap. purgone domed ⁊ fil. post cenam

sui sani qualitatis operationē. Naꝫ virtus est causa motionis.
Unde in purgando corpore si forte sit ipsum: commouendum est forti medicina ꝛ illi manifesta.
Singulis infirmitatibus propria fieri medicamina ad ingeniuꝫ ꝛ ad arbitrium medici: perfectioni propinquum est.
Nulla res sub lunari globo vel circulo posita quocunqꝫ gradu mutet circulus vltra reuocabitur in eternum ad illum qualitatis vel quā titatis in quo fuerit in ipso circuli motu.
Nulla medicina leuis est in contemplatione ꝛ operatione. ea eniꝫ que leuis videtur grauem: que autem grauis leuem: si attentius eaꝫ inspexeris comprehendes. Non igitur leuiter vel absqꝫ rationis consideratione determinandum est.
Credere experimento sine ratione fallax est.
Nulla egritudo est que non habeat opus interrogari infirmum.
Omnis fe. calor extra naturā est. Sꝫ inter forteꝫ ꝛ leuem differt ſm suā materiaꝫ: quapp ei que ex co. ru. est fortiter: que vero ex co. nigra lē te resistamus opꝫ.
Quodcūqꝫ mēbrū suscepit detrimētū aliqđ seu nāli morbo seu quouis exteriori accidēti: nō vlterius priori statui perfecte reddi potest.
Morbuꝫ diuturnuꝫ: ꝛ defectionē membroruꝫ hereditat quidē filius: sꝫ differēter aut minorē si alter pater parentum fuerit sanus.
Nulli etiā credendū est studioso medico nisi etatis ꝛ ꝓbato.
In morbo diuturno cuiꝰ vrina vrine sani similis fuerit: ꝛ in vna eadēqꝫ qualitate permanserit non euadet egritudinem.
Medicus mediocris qualitatis est: ꝛ ne nimis mundum admiretur: neqꝫ ex toto aspernatur oportet.
In tpe veris si ex multa humectatiōe fiat mutatio aeris: estate nascunt variole apostemata frenesis ꝛ febres: nec solutōe purgatiua curant.
Mulier in dextera parte cōcipiēs raro feminam pariet.
Catartico dato pregnanti: deficiunt principalia membra nati omnibꝰ diebus vite sue.
Quomodo nascuntur morbi ex humorum q̄titate vel qualitatis abū dantia. Similiter est ex defectione. Propterea vero medicuꝫ purgā do ꝛ exinaniendo errare contingit.
Olfatus ꝛ maxie si saliat fumus in caput celeriꝰ q̄ bibit cerebrū iuuat.
Ex mutatione stellarum in longitudinem ꝛ latitudinem vitia ꝛ ꝯsuetudines mutātur.
Ex diuersitate spaciorum regionum variantur quoqꝫ complexiones ꝛ vitia: nature etiā ꝛ cibaria atqꝫ medicine: adeo vt ea que fiunt in 2. ascendant in. 4. ꝛ ēconuerso. velut herba hortulana ꝛ agrestia seu saluatica ꝛ domestica differunt.
Emplastra atqꝫ vnguenta ſm vicinitatem qualitatis complexionis in similitudinem illius membri cui apponuntur.
Co. ni. in iuuenibus forti medicina purgare noli. Eorum nāqꝫ q̄titas

parua: ⁊ equalitas defecta neq̄ʒ enim corpori coherentia sunt.
Si poterit medic⁹ medicari cū dieta absq̄ʒ potiōe ꝓspera euenient.
Siquis per multū tēpus neq̄ʒ vomitū neq̄ʒ solutionem habuit: ⁊ eueniat illi subito impetu: videndum est ne restringere festines.
Fumus in corpe aliud est q̄ᵐ vērositas: ⁊ pauci nouerūt discernere.
Urina sanitatem significans in omni homine non est equalis: nec in q̄ᵗitate: nec in qualitate: nec in liquore.
Cuius vrinam non prenoueris sani: in eius medicina non appropriabis virtutem egroti.
In conualescentibus apostema sic medicare vt non egrediatur intus sed foras: non fortiter quidē sed leniter extrahatur. Similiter quoq̄ʒ in pueris: ⁊ in senibus.
Si demētia ex frigiditate ⁊ siccitate ꝓcedēs ad cerebrū incutiēs sit: fumuʒ odoriferū ca. ⁊ hu. tā intus q̄ᵐ foras ei adhibemus. ⁊ ad excitanduʒ calorē: ad iras quoq̄ʒ interdū patientem prouocamus.
Compositio complexionis sanitatem significans in omni hoīe non est equalis: nec in q̄ᵗitate: nec in qualitate.
Quibus in iuuentute quater in anno tantū flebotomari ꝯsuetudo fuerit: hmōi 40. annoruʒ erunt: aut ter in. 50. aut. 60. semel conferēdū est. Ulterius vero ex toto dimittendum est.
Senes a. 40. anno cephalicam venam: a. 50. medianam: post. 60. basilicam incidere desinant.
Qui in iuuentute constituti multum ⁊ frequēter sanguine minuti fuerint post annos. 60. calor eorum in frigidum ⁊ siccum conuertetur: maxime si fuerit frigide nature.
Custodia virtutis principalia mēbra confortat: ⁊ a morbis tuetur.
Principalia vero mēbra ꝯfortata virtutes quoq̄ʒ vices reddendo confortant ⁊ a morbis defendunt.
Nati a iuuenibus ꝑlatibus principalia mēbra fortiora ⁊ sana naturaliter habent: ⁊ econuerso:
Sicut ignis ad ea que sunt ca. ⁊ hu. semper intendit: ita ⁊ morbus ad huiusmodi complexionem.
Qui aromatum abhorrent odorem: nec saporitam sentiunt dietam: vitium est corrupte complexionis illorum.
In oī regione q̄buscūq̄ʒ ex vētis nubes ꝓcreari videnꝭ: ex illis habitātiuʒ capita fumo replenꝭ: ⁊ sic corize nascunꝭ: ⁊ sensus aggrauanꝭ.
In quacūq̄ʒ ꝓuincia quocūq̄ʒ āno muscule sup̄abundauerūt: putredines quoq̄ʒ morboꝝ sup̄abundabūt in corporibus habitatorum.
Ieiunare in estate corpus desiccat: colorem citrinat: melancoliam procreat: necnō visum ad defectum perturbat.
Sanguinē mox vt exierit in aereʒ cōgelare: terre abundātiaʒ designat: ⁊ q̄ᵗo magis contrariatur: tāto magis contrarium contingit.
Omnis prouincia que longius est a mari remota non in meridieʒ ꝑtēsa: habitantium cor. sunt sicciora.

Non est eadem natura tēporis in omni regione. quando sol est in qua/
drangulo circulo: quippe extat hic estas ⁊ hyems alibi: ver quoqȝ in
alio loco: ⁊ autũnus in alio: ad quarum diuersitatum similitudinē
differunt: ⁊ complexiones: ⁊ vitia: consuetudines habitatorū. quā/
do enim ver est in egypto ⁊ estas in india vo: ⁊ habitātes sub equali
die sunt: due hyemes: ⁊ due estates: ⁊ duo vera: ⁊ duo autumni in an
no sunt. vnde illis fructus abundantes procreant arbores: memo/
ria est subtilis: ⁊ alia huiusmodi multa.

Deficiente virtute deficiunt principalia membra ⁊ morbis afficiunt:
neqȝ illam defendere possunt.

Ubi plurimi concordant: ⁊ ratio attestatur: ⁊ experimentum compro/
bat: illud ante oculos pone. contrario vero contrarium.

Medicinarũ quedā ⁊ maxime que faciũt in summo capitis post cenā:
⁊ quādo itur dormitũ dāde sunt: vt natura sic intēta circa interiora
ab altissimis membris attrahēdo sensus alleuiet. ⁊ sic vbi morbꝰ pre/
ualuerit hoc est obseruādũ maxime in principalibus membris.

In nullum medicine aliquod cōmittēdũ est morbũ que ad cōplexionē
eius: aut ex toto: aut ex parte nō ptineat: vel ad similitudinē cibi mē
bra nutrientis. que medicina si sic fuerit nutribilis quoqȝ vtilis est.

Accipe nunc fili carissime postulatos a te aphorismos quibus semꝑ
fidus permanens ſm eoꝝ auctoritatē operare cōfidenter. Ad quos
prout potui sudans ob tuam discretionem sollicite laboraui.

Nam te diligentem sapientiam noui pre omnia.

Preterea valde ceptũ opꝰ nō negligē hortor ꝓ qd me nimis letificasti.
Et qr librũ Galieni gloriosissimi trāstulisti: cuius titulũ ei placuit vo
cari megategni: qui liber est vbi maxima est ꝓprietas medicoꝝ. Nũc
aũt deo gratias ago: qr te huiusmodi primum translatorē inueni.

Expliciunt aphorismi Joannis damasceni.

Flosculi medicinales extracti ex li bro Cornelij celsi medicorũ omnium ornatissimi. Ex primo libro.



T alimenta sanis corporibus agricultura: sic sanitatē
egris medicina promittit.

Morbi non eloquētia sed remedijs curantur.

Cuius rei non est certa cognitio: eius opinio certũ re/
medium habere non pōt. Uerum est ꝗ ipsam curādi
rationem nihil plus confert ꝗ experientia.

Interest eiȝ an fatigatio morbũ: an sitis: an frigus: an calor: an vigilia:

an fames fecerit:an cibi viniqꝫ abūdantia:an intēperātia libidinis
Neqꝫ ignorare medicū oꝫ que sit egri nā:humidū magis:an magis sic
cum corpus eius sit:validi nerui:an infirmi:frequēs valitudo:an ra
ra:eaqꝫ cum est vehemens esse soleat:an leuis:breuis:an longa.
Quam par scientia sit:tn̄ vtiliorē medicū esse scias amicū:ꝙ extraneū.
Ignauia quidem corpus hebetat:labor aūt firmat illam nām senescen
tem:hic longam adolescentiam facit.
Bis i die potius ꝙ semel cibum capere homo potest.
Concubitus neqꝫ nimis concupiscendus:neqꝫ nimis pertimescēdus
est.rarus excitat corpus:frequens soluit.scire licet eum non inutilē
esse quem corporis neqꝫ langor neqꝫ dolor sequitur.ideꝫ interdiu pe
ior est:noctu tutior:ita tamen si neqꝫ eum cibus neqꝫ hunc cum vigi
lia labor sequitur.
Imbecillis stomacho:quo in numero magna ps vrbanoꝝ est:omnesqꝫ
pene litteraꝝ cupidi:obseruatio maior est necessaria:vt quod vel cor
poris:vel studij:vel loci ratio detrahit:cura restituat.
Ex hominibus qui nocte bene concoxit mane tuto surget:qui vero pa
rum:quiescere dꝫ.qui non concoxit ex toto quiescere dꝫ:ac neqꝫ la
bori:neqꝫ exercitationi:neqꝫ negocio se credere.
Si lucubrandum est:non post cibum id facere:sed post concoctioneꝫ
facere oportet.
Quem interdiu vel domestica vel ciuilia officia tenuerunt: huic tem
pus aliquod seruandū est curationi corporis sui.prima corporis cu
ratio est exercitatio:que semper antecedere debꝫ cibū.exercitationis
autem plerunqꝫ debet finis esse sudor: aut certe lassitudo que citra
lassitudinem sit.
Nunꝙ vtilis est nimia satietas.Sepe inutilis nimia abstinētia. Sepe
si qua intemperātia est: durior in potione ꝙ in esca est.
Secunda mensa bono stomacho nihil nocet:in imbecilli acescit.
Post satietatem nihil est agendum.
Ubi quis est expletus facilius concoquit si quicquid assumpsit potiōe
aque frigide includit:tum paulisper inuigilat:deinde bene dormit.
Neqꝫ ex salubri loco in grauem:neqꝫ ex graui in salubrem trāsitus sa
tis tutus est.ex salubri in grauem prima hyeme.ex graui in eum qui
salubris est prima estate transire melius est.
Neqꝫ vero ex multa fame nimia satietas:neqꝫ ex nimia satietate fames
idonea est.
Periclitatur ⁊ qui semel:⁊ qui bis die cibum inconuenienter assumit
contra consuetudinem.
Neqꝫ ex nimio labore subitum ociuꝫ:neqꝫ ex nimio ocio subitus labor
sine graui noxa est.ergo cum quis mutare cōsuetudinem volet:pau
latim debebit assuescere.
Omnibus fatigatis aptum est cibum sumere: eoqꝫ humido vti: aqua
vel certa diluta potione esse contentos.

Illud quoqꝫ nosse oportet: ꝙ ex labore sudanti frigida potio pniciosis sima est: atqꝫ etiam cuꝫ sudor se remiserit itinere fatigatis inutilis.
Quod est contra consuetudinem nocet.
Qui vomere bis in mense vult: melius consulet si biduo euomuerit: ꝙ si post quintũdecimũ diem vomuerit.
Purgationes vt interdũ necessarie sunt: sic vbi frequentes sunt piculũ afferunt: assuescit enim non ali corpus: ⁊ ob hoc infirmum erit.
Vinum dilutius pueris: senibus meratius conuenit.
In autumno propter celi varietatem periculum est maximum.
Hyeme venus non pernitiosa: vere tutissima: estate ⁊ autumno nõ vtilis: tollerabilior tamen per autumnum: estate in totum si fieri potest abstinendum.

¶ Ex secundo libro.



Saluberrimuꝫ ver est: deinde ab hoc hyems: periculosior estas: autumnus longe periculosissimus:
Ex tempestatibus pessime sunt que variãt maxime: quo fit vt autumnus plurimos opprimat. nã fere meridianis tẽporibus calor: nocturnis atqꝫ matutinis: simul etiam vespertinis frigus est. corpus ergo estate: ⁊ subinde meridianis caloribus relaxatũ subito frigore excipitur. sed vt eo tempore id maxime fit: sic quandocunqꝫ euenit noxium est.
Saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluuij ꝙ tantuꝫ nebulosi.
Nam fere ventus vbiqꝫ a mediterraneis regionibus veniẽs salubris: a mari grauis est. neqꝫ solum in bono tempestatum habitu certior valitudo est: sed priores morbi quoqꝫ: siqui inciderunt: leuiores sunt: ⁊ promptius finiuntur. pessimum ergo celum est qđ egrum fecit adeo vt in id quoqꝫ genus quod natura peius est: i hoc statu salubris mutatio sit.
Longis morbis senectus: acutis adolescentia magis patet.
Longa statura vt in iuuenta decora est: sic matura senectute cõficitur.
Gracile corpus infirmum: obesum hebes est.
Si plenior aliquis ⁊ speciosior ⁊ coloratior factus ẽ: bona sua suspecta habere debet: que quia in eodem habitu subsistere: neqꝫ vltra progredi possunt: fere retro quasi ruina quadam reuoluũtur. peius tamen signum est vbi quis contra consuetudinẽ emacuit ⁊ colorẽ decorẽqꝫ amisit: quoniaꝫ in his que superant est qđ morbus demat: in his que desunt non est quod ipsum morbum ferat.
Facile securus est aliquis in his que sepe sine periculo euasit.
Ille sollicitari debꝫ cui hec noua sunt: aut qui ista sine custodia sui tuta habuit.
Neqꝫ terrere debet ea fe. que eodem die finita est: ac nec ea quidem que

quãuis longiore tempore euanuit: tamen ante alteram accessionem quieuit.
Pessimum est si somnus: neqꝫ noctu neqꝫ interdiu accedit: id enĩ sine continuo dolore esse non potest. eque vero signũ malũ est: somno vltra debitum vrgeri: peiusqꝫ quo magis se sopor interdiu, noctuqꝫ continuat.
Mali etiam morbi testimoniũ est vehementer ex cerebro spirare.
Sanguinem incisa vena mitti nouum non est. sed nullum pene morbũ esse in quo non mittatur nouũ est. Interest non que etas sit eius a quo sanguis mittendus: neqꝫ quid in corpore intus geratur: sꝫ que vires sint. ergo si iuuenis imbecillus est: aut si mulier q̃ grauida nõ est: parum valet: male sanguis emittitur: emoritur enim vis siqua superat: hoc modo erepta est. At firmus puer ⁊ robustus senex ⁊ grauida mulier valens tuto curantur.
Tenuioribus magis sanguis: plenioribus magis caro abũdat. facilius itaqꝫ illi detractionem sanguinis sustinent: celeriusqꝫ ea si nimium est pinguis affligitur.
Sacius est anceps experiri auxiliũ q̃ nullum.
Si morbi ratio patitur: sanguinis detractioni tempus aptissimũ est dies aduerse valitudinis secundus aut tertius. sed aliquãdo ⁊ primo die sanguinem mittere est necesse. si vehemens febris vrget: in ipso ĩpetu eius sanguinem mittere: hominẽ iugulare est: ergo remissio expectãda: ⁊ sanguinis detractio fere diuidenda in biduum.
Satius enim est primo leuare egrum: deinde ꝑpurgare: q̃ simul omni vi effusa fortasse precipitare.
Cum ex vena incisa sanguis erumpit: colorem eius habitumqꝫ oportet attendere. nam si is crassus ⁊ niger est: vitiosus extat: ideoqꝫ vtiliter effunditur. si rubet integer est: eaqꝫ missio alto non ꝓdest: vt ẽt non noceat: protinusqꝫ is supprimendus est.
In acutis quibusdam cucurbicula sanguineꝫ extrahimus cuꝫ ex vena vires non patiuntur: idqꝫ auxilium vt minus vehemens: ita magis tutum: neqꝫ vnq̃ periculosum est: etiaꝫ si in medio febris impetu: ẽt si in cruditate adhibeat. ideoqꝫ vbi sanguineꝫ mitti opus est incisa vena preceps periculum est. huc potius confugiendũ cuꝫ eo tamẽ vt sciamus vt hic nullum periculum: ita leue presidiũ esse neqꝫ posse vehementi malo: nisi eque vehemens auxilium succurere.
Initia morboꝝ primum fameꝫ: sitimqꝫ desiderant: neqꝫ vlla res magis adiuuat laborantem. q̃ tempestiua abstinentia.
Plus alimenti est in carne q̃ in vllo alio cibo.
Brasica subcruda aluum mouet: biscocta stringit.

Ex tertio libro.


Atura repugnante nihil medicina proficit.
Magis ignoscendũ medico parũ pficiẽti in acutis morbis q̄ in longis. hic enim breue spacium est intra q̄d siq̄d auxiliũ nō pfuit: eger extinguit: ibi z deliberationi: z remediorũ mutatōi tēpus patet: adeo vt raro si iter initia medicus accessit: obsequēs eger sine illius vitio pereat.
longus tñ morbus cũ penit⁹ insedit: q̄d ad difficultatē ptinet: acrito par ē: z acutus quo vetustior: lōgus aũt quo recētior facilius curat.
Ignorari nō op3 q̄ non omnibus egris eadem auxilia conueniunt.
In acutis morbis serius eger alendus est: neq3 nisi ia3 inclinatis vt primo dempta materia impetum frangat. in longis maturius vt sustinere spacium mali affecturi possit.
Multum interest ab initio quis recte curatus sit: an perperam.
Sola abstinentia sine vllo periculo medetur.
Asclepiades ait officiũ eē medici: vt tuto: vt celeriter: vt iocũde curet.
Id votũ est: s3 fere pículosa esse nimium z festinatio z voluptas solet.
Medicamentorũ potiones z aluũ duci non nisi raro debere concedi.
Ex egri imbecillitate summum periculum est.
Infirmus neq3 nimium potet: neq3 nimium siti crucietur.
Optimum medicamentum est oportune cibus datus.
Ubiq3 seruandum vt egri vires medicus inspiciat.
Ab vno medico plures curari non possunt.
Scire oportet optimum cibo tempus esse febre finita.
Semp egros securos agere ꝯuenit vt corpore tñ nō ēt animo laborēt
Periti medici est non protinus vt venit apprehendere manu egri brachium: sed primum residere hilari vultu: percũctariq3 quemadmodum se habeat: z siquis eius metus est eu3 probabili sermone lenire: tandem inde eius corpori manum admouere.
Medicus neq3 in tenebris neq3 a capite egri residere d3: s3 in loco illustri aduersus eũ vt oēs notas ex vultu pspiciat. Lu3 in summo incremēto morbus ē: vtiq3 nō añ die3 quartā magna siti añcedēte frigida aqua copiose pstanda est: vt bibat ēt vltra satietate3: z cũ iam venter z pcordia vltra modũ repleta satisq3 refrigerata sũt vomere d3 q̄dē. nec vomitũ quidē exigũt: sed ipsa aqua frigida tñ ad satietatē data pro medicamēto vtunt. vbi vtrũlibet factũ est: multa veste cooperiēdus est: z collocādus vt dormiat: fereq3 post longā sitim z vigilia3: post multā satietatē: post infractũ calorē plenus somnus venit: per quē ingens sudor effundit: idq3 pstantissimũ auxiliũ est. s3 in his tñ in q̄bus preter ardore3 nulli dolores: nullus precordiorũ tumor nihil phibēs vel in thorace: vel in pulmone: vel in faucibus: nō vlcus: non deiectio: non alui profluuium fuit.
Sepe pertinacia iuuantis: corporis malum vincit.
Quarta fe. nemine3 iugulat. Uetus quartana raro nisi vere soluitur.
Facilius in seruis q̄ in liberis tollit hydropisis: q3 cũ desideret famē:

sitis:mille alia tedia:longaq3 patientia:propterius his succurrit qui facile coguntur:q̄ quibus inutilis libertas est.sed ne hi quidem qui sub alio sunt:si ex toto sibi téperare nō possunt:ad salutem pducuntur.
Et ideo nō ignobilis medic⁹ crisippi discipulus apud antigonū regē: amicū quēdaz note intéperátie mediocriter hydropico morbo implicitū negauit posse sanari.Cuz alter medicus epirotes philippus se sanaturū polliceret:rn̄dit illū ad morbū respicere:se ad egri animum:neq3 enī3 res fefellit. Ille enim cū summa diligētia nō medici tantūmodo sed etiaz regis custodiret:tn̄ malignitate sua deuorando:bibēdoq3 suam vrinam se precipitauit.

¶ Ex quarto libro.



Uno die fluere aluū sepe pro valitudine est:atq3 ēt pluribus:du3 fe.absit:z intra septimū diē id ↄquiescat:purgatur.n.corp⁹:z qđ intus lesur erat vtiliter effunditur. Uerū spaciū piculosuz est.interdum enī3 tormina ac febriculas excitat: viresq3 ↄsumit.iterdū euenit vt fluxus diu neglectus curari difficilius sit.
Medicamētis vti nisi in vehemētibus malis supuacuū est.

¶ Ex quinto libro.



Quibus articulor dolor certis tēporibus reuertitur:hos ante:z curioso victu cauere oportet:ne inutilis materia corpori supersit:z crebriore vomitu.
Cum oia fere medicamēta stomachū ledant:nō sine cā asclepiades ad ipsius victus rōnem potius oēm curaz transtulit.
Uerum vt illud in plerisq3 morbis vtilius est:sic multa admoduz corporibus nostris incidere consueuerunt que sine medicamētis ad sanitatem puenire non possunt.
Uti somniferis nisi nimia necessitas vrget alienum est.sunt.n.ex vehementibus medicamentis z stomacho alienis.
Est enī3 prudētis hominis primū eū qui seruari nō pōt nō attingere: nec subire specīe eius vt occisi:quē sors ipsi⁹ peremit.deide vbi grauis metus est sine certa tn̄ despatiōe:indicare necessarijs: piclitantis in difficili rez esse:vt si victa ars malo fuerit:vel ignorasse:vel fefellisse se videat.Sz vt hec prudēti viro ↄueniūt:sic rursus histrionis est paruam rem attollere quo plus prestitisse videatur.
Dubia spes certa desperatione est potior.

¶ Expliciunt floscula Cornelij.

¶ Incipit liber Primus Tegni Galieni. Prima pars Primi libri.



Res sunt omnes doctrine que ordine habentur. 2.
Prima quidem est ex finis notione que scdm dissolutionem fit. 3.
Secunda vero que ex compositione est scdm resolutionem inuentorum. 4.
Tertia vero ex termini dissolutione: cum nunc insistimus. Appellare aut̃ licet huiusmodi doctrinã: nõ solum termini dissolutionez: sed etiam apertionẽ vt qdam noiauerunt: aut resolutionẽ: aut diuersionẽ vt alij quidam: aut explicationem: aut expositionem vt alij. 5.
Conati sunt ergo quidaz herophiloꝝ huiusmodi facere doctrinã quemadmodum eraclides ⁊ heritheus. 6.
Conati sunt ⁊ eam que scdm compositionem ipsi herophili: ⁊ qdaz erasistratoꝝ: ⁊ athenensis athaleus. 7.
Nullus tamẽ ante nos scripsit eam que ex finis notiõe incipit: ex qua omnes artes consistunt scdm rationem. 8.
Sed ⁊ illam quidem alibi pertransiuimus. 9.
Hic vero diffinitiuam faciemus doctrinã que q̃tũ relinquit ab ea que est scdm dissolutionẽ ⁊ dignitate ⁊ rõne: tñ abundãs est ad cõprehensionẽ totius ⁊ memoriã eoꝝ que scdm partẽ. Facile eni memorabilia sunt satis ex termini dissolutiõe oia: eo ꝙ ꝯtineat in se totius artis capitula ⁊ optimũ terminũ: quem ⁊ substantialez qdam nominant ecõtrario diuidentes his que notiones appellant. Et illi siquidez ab accidẽtibus diffiniũt rebus: hi vero substantia ipsa cõsistunt. 10.
Que vero scdm partem est tractatio vniuerse medicinalis speculationis: in multis alijs a nobis scripta est negocijs. Quibus expedit vti ad tres doctrinas. 11.
Sed nunc a diffinitiua incipiemus: tantum adhuc apponentes: ꝙ sola capitula ⁊ velut conclusionem: scdm explicationem demonstratorum dicetur nunc.

¶ Secunda pars Primi libri Tegni Galieni de corpore.



Medicina est scientia sanorum egrorum ⁊ neutroꝝ. 2.
Scientie ergo nomen cõmuniter ⁊ non ꝓprie audire oportet. 3.
Sanum aũt ⁊ egrũ ⁊ neutrũ tripliciter vnũquodqꝫ dicit: hoc qdem vt corpus: hoc aũt vt cã: hoc vero

vt signū. Etenim susceptibile sanitatis ē corp⁹. Et efficiēs ꝛ ꝯseruās eā est cā. Et declarās eā signū. Oia aūt hec vocant helenes sana. Scḋz ḋo eundez modū ꝛ egra ꝛ susceptiua egritudinū corpora ꝛ efficiētes ꝛ conseruantes egritudines: cās: ꝛ signa declarantia: ꝛ neutra ſm eandē rationem: ꝛ corpora: ꝛ signa: ꝛ causas. 4.

ET ſm primam quidez rōnem scientia causaꝝ sanaꝝ medicinalis est. post illam aūt ꝛ aliarum: scḋo vero ꝛ egraꝝ: ꝛ tertio neutraꝝ: ꝛ post hoc corpoꝝ. Primum quidez est sanoꝝ: deinde egrorum: deinde neutroꝝ. Et de signis vero ſm eandē rationē. In actiōibus vero prius quidem corporum cognitio ex signis manifesta est: post hec vero ꝛ eaꝝ causarum inuentio. 5.

SEd qm̄ efficiēs ꝛ declarans ꝛ susceptiuū duplr̄ vnūquodqz dicit. hoc qdem simplr̄. hoc vero vt nunc. sciendū est vtrorūqz sciaz esse medicinalez. Et ipsuz vero simplr̄ dupliciter dicit. hoc qdē vt semper. hoc vero vt multū. Et est vtrorūqz etiaz hoꝝ scientia medicinalis. 6.

NEutroꝝ vero: ꝛ causa: ꝛ signum: ꝛ corpus. Et qḋ simplr̄ dicitur: ꝛ qḋ vt nūc tripliciter vnūquodqz dicit. Hoc quidem eo ꝙ neutro cōtrarioꝝ participet. Hoc qdez eo qḋ vtriusqz cōtrarioꝝ equaliter. Hoc aūt eo ꝙ aliqñ quidē hoc aliquādo illo. ⸿ Horum vero ipsoꝝ ſm duos modos dicit. Aliqñ qdem participando vtrorumqz cōtrarioꝝ equaliter. Aliquando vero amplius altero. 7.

EST aūt de toto termino dubitatio quedaz ſm locutionē: quam ꝛ ipsam opz determinare. In eo eniz qḋ dicit medicinā esse sciam sanoꝝ egroꝝ ꝛ neutroꝝ: significat qdem ꝛ oiuz partium. Significatur aūt ꝛ quarūdam. Significat etiā ꝛ qualiuz. Sed oiuz qdem incōprehēsibile est ꝛ impossibile. Quarūdaz vero imp̄fectū: ꝛ nō artificiale. Illum vero ꝛ artificiale simul ꝛ sufficiens ad oēs ptes artis quas ꝯtinери dicimus in medicine diffinitione.

Tertia ps libri. j. Tegni Ga. ḋ corpe.



Incipiamus igitur a corporibus. Primo qdem qualia sana ꝛ egra ꝛ neutra ꝯtingat esse existētia: post hec vero de signis ꝛ causis orationem percurramus. 2.

SAnum est autem simplr̄ corpus eucraton quidem existēs ex gnātione in simplicibus ꝛ primis particulis: coequale vero his que ex his ꝯponunt organicis. Sanū vero vt nūc est corpus qḋ ſm pn̄s tēpus est sanum. Est aūt ꝛ hoc qḋ ſm tēpus sanū est corp⁹ eucraton ꝛ coequale: nō ſm optimā eucrasim ꝛ coequalitatez: sed ſm ꝓpriam ipsius sani corporis essentiam: vel ſm ipsius propriam sani corporis qualitatez. Semper tale est maxime eucraton ꝛ maxime coequale. Ut multum vero ab optima compositōe derelictum est: non multum tamen. 3.

E Grum vero corpus simpliciter est quod ex generatione est aut di
stemperatum in his que similes habent partes:aut non coequa-
le in organicis : aut vtrisq3 simul 4.
E Grum vero vt nunc est corpus egrotans in tempore in quo dicit
tale existens. Manifestū est aūt q̄ ꝛ hoc qō ꝑm tempus dicit esse
egrū aut distemperatū est in simles habētibus partes:aut inequale in
organicis:aut in vtrisq3. ¶ Et semp quidē egrum est quodcūq3 ex ge-
neratōne aut distemperatū satis existens in simplicibus particulis:aut
in omnibus:aut in quibusdaz:aut maxime dominantibꝰ:aut ēt ineq̄le
in organicis. ¶ Ut multū vero egrū est corpus ab hmōi malicia dereli-
ctum:nōdum vero in medio neutralitatis constitutū. 5.
Q Uoniam autem ꝛ neutruz corpus tripliciter dicebat:hoc quidē
in eo q̄ neutra extremaꝝ dispositionū ꝑticipet.hoc vero vtraq3.
hoc autem eo q̄ aliquando quidem hac:aliq̄n vero hac. Sed primum
quidem significatū neutruz erit corpus mediū vere existens sanissimi 6.
corporis ꝛ egerrimi.
E T huiusmodi quidem:hoc simpliciter tale est q̄m ex generatiōe
tale ↄstitutū est:hoc vero vt nunc quodcūq3 in presenti tempore
mediū vero existit ꝛ sanissimi corporis ꝛ egerrimi. ¶ Eius vero qō sim
pliciter est. Hoc quidem semp tale:q̄m in oībus etatibus semper maxīe
permanet tale. Hoc vero vt multum q̄m mutationes quasdam est acci-
piēs. ¶ Secūdum vero ꝑm significatū neutrum erit corpus ↄtrarijs
simul dispositionibus ꝑticipans: ex generatiōe aūt ꝑm vnam partem
aut scd̄m duas differentes. Secundum vnam quidem:vt si ꝑm alteram
oppositionem eucratio fuerit effectiuaꝝ qualitatū:aut ꝑm vtrasq3 qui
dem oppositiones:sed circa formationē:aut magnitudinē:aut numeꝝ
particulaꝝ:aut positionē lapsuū:aut econuerso. In his quidem ↄtra-
ctuz:aut i oībus:aut in quibusdaz. In crasi vero derelinquens: in dif-
ferentibus vero partibus ꝛ ꝑm oēs oppositiones pōt aliquid contra-
riorum participare simul. ¶ Et semp quidem tale est ꝑm omnes etates
manens simile. Ut multuz vero est qō ꝛ permutatur ꝑm aliquid. ¶ Ita
vero ꝛ quod vt nunc neutrum erit corpus ꝑm significatū:aut eo q̄ ꝑm
vnam partē:hec habeat sana:hec vero egra:aut inherentiū ei aut circa
partes differentes. ¶ Scd̄m vero tertium significatum neutrum erit
corpus:qō quidē modo sanū modo egrū in p̄te fit t̄pis: quēadmodum
inheret aliquibꝰ pueris q̄dē existibus sanos esse:adolescētibꝰ v̄o factis
egros vel ecōuerso. Ju vno v̄o t̄pe ita neutrū vere ↄtingit quidē ↄsistē: 7.
ꝑm vero latitudinē nō cōtingit. Scimus vero q̄m nunc dupl'r.
S Anum vero ꝛ egrum ꝛ neutrum corpus quotiens dicitur:ꝛ quale
vnumquodq3 est: sufficienter determinatum est. De signis vero
deinceps dicendum est.

¶ Incipit Scd̄s liber tegni Galie.

¶ Incipit Prima pars secundi libri Ga. de causis. ¶ Pria ps de capite.


Unt autem horum signorum sana quidem quecunqz presentis sanitatis sunt signa demonstratiua: et future pronostica: et prius facte rememoratiua.

Gra vero signa psntis egritudinis demonstratiua sunt et future pnostica: et prius facte rememoratiua. 2.

Secundum vero hoc et neutra: et que neutrarum dispositionum demonstrantia sunt: et pronostica: et rememoratiua. Et sunt signa sm aliquid qdem sanam: sm vero aliqd quidem egram declarantia dispositionem. Et hec quidem sm tempora sanis et egris insunt. 3.

Appellant aut hec oia qdem signa a veteribus medicis pnostica et si psntium aut preteritorum aut futurorum declarantia sunt. 4.

Et vtilitas quidem magna est: et demonstratiuorum et pnosticorum: minor vero rememoratiuorum. 5.

Corpus igitur temperamēto varians: mediocritate autē partium officialium nō varians duplicē habet formā sanarum causarꝫ. Alteram custodientiū ipsius temperamentū. Alteram perducentium ad optimā preparationē. Cause igitur custodiētes temperamentū tm̄ variabunt a causis nature optime ꝯgruentibus: q̄tum totius corporis temperamentū ab illa variat. Corpus enim calidius victu indiget calidiori: frigidius frigidiori: ⁊ siccius sicciori: ⁊ humidius humidiori. Simili modo copulatim calidius ac siccius: calidiori ac sicciori: ⁊ in reliquis tribus copulis: qd̄ ꝓportione respondeat. Utetur enim materia causarꝝ recte: qui vires earꝝ insitas agnoscit. verbigratia. vt motus media insomnia excretio ⁊ oēs affectiōes aīales exiccent corpus. Contraria vero his humectent. Eodem mō de calefaciētibus ac refrigeranlibus: studiis: poculentis: esculentis: ⁊ vt simpliciter dicetur: qui oīum circa corpus causarꝝ agnoscit materiā ac vires: causis suis vtet. Similes similibus adhibēdo quotiēs pristinū corporis libuerit custodire temperamentū. Quotiēs vero libuerit ꝑmutare: ⁊ ad habitū ducere meliorem: aliud est causarꝝ genus sanū predictis ꝯtrariū equaliter in diuersum recedēs a causis tēperatis ac mediis: quas optime nature ꝯgruere docuimus. Calidus enim ⁊ siccus victus nequaq̄ efficiet bene temperatū diligenter calidius ac siccius temperamentū. Sed victus tanto frigidior ⁊ humidior moderato q̄tum natura fuerit calidior: sicciorqꝫ. Tale enim causarꝝ genus natiuas corrigit intemperies. Alterꝝ vero qd̄ est predictū custodit: ac medici vtroqꝫ causarū genere

inuicem vtũtur. Uep corrigere insitam intẽperiem ex multo ocio opus est paulatim deducendo corpus ad habitũ meliorem. Natura enim nõ tollerat subitam alteratione͂. Per negocia vero necessaria i eadẽ dispositione custodire opꝫ. Sed quonã modo tale causarꝫ genus custodiens appellauimus? Forte enim rectius dixeris alterans curans ꝛ impedimentum insitum corrigens appellari: q: ad vniuersum genus sanitatis respiciẽtes non ad speciales eius differentias: quecũqꝫ custodiunt sanitatem custodiẽtes cunctas causas noiauimus: siue adeo custodiãt sanitatem vt etiam deducant ad habitũ meliorẽ: siue pristinã corporis preparationẽ tantũmodo custodiant ꝛ ꝯseruent. Quecũqꝫ vero dispositionem efficiãt deteriorẽ morbosas. Ubi igitur omnes corporis ptes male temperate similiter sint: similia adhibeantur subsidia: vbi dissimiliter dissimilia necesse est. Fieri enim potest vt ventriculus frigidior iusto existat: caput autem calidius: ꝛ vtrũqꝫ ꝓprijs remedijs egeat. Jtidem ꝛ aliarꝫ vnaqueqꝫ partiuꝫ aut humidior: aut siccior: aut calidior: aut frigidior moderato victu indiget ꝓprio intẽperiei. Non igit͂ equaliter exercebimus omnes tales corporis ptes: neqꝫ similiter humectabimus ꝛ exiccabimus: aut aliqd aliud tale efficiemus. At de his libro ꝺ tuẽda valitudine latius definitum iam est.

¶ De causis quibus impedimenta figmenti corriguntur ꝛ vt quattuor corporum discrimina habeantur. Caput. 3.

Cause partiũ officialiũ sane partim impedimẽtorꝫ figmẽti: partiꝫ magnitudinis numeri positionis existũt. Jn figmento igit͂ multa impedimẽta habentur. Nam figura partis: ꝛ sicubi in ea cauũ est ꝑ naturam: aut ostiolum: aut meatus: aut asperitas quedaꝫ: aut leuitas: quotiẽs excesserint propria mediocritate parum quidẽ affecta sana corpora nominantur. Multuꝫ vero perpessa dicuntur egrotabilia. Quotiẽs autem tantum affecta sint vt offendant operationem: iam egrota vocantur. Jn quãtitate ergo excessus ac defectus ad eas ipsas deducũt differentias. Jn numero vero excedens aut deficiens quelibet similarium partium aut plures: hoc genere continetur. Jtem quecunqꝫ substantie in nobis preter naturaꝫ consistunt. Restat aliud genus positionis cuiuslibet simplicis partis: in quo quattuor differentie existũt. Prima inquam optima est. Secunda paululum quiddaꝫ variat: ꝛ ob eam rem sanum adhuc efficit corpus. Tertia egrotabilis est vbi multum excessit. At quarta iam egroti corporis vbi plurimum remouetur. Quecunqꝫ ergo partes peccant figura quemadmodum blesi: vari: distorti: si recens affecte sint fingendo ac ligando ad habitum naturalem reuocantur. Si duriores effecte sint corrigi minime possunt. Eodem modo quecunqꝫ peccant cauo similiter increscentes corriguntur: vbi perfecte sint emendari nõ possunt. Jtaqꝫ deligatio ac quies paruũ efficit cauum: functio partiuꝫ ac spirationis cohibitio magnũ. Simili modo ostiolum aut meatus quotiens fuerint equo maiora: quies ac delegatio minora efficere solẽt. Maiores efficiũtur partes motu natu-

rali simul cum moderata frictione & alijs quecunqꝫ plus sanguinis trahere assolent. At partium deficientium quecunqꝫ ex sanguine gignuntur nequaquã impos emendatio est. Quecunqꝫ vero ex semine creantur prope impossibilis est. Verũtamen interdum loco earuꝫ alia efficias similem habentia vsum licebit. At omnium earum natura opifex: medicus minester est. Quecunqꝫ vero exuperant numero: sublatio causa sana est. Sed ꝯsiderandum est in quibus id fieri: aut nequaquaꝫ fieri possit: ꝙ si non: cõmutare tentandum est: simili modo positionis vitia emendantur. Ceteruꝫ constat: vt duo aut tria sepenumero impedimenta circa vnam partem consistant: quẽadmodum in eo, qui habebat ventriculum paruũ simul ac rotũdum ac super septo transuerso positum, peccabat enim in eo magnitudo figmentum ac positio: qui si frigidior temperamẽto extiterit: ad habitum naturalem reuocari minime põt. Quippe qui ab ipso tẽperamẽto ledatur. Cum enim difficulter spiraret repleto ventriculo: paruꝫ cibi: & qui nõ grauet ac multum nutriat bis aut ter in die affertur necesse est. In alio vbi infartio in iecore subide existeret ob angustiam vasorum victus extenuans curauit infartionem.

¶ De causis sanantibus solutionẽ ꝯtinuitatis. Caput. 4.

SEquens est vt agamus de solutione ꝯtinuitatis que inest similaribus partibus ac officialibus cõmunis est: ac forte quis nõ concedet interduꝫ eam inesse integre sanis: quippe que semper affectio sit nequaꝙ videns similem dubitationẽ super vnoquoqꝫ genere futurã. Nisi enim sensibilis operatiõis lesio morbũ interstinguat a sanitate: sꝫ ex qualitate dispositionis tm̃modo ꝯsideref: assidue affectiõis decretũ admittas necesse erit: cum nemo sit: qui operationes cunctas optimas habeat. Sed hec questio vtpote ꝯtemplationẽ requirens diligẽtiorem per se seorsum dicato opere tractabif. De causis corpoꝝ ꝯfecte egrotãtium deinceps agendũ est ab intemperie petentes initium.

¶ De causis corporum confecte egrotantium. Caput. 5.

DEfiniendum antea est id qđ oẽs fere medici pretermittunt: vt alie cause sint intemperiei iam ꝯfecte: alie eius que preterea cõficiatur quẽadmodum alie future. Supreme ergo intẽpiei: que futura est: cause partiꝫ sub ipsa precautionis diligentia: partim sub ipsa sanitatis ꝯseruatione ꝯtinẽtur. Prima sub ipsa tm̃ curatiua collocatur. Intẽperiei aũt inter vtrãqꝫ medie cause sub ipsa p̃cautõis vigilãtia ac curãdi rõne collocatũ. Morbus.n. si iam existat ꝯfectusqꝫ sit curetur opꝫ. ꝓhibeaf aũt si nõdum existat: sꝫ futurus sit ex dispõne in corpore. Ubi vero ꝯficiaf: qđ ꝯfectuꝫ est curef. Quod vero futurũ est ꝓhibeaf necesse ẽ. Porro ꝓhibebif dispositõe: qua fieri solet sublata: ac talis dispositio noiatur causa pregressa. Morbus vero qui iam confectus est curabif dispositione qua primũ naturalis operatio ledif soluta: quam egritudinis cãm nominam⁹. Sanatio vero vnam habet ac primam & maxime ꝓpriam intentionẽ: dispositioni que est soluẽdã ꝯtrariã. Hoc

enim genere omnes cause efficientes sanitatem cõtinentur:particula tim pro natura dispositionũ contrarie eligantur conueniet. Itaqz ca lide dispositioni frigida causa cõtraria est:frigide calida:z in alijs eo dem modo dicendum. Si enim quicquid est preter naturã ĩmoderatũ est:quicquid vero per natuuraz moderatuz:quodlibet imoderatuz ab ĩmoderato contrario ad habitum naturalez reuocet necesse est ac con stet vt calidum ac frigiduz:potentia non ipsa imaginatione sumendũ sit. Intelligo potentia tale quod proprie vereqz tale est. Ipsa autẽ ima ginatione quod primore sensu tale esse videatur:sed vere tale minime sit. Sed quonam modo talia cognosci conueniat:libro de simplicibus medicamentis perpensum iam est. Ad inueniendas igitur causas sa nas in morbo qui iam confectus est:docendi via vtendum est qua talia potentia interstinguãtur ab his qne imaginatione talia videntur. In morbo ver oqui preterea conficitur: ea ipsa docendi via vtendum est: atqz etiam ea qua morborũ cause parue stinguẽtur. Fingamus putridis humoribus accendi febrem:indicatio in his est alteratio euacuatioqz. Alteratio quidez sedans putredinem manente causa. Euacuatio vero omnem de corpore educens substantiaz. Sed predicta species altera tionis concoctio est:quaz a nonnullis causis fieri conuenit: inuenien tes in illis an habeamus ita sanorum cognitionẽ. Euacuatio efficitur sanguinis missione clysteri vrina z spiratione per cutem atqz etiã auo cando deriuando ad alium locuz. Hoc genere continent mouere men strua:aperire mariscas:purgare ex naso palato inueulentes materias quibus qualitate z quantitate z modo vsus adhibitis euacuatio effi ciatur:in hac artis parte causas sanas inueniemus:ac de modo inue niendi tales causas libro de curandi via z ratione dictum iam est. Si mili modo z per alias tres intemperies. Etenim vnum cõmuneqz ha bendo preceptuz vnamquãqz causam efficientẽ excidere:tum autem ire ad egritudenẽ:que confecta est: causarum sanarũ inuentionẽ adipi scemur. Itidem per intemperies compositas simpliciũ compositio pre cepta sanitatis indicabit:si studuerimus:vt magnitudini intemperiei qꝺ proportione respondeat:causa sana peruestigetur. verbigratia. siqs decem numeris recessit a naturali in dispositionez calidiorem:septem in ficciorẽ:causa sana per talem dispositionẽ decem numeris recedat in habitum frigidiorem:septem in humidiorẽ oportet. Si igitur tale me dicamentum affecte parti adhibeatur: tanto frigidius ac humidius erit quantum indicatio precipit. At vbi pars affecta posita fuerit in p fundo:moliri oportet:tale efficere medicamentũ quominus in itinere prius exoluatur. Si igitur opus sit medicamento calidiore moderato: non solum tanto sit calidius quanto indiget passio:sed ex superabun danti adijciatur id quod ꝑpter positionem fuerit necessariuz. Si frigi diore non simpliciter tanto frigidius efficere oportet:sed etiam mate riam considerare necesse est. Si eniz crassior fuerit nequaqͣ profunde admodum penetrabit sed econtrario efficiet cõdensando cutẽ. Si vo

tenuior fuerit fieri poterit vt profunde admodum se insinuet. Itidem in humefacientibus ⁊ exiccantibus crassior ac tenuior substãtia sumẽda est: ac ab affecte partis positione indicatio sanam vestigat causam: queãdmoduz hoc loco definitum iam est. A figmento vero ac positiõe quotiẽs emissacula sensibilia habeat peruia tẽdentia aliorsuz: aut quotiẽs nihil eiusmodi habeat. Emissacula igitur deferentia in membra precipua auocabimus: ac in non precipua membra irritabimus. Constatqꝫ vt sanatio efficientiũ intemperiẽ causarũ: per enacuationez existat. Ipsarum enim intemperiez tantũmodo alteratio sanatio est. Ceterum vbi soluatur continuitas: sanationis intentio vnio est: que inqꝫ in partibus officialibus impossibilis est. In similaribus vero nõ semper possibilis est. Sed in quibusdã vt incarnosis agglutinatio sanatio est: nec interest vbi libeat appellare cohalitũ. At qui ipsam antecedit: quotiẽs vulnus grande extiterit: adductio dissidẽtiũ partium: que sub ipso figmenti genere continuetur. Ut vero deligatio adducens dissidẽtes partes stabilis maneat: ⁊ habende ac future vtiles sunt. Natura autez agglutinat dissidentes partes: ac pristinaz reddit vnitatez. Medici vo officium est in primis vt est proditũ adducere in vnum dissidentes partes: deinde custodire queãdmodũ aducte sunt. Postea prouidere quominus inter labia aliquid incidat: ac demum ipsam partis substãtiam sanam custodire. Primum ac scdm quonã modo facere liceat dictum iã est. Tertiũ adducẽdo partes dissidentes fiet si nihil extrinsecus icidẽ sinamus: queãdmodũ sepenumero pilus: aut oleum: aut alius humor cadens inter partes agglutinandas: earum phibuit vnionez. Postea vero tempore sequenti tertia intentio perficitur: si materia effluat. Effluet autem materia incidendo ac congrue figurando. Porro substantia mẽbri sana custodietur per ea que mediocriter exiccẽt: atqꝫ hec curatio est solutionis continuitatis in membro carnoso quoties ipsa p se sola existat. Quod sicut alteri permiscetur morbo: plures indicationũ intentiones habentur: quas deinceps docebimus: vbi de compositis aut implexis preceptis agemus. Hoc loco ad reliquas continuitatis solutiones eundum est.

¶ De fractura. Caput. 6.

Fractura ergo continuitatis solutio in osse ẽ: que inquã curari nõ potest quantum ex prima intẽtione est: sed secundo quodãmodo curari aliquatenus potest. Prima igitur intentio vt in vnuz coalescat: fieri minime potest propter duritiem partis. Secunda vero deligatio est quã facere potest porus. i. tophus lapis ligatus circa fracturaz. Porus. i. tophus lapis inquantũ ex materia ⁊ a natura efficitur cõmunis cum ceteris est. Inquantũ vero prope formam ossis ex alimento illius fieri debet. Ceteruz molle ac puerile os coalescere potest. Sed raro huius affectionis generatio est: sine implicatione aliorum. Nam magna ex parte musculi adiacentes simul cum alijs corporibus patiuntur effracto osse. Quocirca curatõis intẽtio duplex est. Altera in osse: altera

in corporibus que circa sunt. Sed de tali intentõe implexis affectibus partium carnosarum dictum iam est. De fractura hac parte agendum est. Cum igitur affectionis sanatio ex poro.i.topho lapide sit: proprio ossis alimento opus est. Cuius excrementũ ad pori.i.tophi lapidis generationem subijciatur nature oportet. Quod moderatũ quantitate & qualitate sit: necesse est & ob eam rem sanguis talis ac tãtus eo ducẽdus est: quali quantoq; porus.i.tophus lapis fieri possit. Cumq; ille effluat per fistulas effracti ossis considerare ꝯuenit ipsius quantitatẽ ac qualitatem: & ita ducere sicciorẽ aut humidiorẽ. Sed de his omnibus libro de curandi via & ratione diffusius dictum iam est.

¶ De punctione nerui ac tendonis. Caput.7.

Neruí preterea ac tendonis punctio: ꝓpter exuperantẽ sensum & q2 pars continua origini est: prompte aduocare potest cõuulsionem: maximeq; quotiẽs nihil possit foras efflari: occecato vulnere cutis. Id igitur aperire op3 ac siccare materia tenuiore: que se insinuare in profundum possit vsq; ad neruum vulneratum. At de hoc libro de curandi via & ratione satis iam dictum est. Hactenus de simplicium dispositionum causis sanis.

¶ De implexu dispositionum. Caput.8.

De implexis deinceps agendum est. In vlcere ergo implicatur in primis quidem cauum: quam nõ aliam dispositionẽ: sed vlceris differentiam esse existimant. Est autem nõ vlceris differentia: sed alterum genus totius morbi in quo substantie corruptio facta est. Itaq; sanatio duplici affectu: duplici eget intentione. Nam ꝯtinuitatis solutio vnionem substantie: corruptio generationẽ requirit: ac generationis intentiones paulo ante explanate iam sunt. Quinetiã rerum natura ostendit: vt in primis talem sanare dispositionẽ deinde vnire aggredi opus sit. Quotiens ergo pars inanis repleta fuerit: vlcus vero equale extiterit: alteram intentionem auferri ꝯtingit. Interposita enim recens genita carne inter vlceris labra: partes vniri dissidentes impossibile est: Sed aliam intentionem curationis inueniri oportet. Inuenimus autẽ si naturam ipsam consideremus partis cui per naturã inest tegi cute. Id igitur a nobis efficiendũ est. Quod si impossibilis intentio est: simile aliquid cuti.i.carnem cuti subsimilem efficiẽdum. Talis vero siccior atq; astrictior est. Quo circa siccantibus ac stringẽtibus medicamẽtis minime mordentibus cohalescendo vlceri opus est. Nec secus vbi sordes affuerint intentio est detergere. Medicamentũ vero salutare detersorium est. At de his libro de medicamentis dictum iam est. Quinetiã vbi inflammatio quedam: aut effractio: aut durities: aut tumor ex vlcere fatiget: illa prius curari predicta via oportet. Itidem siquid vlceri affluat: sanandus antea fluor est. Eodem modo si intemperies quedam in vlcere affligat: intemperiei auxilia antea adhibenda sunt: sed de his satis.

¶ De curatione figmenti. Caput.9

De figmento deinceps agenduz est: qđ in plures differentias seca ri potest. Sed ab euidenti incipienduz est: qđ ex figure mutatione efficitur. Corporis igitur si increscat figura multarum partiuz corrigi potest: sin increuit emendari vlterius non potest. Intentio autem in his que curari possunt: in diuersum abducit distortionis. Qđ si fractura non recte explanata alicuius membri figura peccet cotracto iaz poro. i. topho lapide. Si preterea porus. i. tophus lapis recens fuerit: effringendo rursus recte fingere: deinde inducere porum. i. tophuz lapidem oportet. Infartio preterea hoc genere morbi cotinetur. Ubi igitur ab humore crasso ac glutinoso efficiatur: vnam habebit intentionē contrariam affectioni: intelligo infartionem. Causa autez sana deter gens atq3 incidens medicamentuz existit: vbi a stercore duro efficiat oppilato intestino. In primis quidem habebit duritiei emendationez ex humido ac pingui clysteri: deinde euacuationē ex acriori. Ubi vero a calculo in vesica efficiatur tantisper propellendus est. Gratia vero omnimode curationis: ex incisione conuellendus. Ceterum humoris preter nãz contenti sanatio oioda euacuatione efficitur: quēadmoduz in purulētis. Sz imoderata repletio imoderata eũatiōe discutit: quēadmodum sanguine in venis condito. Simili modo siquibus in vētre aut intestinis: aut arteria: aut pulmone pus: aut sanguis ɔtinetur: omnimoda indiget euacuatiōe. Quibus vero plus cibi aut potus adhuc recentis continetur: euacuatio sanatio est. Quecunq3 ergo in pulmone aut thorace continentur: cum tussi eũatio ac cuz medicamentis extenuantibus fieri debet. Quecunq3 vero in iecore: aut venis: aut arteris: aut renibus: aut per vrinam: aut per alium euacuari conueniet. Per vrinam quidē adhibitis medicamentis vehementer extenuantibus. Per aluuz vero adhibitis medicamentis trahentibus: atq3 aperientibus. Quecunq3 in ventre superiore continētur: vomitu. Quecunq3 inferiore deiectione euacuanda sunt. Quecunq3 sub cute incidēdo perurendo aut adhibitis medicamentis perurentibus. Simili modo quecunq3 in cauo aliquo naturali condũtur velut in thorace. Et vt semel dicatur: eorum que preter naturam in quibusdam partibus continentur intentio sanationis sublatio est. Talia inueniuntur partim ex ipsa dispositione: sed magna ex parte ex ipsis locis affectis. At quecunq3 preter naturam sunt ratione asperitatis ducuntur ad habitum naturalem per leuitatem. In osse quidem radēdo: in arteria vero aut lingua leuigando adhibitis humidis minime mordentibus ac glutinosis. Porro quecunq3 recedunt a natura sua ratione leuitatis asperitas naturalis inducenda est ex medicamentis admodum detergentibus ac paulum reprimentibus. Uerum quotiens infartio aut angustia aliis committetur morbis: hi prius curandi sunt. Ceterum in libro de morborum differentia dictum iam est: vt dicte dispositiones inflammationi ac duritiei: tumori q3 ⁊ siccitati interdum immoderate:

& item prauis figuris continentium corporum sepenumero comitentur: queadmodū quibusdam tumoribus corporum que circa sunt. Quod si inuicem quidem talium morborum implicantur: indicationes varias obtinebunt. At sufficiat super vno veluti exemplo facere orationem. Nam de his omnibus libro de curandi via & ratione latius perpēsum iam est. Subijciatur ergo sanguinis multitudinem cuidam parti affluere: ita vt vasa in parte illa extendantur: non maiora solum: sed etiam minora: que antea effugiebant visum: nunc apparentia quia repleta sint: queadmodum in oculis perspicue cernitur interdum propter albedinem tunucule: ac par est vt alia vasa que nō videntur extendātur repleta: nondum tamen apparētia propterea quod exigua sunt. Sane materia resudans ex vasis effunditur: aut etiam aliquid effusum iam est ad interceptas sedes inanes. Huius igitur affectio intentionem habebit euacuationem. Cumque affectio sit: quia pars imoderate repleta fuerit: necesse est excrementū euacuetur: aut recurrendo: aut per ipsam affectam partem. Recurret igitur: aut pellendo: aut trahēdo: aut trāsmittendo: aut aliquo horum: aut omnibus modis euacuando. Per ipsam vero partem euacuabitur: aut perspicue & euidenter: aut in vapores extenuatum. Si igitur totum corpus fuerit repletum per ipsum affectum: locum euacuare minime conuenit. Si enim incidendo ac secando euidenter euacuemus: inferentes dolorem plus materie attrahemus propter dolorem. Si vero calefacientibus discutere aggrediamur: trahemus per calorem magis ad affectam partem quam discutiamus. Quod si rursus libeat cogere: vt materia que fluxit recurrat: corpus vtpote plenum nequaquam admittet. Ut ergo ambo hec fieri possint totum corpus euacuare oportet: aut omnino auocare ad alium locum materiam que in partem affectam influit: atque ita efficiendum vt de parte affecta prius expellatur quo fieri poteit per loca ampliora. Nam euacuatio promptior est. Euacuabimus autē de pte affecta: si reprimamus aut refrigeremus. Sed etiam loca euacuata ad se attrahūt. Idem enim libro de viribus naturalibus definitum iam est. Et transmittent vasa corroboratā reprimētibus medicamētis. Si igitur cūcta ita recurrant res bene se habet. Siquid autem in parte remāserit: cōijciendum est glutinosum existere aut crassum. Proindeque stipatum vehemēter. Quinetiam fieri pōt vt nequaquam tale sit: sed ad interceptas sedes effusum. Id igitur per locū affectū euacuari necesse est adhibēdo medicamēta repellētia. Porro euacuabis potissimū: si in locis interceptis conieceris aliquid continueri scarificādo pariter ac discutiendo medicamentis. Sed cum omnia medicamenta discutientia calida viribus existant: mordent quotiens immodice calida fuerint. Cauendū igitur est a nimis calidis maximeque quotiēs affecta pars sūmotenus fuerit. non parum enim dolebit. Si locus simul fuerit affectus ac mordeatur: omnisque dolor irritat fluctiones: modice ergo calidum sedat dolorē: maximeque si humidum extiterit. Ceterum sufficit discutere positam summotenus materiam quam

discutiens medicamētū vehemens minime fuerit. Qđ si summe ptes i-
perpesse penitus existant. Qđ autē indiget euacuatione fuerit in pro-
fundo: intēdere atq3 augere oportet discutiētis medicamēti calidita-
tem: q: periculu3 foret ne prius exolueret ꝙ iret in ꝓfundū: nō tamen
afficeret summas quas tanget partes: vtq3 minime affecte sint. Quo-
circa ambo in idem concurrunt ad medicamenti calidioris acriorisq3
vsum: cum summe partes admittāt ac ꝓfunde indigeant. Hāc itaq3 ex
positiōe duximus indicationē. Deinceps ꝯsideremus siquid restet ad
curationē. Vident enim nō pauca restare affectarū partiū in quibus ē
excrementū fluctionis. Quedā ergo partes rare: laxeq3: & molles natu
ra sunt: alie dense & astricte ac dure. Priores ergo facile euacuant: alie
acrioribus egent euacuātibus. Item tenuioribus: ac multomagis id fie
ri debet: vbi in ꝓfundo ponunt. Atq3 hec rursus alia indicatio erit a
substantia affecte partis: alia ducit a figmento simul ac positiōe. Su-
bijciatur enim in iecore predictā esse dispositione3 in angustis finibus
vasorum stipatis hūoribus: aut glutinosis: aut crassis: aut multis: nō-
ne promptū erit esculētis: ac poculētis extenuātibus. Crassitudinem
quidē in primis simul cū lentore facere tenuiorē: mox nō p inuisibiles:
atq3 angustas vias sed amplas mā3 nocuā euacuare. Ampliores eni3
in iecore vene quēadmodum plurime sunt: ac desinunt he in gibbo ad
venam cauam: ille in simo ad porta3. Quocirca facillimū erit vtrouis
loco stipentur humores prompte euacuare trahendo in ventrē humo
res quicunq3 in simo: per vrinam vero quicunq3 in gibbo condantur.
Ceterum alia indicatio ducitur a iecore: cum sit inicium venarum: cū
enim non seipsum solum quēadmodu3 multe animalis partes solent
gubernare: s3 influit vires venis: ꝑiculum est quotiēs prohibeam⁹ ipsi⁹
firmitatē rigando aut laxādo cataplasmatibus: in primis iecur ipsum
debilitare circa actionē. ac debiles venas cunctas efficere: quapropter
permiscere reprimens aliqđ medicamentū curando ipsum necesse est.
S3 cū ꝓfunde admodu3 positum sit: periculū est ne vires medicamēti
reprimētis exoluant nisi manu ducatur ab aliqua alia materia tenuio
re: qualis aromatu3 est. Ac rectius est: si ipsum reprimens medicamen
tum statim aroma extiterit: insitas enim habendo duas qualitates ac
vires vehementius operabitur. Ubi igitur superuacu⁹ humor fuerit
euacuatus: ac membrum habeat naturalem humoru3 mediocritatem:
considerari oportet num qualitatem aliquam fluctio intulerit: vt si pi-
tuitosa sit frigiditatem: si biliosa caliditatem: vt hac sublata sanā par-
tem integre efficiamus. Curabimus vero contrariam imprimētes qua
litatem quēadmodu3 dum de curatione intemperiei ageretur docui-
mus: quanto aliquid calidius extitit tantum refrigerando: quo fit vt
necessarium sit cognoscere naturale ipsius temperiē. Nam quo pacto
scire possim⁹ quanto nā calidius fuerit: aut qñ calefacere desinas. Nō
cognoscētes eni3 mensurā nālis caliditatis fieri minime pōt vt abun-
des copia medicamentoꝝ calefaciētium aut calefacere desinas.

De morbo numeri. Caput. 10.

Sed cum de his abunde dictum iam sit: tempus est: vt ad egritudines numeri veniamus. Cumq3 duplex earum differentia sit: In quibus pars quepiá deest: eam efficere intétio é subseruiédo. s. nature quo antea diffinitum iam est. In quibus exuperat eam excidere vel gladio vel igne vel medicamento perurente propositum est. Cúcta igitur hec fere sanare possibile est. Cuncta autem gignere impossibile est: queadmodum libro de semine docuimus. Quedam vero ꝛ si ea impossibile est gignere: possibile tamen est aliquid alterum facere. Ergo loco eius substantiam aliam efficere possibile est: vt in quibus pars quepiá ossis integre sublata est: substantiam alteram loco eius diffidentem ab osse: carneq3. Que vero loco eius gignitur substantia caro est. Tophi lapidis institutione consistens: aut tophus lapis carnis institutione consistens ac tempore procedente topho lapidi simillima efficit. Inter inicia vero carni subsimilis potius habetur. Ceterum quauis pte sublata neq3 eandem substantiam ꝺm speciem: neq3 similez efficere possumus. Tertia intentio honestamentum quoddam inuenit: vt in mancis. At hoc genus eádem cum quátitate init rationem. Quod enim cira naturę dispositionem versatur: illi propinquat. Quod autem genere pter naturam est: illi tantúmodo diffidet: In quo prima quidé intentio sublatio est. Si vero impossibilis sit: sequens est: vt transferatur: quemadmodum per suffusiones. Porro quecunq3 non in totis partibus: sed partibus partium desunt: aut exuperant. si desint: reficienda sunt generatione. si exuperent: excidenda auferendaq3 sunt. Ita fit vt neq3 alia intentio: neq3 species alia medicamentorum genere sit. Sed ad aliud causarum salutarium genus cundum est: quod positionis impedimétaemendat: vt luxationes intestinorum ac testium. He fiunt aut q: violenter tenduntur: aut pelluntur: ant quia membrú continens laxatur aut effringitur. Quocirca curatur partim quia econtrario tendunt aut in diuersum pelluntur: partim quia membꝛ continens angustius efficiatur. Sed qua via pticularia quis vestiget precepta: libro de curádi via ꝛ ratione perpensum iam est.

De precautione. Caput. 11.

Sequitur vt dicamus quecúq3 in precedentem distulimus orationem. Hanc medici nominant precautionem. Uerum triplex corporum differentia est. Quoddam enim integre sanum est. Quoddam non integre. Aliquod vero egrotat. Primum igitur genus sub sanitatis conseruatione continetur: ac duplex est vt antea docuimus. Scóm ad precautionis vigilantiam. Tertium ad curationis diligentiam relegatur: atq3 totum hoc genus in humoribus potissimuz ꝯsistit: quos minime cóuenit glutinosos esse: neq3 crassos: neq3 multos: neq3 admodum calidos aut frigidos: neq3 mordaces: neq3 putres: neq3 venenosos. Increscentes enim causa morborum consistunt. Increscunt autez

interdum ab eadem causa: que eos primum genuit. Est quando se inui
cem in corpore alterant. Intentio vero sanationis horuz duplex est: al,
teratio: euacuatioqꝫ. Alterantur igitur: aut ab ipso corpore concocti:
aut a quibusdam medicamentis: in quibus continentur medicamina
curantia venena animalium venenatoruz. Item medicamina veneno,
sa permutant. Euacuantur autem a medicamentis admoduz calidis:
ac purgatione: ⁊ clystere: ac sudore: ⁊ vomitu. Atqꝫ he cōmunes euacua
tiones existunt. Proprie vero ex locis in quibus colliguntur cōsistunt:
queādmodū tertio ⁊ quarto volumine de tuenda valitudine diximus
dum de dispositionibus laboriosis ⁊ annexis ageremus. Euacuantur
enim promptius si in primis venis sint per aluuz. Si in iecore p vrinaz.
Si in habitu totius per sudorem: queādmodum si in capite existant p
palatum: aut nares: aut per vtrunqꝫ meatuz. Si in thorace: per fauces
simul ac tussim. Si in renibus aut vesica: per vrinam. Ceterum materia
auocatur promiscue ab omnibus partibus. Indicatio est vt ⁊ ad loca
q̄ maxime longinqua. Deriuatur vero ad loca vicina. Quecunqꝫ ergo
curant tales dispositiones: salutares causas appellamus: queādmodū
que augent morbosas ac neutras: quecūqꝫ nec ledunt neqꝫ iuuant: ac
fieri potest: vt eas ne causas quidem nominent: queādmoduū pleriqꝫ
sophiste contemnentes quidez inuestigare differentias rerū: plurimū
temporis in sermonibus conterētes. Sz aduersum eos alibi diffusius
disputauimus. At precauendi ars ita se habet.

¶ De modo recreandi corpora. Caput. 12.

DEinceps de modo recreandi reficiendiqꝫ corpus agendum est.
Sed quenam horum dispositio sit: ⁊ a quibus causis ad habituz
nature reuocetur: summatim hoc loco dicetur. Dispositio igitur talis
est. Sanguis quidem bonus ac exiguus est. Item spiritus vitalis noīe:
⁊ animalis. Itidem se habēt partes ipse solide ficciores: proindeqꝫ vi,
res eorum debiliores existunt: ⁊ ob eam rem vniuersum corpus frigidi,
us est. Porro cause salutares huiusmodi corrigentes dispositionem vt
semel dicatur: sunt quecunqꝫ celerem quidem ac securam efficiūt nu,
tritionem. Particulatim vero motu moderato: ac cibo: potu: somno.
Genera motuuz sunt: gestatio: deambulatio: frictio: balnea. Ac multo
meliora sunt si paulatim fiant: ⁊ actiones solitas paulatim attingant.
Cibus inter initia humidus: ac ꝯcoctio facilis esse debet: nec frigidus
procedente tempore magis nutriens: potus idoneus: vinū est etate mo
deratum ac purum ⁊ splendidum aut album aut subflauuz: ita vt odo,
re suaue moderate gustui sit: neqꝫ ex toto aquosuz: nec vehemētē aliq̄
īdicās q̄litatē: neqꝫ dulcedinē neqꝫ acrorē nec amarorē. At de his que,
admodum diximus pauloante libro de curandi via explanatum iam
est. Hoc loco non decreuimus docere omnia particularia: sed capita
rerum tantūmodo ꝑcurrere: de quibus aliis libris latius disseruimus
quos scribens quot quiqꝫ sint finem faciam orationi.

¶ Quo ordine libri legendi sint. Caput. 13.

Itaq; supra dictum iam est: vt alius liber sit in quo de statuenda medendi arte tractemus. Hunc duo alij de statuendis artib9 antecedunt. Sed hi simul cum eo: quem nunc absoluimus sũmatim sunt effecti. Illi vero hunc ordinez habent. De elemẽtis Hypocratis vnus liber est. Deinde tres libri de temperamẽtis: Quoꝝ duo de animalium temperamentis. Tertius de temperamentis medicamentoꝝ exposuit. ⁊ ob eam rem librum de viribus simpliciũ medicamentoꝝ nõ bene intelligẽs: nisi tertium de temperamẽtis diligenter euolueris. Alius preterea liber paruus est sequens duos primos libros de temperamentis qui de inequali intemperie inscribitur. Itidez alij parui sunt. Alter de optima corporis preparatione. Alter de bono habitu. Porro alius liber est in tria volumina diuisus qui de viribus naturalibus est: quem post duos libros de tẽpamentis: aut etiam post librum de elementis euoluas licebit. Post hunc in multis libris de actionibus animalibus disputamus. Cunq; ad eorum demonstrationes non parum conducat ex dissectione: cognitio in ea primum exerceri op3. Atq; vtilissimi sunt congressus dissectionum: etiam alij plures libri: vnus quidez de discordia dissectionum: alter de dissectione defunctoꝝ: quibus deinceps existunt duo alij de dissectione viuentium. In alijs quibusdaz particulatim instruendis discipulis fecimus dissectionem ossium: musculorum: neruorum: atq; venarum: ⁊ arteriaruz. Item aliqui libri alij ex quibus est alius: in quo disseritur vtrum sanguis per naturam in arterijs contineatur. Ceterum alij indicantes actionem earum. Duo quidem sunt de motu musculorũ. Tres de thoracis ac pulmonis motu Quibus deinceps est liber de causis spirationis. Quibus sequitur liber d̃ voce: de parte animi ac virtute que pꝛiceps est: ⁊ alijs omnibus. Quecũq; de naturalibus ⁊ animalibus actionibus queruntur: multis editis voluminibus docuimus. Que de Hypocratis ac Platonis decretis inscripsimus. Eodem considerandi genere continentur libri de semine seorsum editi. Item libri de dissectione Hypocratis: quibus omnibus liber de vsu partiuz sequitur. In dinotationem preterea morborum liber de locis affectis ⁊ venis: liber de pulsibus vtilis est: quo loco etiaz presensiones docemus. Antecedũt preterea librum de pulsibus duo alij libri. Alter de vsu spirationis: alter de vsu pulsuum. Liber preterea de pulsibus in quattuor partes distributus est. Prima est de differentia eoꝝ. Secunda de dinotatione. Tertia de causis pulsuum. Quarta de presensione pulsuum. Ex eodem genere est liber: qui scribitur de instituẽdis discipulis: de quo artem aut de pulsibus compendium inscribam. Utiles preterea sunt ad hanc consideratione3 libri de pulsibus aduersus archigene3: in quo enarro ac iudico. Porro vtilis ad presensiones est liber de iudicijs: hunc precedit liber de diebus decretorijs: quinetiã liber de aspirationis difficultate in cognitionem presentis dispositionis ac presensionem futuroꝛũ malorum aut bonorum: circa egrum vti

lis existit. Hi igitur omnes libri: ac cum eis alij quidaȝ sunt libri singulares: quos euoluere vsui est. Qualis est liber de causis procatarticis: ac liber de peritia medicinali: ac liber de victu extenuate. Item liber de mittendo sanguinem aduersus erasistratum: ac liber de tumoribus preter naturam. Itidem liber de nimietate: ⁊ alij istiusmodi. Verū maxime necessarij sunt ad curandi viam ⁊ rationem liber de morborū differentia: ac de diuersitate accidentium: ac tertius liber in qua morborum causas docuimus: a quibus alij tres existunt: accidentiuȝ causas enarrantes. Libri de simpliciuȝ medicamentoruȝ viribus sunt quoruȝ antea fecimus mentionem. Item libri de compositione medicamentorum: quibus libri de curandi via ⁊ ratione sequuntur priuatim scripti: atq3 etiam libri de tuenda valitudine. Ceteruȝ vt ante exerceri opȝ in libris de demonstratione eum qui sit artem medendi rationabilem professurus: libro de optima heresi diffinitum iam est. Ceteruȝ de alijs libris ac cōmētarijs: quos scripsimus minime necesse est hoc loco pseq. Naȝ de his omnibus alibi dicturi sumus: forte vno: aut duobus libris editis habituris inscriptionem.

¶ Explicit Galeni Ars parua.

¶ Liber canonis Primus queȝ princeps Aboali Abinsceni de Medicina edidit: translat⁹ a magistro Gerardo cremonēsi in Toleto ab arabico in latinum. ¶ Verba Aboali Abinsceni.



N primis deo gratias agamus sicut sui ordinis celsitudo ⁊ bñficij ipsius multitudo meret cui⁹ misericordie super oēs pphetas extitit. ¶ Et post dicā q quidā d melioribꝰ amicis quos habere videor: cui in oibꝰ p quibꝰ me dprecat⁹ fuerit satisfacere dbeo d re quā possuȝ: me rogauit vt ei librū de medicina faciā: eius regulas vniuersales ⁊ pticulares taliter ꝯprehēdentē: vt explanatio cū breuitate i eo ꝯiungat: ⁊ ſm plurimū afferā q̄ntum est afferēdū de declaratōe in verbis paucis. Quod equidē cōcessi. Et mihi placuit vt in primis loquerer de rebus ⁊ vniuersalibus vtriusq3 partis medicine

theorice vz & practice. ¶ Postea vero loquar de vniuersalibus iudicio-rum virtutum medicinarũ simplicium. Et post hec de particularib⁹ eorundẽ. ¶ Deinde loquar de egritudinibus: que in vnoquoq; contingunt membro. Prius tamen incipiam ab anatomia illius membri & eius iuuamẽto. De anatomia enim simplicium mẽbrorũ: & similiter iuuamẽtis: in libro primo vniuersali iã tunc locutus ero. Cũ aũt mẽbri anatomia ɔsumauero: i ꝙ plrib⁹ locis demõstrare icipiã quõ ei⁹ conseruet sanitas. Deinde sermone absoluto ostendã ei⁹ egritudines vniuersales: & cãs: & semitas cognoscendi eas: & vias eas medicãdi in sermone etiam vniuersali. Postq̃ aũt has res vl'es expleuero: ad egritudines redibo pticulares: & in ꝙ pluribus earum etiam demonstrabo in primis iudiciũ vl'e in eius diffinitiõe: & ipsis causis & significatiõib⁹. Deinde ad iudicia reuertar pticularia. Post ostẽdam regulã vl'em in medicando. Deinde descẽdã ad medicãdũ pticulariter cuz vnaquaq; medicina simplici aut composita. Ad illud aũt qđ prius dicã de iuuamento medicinarũ simpliciũ in egritudinibus in libro medicinaꝝ simplicium in tabulis pictis quas bonum est fieri: sicut in discipline mõ aspicies cum ad ipsum peruenies nõ reuertar ad dicendũ nisi modicam rem. De medicinarũ quoq; cõpositarũ que mihi videbunt in antidotario melius ponẽde in iuuamentis: & qũo misceãtur: vsq; ibi loqui dimittam. ¶ Placet aũt mihi vt postquã hunc librũ cõsumauero: aliũ librum componam de rebus particularibus in quo sit proprietas nominãdi egritudines: que cũ accidunt nõ sunt vni eidem mẽbro proprie: in quo etiam de pulchritudine loquemur: & vt in hoc libro eo calle pcedam quo in libro particulari qui est ante ipsum processi. ¶ Qđ si mihi deus auxiliatus fuerit: & hũc cõsumauero librũ: addaz postea in vno libro antidotariũ. ¶ Nõ est aũt bonũ vt huius libri plurimũ nõ sit apud vnũquẽq;: & in eius memoria q huius doctrine nomine vocari & per eã lucrari desiderat. Minus naq; qđ medico necessariũ est ɔprehẽdit. Qđ vero super ipm additũ est: incomprehẽsibile est. ¶ Qđ si deus meum ꝓlongauerit terminũ: & scđa successerit fortuna: me ad alia preparabo. Nũc aũt hunc cõponã librũ quẽ in quinq; sic diuidã libros.

¶ Fen prie: Doctrine prie: Libri primi de diffinitione medicine. Cap. j.



Dico ꝙ medicina est sciẽtia qua humani corporis dispositiones noscuntur ex parte qua sanatur: vel ab ea remouetur: vt habita sanitas cõseruet & amissa recuperetur. ¶ Potest autem aliquis dicere ꝙ medicina diuiditur in theoricam & practicam: sed tu totam ipsam posuisti theoricam cum dixisti ꝙ est scientia. ¶ Nos autez respõ

debimus ⁊ dicemus ꝙ artium quiddaȝ est quod ē theorica ⁊ practica. Et de philosophia ꝙ est theorica ⁊ practica. Et de medicina dicitur ꝙ est theorica ⁊ practica. ¶ In vnaquaqȝ autem harum diuisionum aliud volumus dicere cum dicimus theoricam: ⁊ aliud cum dicimus practicam: non tamen nobis necesse est declarare diuersitatē que inter eas existit nisi in medicina. ¶ Cum ergo de medicina dixerimus ꝙ eius est theorica ⁊ ex ea est practica: nō est existimandū ꝙ velimus dicere ꝙ vna diuisionum medicine est scire: ⁊ altera operari: queadmodū multi hūc locum perscrutantes existimant. ¶ Sed debes scire ꝙ illud quod volumus est aliud: ⁊ ꝙ nulla duarum diuisionū medicine est nisi scientia. Sed vna earum est ad scienda principia. Et altera ad sciendū operandi qualitatem. Post vero primam earuȝ nomine scientie aut theorice appropriauimus: ⁊ alteraȝ appropriauimus nomine practice. ¶ Per tehoricam vero ipsius volumus ꝙ quando eam sciuerimus scientiam tantum acquiremus: ita ꝙ in declaratione qualitatis operationis nos non immittemus. Sicut dicitur in medicina ꝙ genera febriuȝ sunt tria: ⁊ complexiones sunt nouem. ¶ Et per practicam ipsius volumus: non operationem in effectu: neqȝ laborem motionum corporearum: sed diuisionem operationis medicine: que cum eam sciuerimus auxiliabitur nobis ad inquirendum scientiam vel sententiam: ⁊ ipsa scientia erit in qualitate operationis. Sicut dicit in medicina ꝙ apostematibus calidis adhibenda sūt in principio que repellant ⁊ infrigident ⁊ inspissent: ⁊ postea repellentia cum resoluentibus temperabimus. Et post statum. Postea in declinatione sufficienter mollificantia resoluentia. Preterq̄ in apostematibus que sunt de materijs quas membra expellunt principalia. Hec igitur doctrina in sententia tibi auxiliatur. Et hec sententia est declaratio quātitatis opationis. ¶ Cūqȝ duarum diuisionum qualitatem sciueris iam scientiam scientialem ⁊ scientiam operatiuam adeptus eris ⁊ si nunq̄ operatus fueris. ¶ Neqȝ etiam aliquis dicere potest ꝙ dispositiones corporis humani sunt tres: egritudo: sanitas: ⁊ dispositio: que neqȝ est sanitas neqȝ egritudo: cum tibi due suffecerint. Possibile namqȝ est vt cum huiusmodi dictor bene considerauerit non inueniat vnam duarum rerum affirmātem hanc trinitatem neqȝ negantem. ¶ Amplius si hec trinitas necessaria fuerit: quod diximus tibi remoueri a sanitate colliget infirmitatem. ⁊ dispositionem tertiam: quam non habere sanitatis diffinitionē posuerunt: que est habitus aut dispositio ex qua operationes subiecti ipsius sane proueniunt. Neqȝ huius diffinitionis oppositum: nisi sanitatem diffinierint queadmodum desiderauerint ⁊ posuerint in ea cōditionem qua non indiget. ¶ Preterea cum medicis in hoc non litigemus. Neqȝ enim sum qui cum eis in huiusmodi disputare debeam. Neqȝ litigium hoc eis neqȝ illis qui contra eos sunt in medicina auxiliabitur. Huius enim rei certitudo alterius doctrine principijs pertinet.

¶ De subiectis medicine. Capitulum.2.

Quoniã medicina corpus humanũ ex parte vnde sanatur ꝛ a sa/
nitate remouetur considerat: ꝛ cuiuſq; rei scientia non acquirit
neq; completur cum causas habuerit: nisi per suas causas sciat: ergo
debemus in medicina scire sanitatis ꝛ egritudinis causas. ¶ Et q2 sa/
nitas ꝛ egritudo ꝛ earum cause plerũq; sunt manifeste: plerũq; occul/
te que nõ sensu neq; nisi p significationes accidentiũ cõprehenduntur:
debemus etiã i medicina scire accidẽtia que in sanitate accidũt ꝛ egri/
tudine. ¶ Jam autem declaratũ fuit in scientijs veridicis q rei sciẽtia
non acquirit nisi per scientiã causaꝝ ꝛ principioꝝ ipsius si causas ha/
buerit ꝛ principia: aut nõ cõpletur nisi ex parte sciẽdi eius accidentia
ꝛ ꝯcomitãtia essentialia. ¶ Causaꝝ vero quattuor sũt spẽs materiales:
efficientes: formales: ꝛ finales. ¶ Cause vo materiales posite in quibꝰ
sanitas ꝛ egritudo mensurant sunt. Subiectũ quidem ꝓpinquũ mẽ/
brum aut spiritus. E subiectũ quidem longinquũ humores. Et eis lon
giora sunt elementa. Et hec duo sunt subiecta ꝺm compositionẽ lꝫ sint
cum alteratõe. ¶ In cuiuſq; autẽ rei cõpositõe ꝛ alteratione que sic cõ/
ponitur ad aliquã huiusmodi puenit vnitatẽ: ꝛ hec vnitas ad quã hu/
iusmodi reuertit multitudo: aut est cõplexio: aut forma. cõplexio vero
est ꝺm alterationẽ: ꝛ forma ꝺm cõpositionẽ. ¶ Efficiẽtes aũt cause sunt
cause permutantes ꝛ ꝯseruantes humani corporis dispositiones: sicut
sunt aeres ꝛ que eis cõtinuant. Et comestiones ꝛ aque ꝛ potus ꝛ q̃ eis
cõtinuant. Et euacuatio: ꝛ retentio. Et regiones: ꝛ ciuitates: ꝛ loca ha/
bitabilia: ꝛ que eis ꝯtinuant. Et motus ꝛ quietes ꝛ corporei animales:
ꝛ ex eis sunt somnus ꝛ vigilie. Et alteratio in etatibus ꝛ diuersitas in
eis: ꝛ in generibus: ꝛ in artibꝰ: ꝛ in moribus: ꝛ in rebus que in humano
superueniunt corpore ipsum tangentibꝰ: siue sint ꝯtra nãm: siue nõ sint
contra nãm. ¶ Formales vero cause sunt complexiones ꝛ virtutes que
post eas eueniunt ꝛ cõpositiones. ¶ Cause aũt finales sunt opationes.
Et in sciẽtia qdẽ operationũ est scientia virtutũ: ꝓculdubio ꝛ scientia
spirituũ que sunt virtutũ subiecta: quẽadmodum nos declarabimus.
¶ Hec ergo sunt subiecta doctrine medicinalis vnde aliquis inquirit
de corpore humano quõ sanatur aut infirmatur. ¶ Huius autẽ inqsitõ/
nis perfectionẽ. s. vt sanitas cõseruet ꝛ egritudo remoueat oꝫ ẽt habe/
re partes ꝺm istaꝝ duaꝝ dispositionũ ꝛ suoꝝ instrumentoꝝ causas. ¶ Et
huiusmodi quidẽ causa est regimẽ cũ comestione ꝛ potu. Et electio ae/
ris. Et mensura motus ꝛ quietis. Et medicatio cum medicina. Et me/
dicatio manualis. ¶ Hoc aũt totũ apud medicos est ꝺm tres spẽs: sano
ruꝫ: ꝛ egroꝝ: ꝛ medicoꝝ quos modo nominauimus ꝛ dicemus quõ iter
duas diuisiones inter quas ꝓculdubio non est mediũ media vocẽtur.
¶ Et postq̃ iam diuiserimus has demõstrationes: tũc iam collectuꝫ est
nobis q medicina tractat de elemẽtis: ꝛ cõplexionibus: ꝛ humoribus:
ꝛ mẽbris simplicibus ꝛ cõpositis: ꝛ spiritibus: ꝛ virtutibus eorum na/

turalibus ⁊ animalibus: ⁊ vitalibus: ⁊ operationibus: ⁊ dispositionib⁹
corpis. s. sanitate: ⁊ egritudine: ⁊ medio: ⁊ causis eaꝝ. s. comestione ⁊ po
tu: ⁊ aeribus: ⁊ aquis: ⁊ regionibus: ⁊ motibus: ⁊ quietibus corporis: ⁊
animalibus: ⁊ etatibus: ⁊ generibus: ⁊ extrinsecus accidentibus q̄ cor
pori eueniunt ex rebus extraneis: ⁊ regimine cū comestionibus ⁊ poti,
bus: ⁊ medicinis: ⁊ manuū operatiōibus ad sanitatē ꝯseruādaꝫ ⁊ vnā,
quāqꝫ egritudinē medicādā. ⁋ Haruꝫ vero reruꝫ quedā sunt de quib⁹
medico nihil aliud est agendū nisi vt qd sint tātuꝫ essentiali formatōe
informet: ⁊ vtrū sint vel nō sint doctori sapiētie phisicalis credat. ⁋ Et
eaꝝ sunt de qbus in sua arte ratiocinari debet. ⁋ Que ergo eaꝝ sunt si,
cut principia vtrū sint vel nō sint credere dꝫ. Sciētiaꝝ naqꝫ pticulariū
principia credita recipiunt ⁊ in alijs sciētijs que fm̄ ordinem sunt ante
eas ratiocinant. ⁊ ita fit donec sciētiaꝝ oīuꝫ principia ad philosophiā
primā que metaphysica nūcupat eleuent. ⁋ Cūqꝫ aliquis medicoꝝ loq
inceperit ⁊ affirmare elemēta ⁊ cōplexionē ⁊ que ista sequunt ex eis q̄
sciētie naturalis subiecta existūt aggressus fuerit: errabit ideo ꝙ in sciē
tia medicine mittit qđ eius nō est: ⁊ errabit qꝛ se aliquid đclarasse existi
mabit cū nihil declarauerit. ⁋ Eius vero de quo medicus formare dꝫ
qd sit: ⁊ vtrū sit vel nō sit cuius esse nō est manifestū credere hec est sum
ma. ⁋ Elemēta an sint: ⁊ quot sint: ⁊ q̄uo sint: ⁊ que sint. Et cōplexiones
que sint: ⁊ quot sint. Et humores an sint: ⁊ quot sint: ⁊ q̄uo sint. Et virtu
tes vtrū sint: ⁊ quot sint. Et spūs vtrū sint: ⁊ quot sint: ⁊ vbi. Et queqꝫ
mutatio habet dispositioneꝫ ⁊ eius mora habet causam. Et cause quot
sint. Membra autē ⁊ eoꝝ iuuamēta sensu ⁊ anatomia discernere debꝫ.
⁋ Ea aūt de quibus formādo ratiocinari dꝫ sunt egritudines ⁊ earum
cause particulares ⁊ earuꝫ signa ⁊ qualiter egritudo remoueat ⁊ sani,
tas cōseruet. Et cuiuscūqꝫ eaꝝ esse occultū fuerit ad aliud declarandū
demōstrationē afferre dꝫ ipsuꝫ diuidendo numerando ⁊ complendo.
⁋ Galienus naqꝫ cū demoustratiuā argumētationē super diuisionem
primaꝫ facere aggressus est nō dꝫ aggredi inq̄ptū est medicus sed inq̄p
tū est philosophus. ⁋ In sciētia eniꝫ naturali dꝫ loqui sicut alphachi:
qui cū affirmare aggressus fuerit ꝙ cōmunitatē sequi debēt nō dꝫ lo,
qui de hoc inquātū est alphachi: sed inq̄ptū ipse est mutachelin. Me,
dicus eniꝫ inq̄ptū est medicus: ⁊ alphāchi inq̄ptū est alphachi: non pōt
de hoc rōcinari. Qđ si nō: pueniemus ad circuitionē.

¶ Doctrina. ij. de elemētis cuius est vnum capitulum.

Elementa sunt corpora ⁊ sunt ptes primi corporis humani ⁊ alio,
ruꝫ que in corpora diuersaꝝ formaꝝ diuidi minime pn̄t ex quoꝝ
cōmixtione species diuerse generatoꝝ fiunt. ⁋ Medicus aūt physico
credere dꝫ ꝙ sunt quattuor ⁊ nō plura: quoꝝ duo sunt leuia: ⁊ duo gra
uia. Leuia sunt ignis ⁊ aer. Grauia terra ⁊ aqua. ⁋ Terra est corp⁹ sim
plex cuius locus naturalis in medio totius existit in quo naturaliter
manet quieta ⁊ ad ipsum cū ab eo separata fuerit naturaliter mouetur
⁊ hec quidē eius naturalis grauitas existit. Cuius quidē natura frigi,

da est ⁊ sicca: Ipsa enim talis existit q̄ si dimissa fuerit: neq̄ altera res extrinseca eā cōuerterit appebit ex ea frigiditas sensibilis ⁊ siccitas. Ei⁹ vero esse in generatis iuuamētū p̄stat ad retētionē faciēdā ⁊ fixionem ⁊ ad cōseruādas figuras ⁊ formas. ¶ Aqua autē est corpus simplex cuius naturalis locus est: vt sit circūdans terrā ⁊ circūdata ab aere cum in suis sitib⁹ naturalibus pmāserit. Et hec quidē est eius grauitas cōparatiua q̄ frigida est ⁊ humida. s. ei⁹ natura talis existit. q̄ si dimissa fuerit sicut est: neq̄ vlla causa extrinseca ei cōtraria fuerit apparebit ex ea frigiditas sensibilis: ⁊ dispositio que est humiditas. Et ipsa quidem est eius generatio in creatione sua que reddit eā aptā ad spargendum: ⁊ extendendū pro qualibet re q̄uis sit pauca. Et recipit oēm figurā q̄ est sed nō retinet. Cuius esse in generatis iuuamentū prestat ad figurādas formas quas in suis diuisionibus aliqui figurare volunt: ⁊ ad figurandū: ⁊ ad lineandū ⁊ temperādū. Humidū enim licet cito formas figurales amittat: cito tamē eas recipit. Sicut siccū lz eas duriter suscipiat duriter tamen retinet eas. Cumq̄ humidum ⁊ siccum se adinuicē temperauerint: adipiscet siccum ab humido vt cito suscipiat tensionem: ⁊ facile figurari possit. Et acquiret humidum a sicco vt retineat firmiter qđ in eo accidit ex rectificatione ⁊ equatione. Et propter humidū prohibetur siccum a sua separatione. Et propter siccum prohibetur humidum a sua fluxibilitate. ¶ Aer autem est corpus simplex cuius naturalis locus est vt sit super aquam ⁊ sub igne. hec enim est eius leuitas cōparatiua. Ipsius enim natura calida est ⁊ humida s̄m regulam quam diximus. Cuius quidē esse in generatis iuuat vt ratificentur: ⁊ alleuientur: ⁊ subtilientur: ⁊ ad superiora eleuentur. ¶ Ignis vero est corpus simplex cuius naturalis locus super omnes elementarias existit partes: qui est concaua celi superficies: ipse nāq̄ ad celū peruenit. Et hec quidem est eius leuitas absoluta. Cuius natura calida est ⁊ sicca. Et eius esse in generatis prestat iuuamentum vt maturet: ⁊ subtiliet: ⁊ pmisceat: ⁊ vt eius penetratione currat per ea substātia aerea: ⁊ vt duorum elementorum grauium frigidorum purām frigiditatem frangat: ⁊ vt de elementaria proprietate ad complexionalitatem redeāt. ¶ Duo autem grauia plus iuuant ad membrorum generationē ⁊ eorum quietem. Et duo leuia plus iuuant ad generationem spirituū ⁊ motionē eorum: ⁊ ad mouēda membra: licet motor nō sit nisi anima. ¶ Hec sunt elementa.

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Capi. i.

vero qualitate agens eſt illud qđ calefieri ſolet cū eſt in corpore homīs:
aut infrigidari: ⁊ calefacit caliditate ſua: aut frigefacit ſua frigita-
te: ita ꝙ nō ei aſſimilat. Et ſui quidē operans materia eſt illud qđ a ſui
ꝯuertit natura: ⁊ recipit formā alicuiꝰ diuiſionis mēbroꝝ humanorū.
Sʒ eius materia lʒ formā illā recipiat: eſt tñ cū accidit vt aliqua ſuaꝝ
qualitatū quas habebat que ſuo mō fortior exiſtit ꝙ̄ humani corporis
qualitas in ipſa remanere eā faciat a ꝑncipio rei: donec cōpleat coagu
latio ⁊ aſſimilatio: ſicut ſanguis q generat ex lactucis: qm̄ i ipſo ē plus
frigiditatis ꝙ̄ ſit in cōplone hoīs lʒ ſit factꝰ ſanguis ⁊ ſit bonꝰ ad hoc
vt mēbri hoīs pars fiat: ⁊ ſanguis qui ex aliis generat huic exiſtit ꝯtra-
rius. ¶ Sui vō ſbā operās ē forma ſui ſpecifica agēs ⁊ eſt illa qua ipm̄
eſt id qđ eſt: ⁊ nō qualitate ſui: ꝑter ꝙ corpi ſile fiat: aut fiat ſile ei corpꝰ.
¶ Cūqʒ dico qualitatē: vnā quattuor q̄litatū itelligo. ¶ Qualitate igi
tur ſua opantis mā in opere ingreſſuʒ nō hʒ. ¶ Sua igit opans mā ē
illud cuius mā cuʒ de ſbā quā habebat alterat alteratōe quā in ea fecit
virtus que eſt in corpore reſtaurat illud qđ ex eo fuit diſſolutū primo ⁊
accendit calorē innatū ꝓpterea ꝙ in ſanguine facit augmētū ſcđo. Et
eſt ēt cū operat ſuis qualitatibꝰ que remāſerūt in ipſo tertio. ¶ Et ſua
quidē operās ſbā ē illud qđ forma ſue ſpēi operat quā acqſiuit poſt cō-
plexionē: ꝙ cū eius ſimplicia ſe ꝯmiſcuerūt: ⁊ ex eis gn̄ata fuit res vna
ꝑparauit ſe ad recipien̄. ſpēm ⁊ formā additā ſup illud qđ hn̄t ſimpli-
cia. Hec ergo forma nō eſt q̄litates ꝑme quas hʒ mā: nec cōplo que ex
eis generat ſʒ ē ꝑfectio quā acqſiuit mā ſʒ aptitudinē que fuit ei acqſi-
ta ex cōplexione: ſicut in magnete virtus attractiua. Et ſicut nā cuiuſ-
qʒ ſpecieꝝ vegetabiliū ⁊ animaliū. ſ. illa quā hn̄t poſt cōplonez ꝓpter
cōplexionis ꝑparatōeʒ: ⁊ neqʒ eſt de ſimplicibꝰ cōplexionibꝰ: neqʒ ipſa-
met cōplexio: q: nō eſt caliditas: neqʒ frigiditas: neqʒ ſiccitas: neqʒ hu-
miditas: neqʒ ſimplices: neqʒ cōmixte: ſed eſt v̄bigratia color: aut odor:
aut anima: aut alia forma de nō ꝑceptis ſenſu. Et iſtius forme que ge-
nerat ex materia qn̄qʒ eſt ꝑfectio paſſio alicuius: cuʒ hec forma eſt vir-
tus paſſiua. Et quandoqʒ eſt earū perfectio facere ⁊ nō aliud. Et eſt cū
hec forma eſt virtus agendi ⁊ non aliud. Sed cuʒ eſt agens ⁊ nō aliud
quandoqʒ eſt eius actio in corpore hominis ⁊ quandoqʒ non. Et eius
quidem forme que poſt complexionem prouenit: aliquando accidit vt
ſit perfectio paſſio ab alio cuʒ fuerit hec forma virtus paſſiua. Et quā-
doqʒ accidit vt ſit perfectio eius in aliud actio. Et quandoqʒ accidit
vt ſit hec forma virtus ſuper operationem in aliud. Et quandoqʒ eue-
nit vt ſit hec forma adiuuans ſuper operationē in aliud. Sed cum fue
rit operatrix in alio aliquando euenit vt ſit eius operatio in corpore
hominis: aliquando non. Et ſi eſt virtus in corpore hominis agens:
aliquando efficit operationem conuenientem corpori: quandoqʒ ope
rationem non conuenientem. Tota autem operatio hec non proue

nit ex eius ꝯplexione: immo ex eius forma specifica aduenīēte post cō
plexionem. Unde ꝓpter hoc vacanꝰ hmōi operationē a tota substātia
scilꝫ forma specifica: ⁊ non qualitate. s. nō aliqua quattuor qualitatuꝫ:
neqꝫ eo qḋ est eaꝝ cōmixtio. Cōueniēs vero est sicut peonie opatio que
destruit epilepsiam. Non cōueniens aūt sicut virtus napelli que hōis
corrūpit substantiā. ¶ Rediemus ergo nunc ⁊ dicemus q: cum dicis ꝙ
res que comeditur: aut qua fit inūctio est calida aut frigida: volumus
dicere ꝙ est sic in potētia ⁊ nō in effectu. Et volumus dicere ꝙ ē in po
tentia plus calida q̄ꝫ corpora nostra: aut plus frigida q̄ꝫ corpa nostra.
Et cum hanc potentiā dicimus volumus dicere virtutē ꝯsideratā per
operationē caloris quā nostra corpora in ea efficiunt: qm̄ cuꝫ eius por
titor a calore innato qui ē in nobis patieṫ: accidet in ea tūc illud in effe
ctu. Est etiā cuꝫ hanc potentiā dicimus ⁊ volumus rem aliam dicere.
Et est vt sit potētia cum intentōe bonitatis aptitudinis: sicut cuꝫ dici-
mus ꝙ sulfur est calidū in potētia. Et est cuꝫ dicimus ꝙ res calida: aut
frigida: ⁊ attendimus illud qḋ in eius cōplexione ex quattuor elemen-
tis primis est magis superans: ⁊ non ꝯsideramus opationē quā in no-
stris efficit corporibus. Est ēt cum de medicina dicimus ꝙ est in poten-
tia sic cum fuerit eius potētia in intentōe habitus sicut potētia scribe
qui iam dimisit scribēdi opationē: ⁊ tn̄ hꝫ in scribēdo potentiā quēad-
modum dicimus ꝙ napellus in potētia est corrūpens. Inter hoc vero
⁊ primā existit dr̄a: q: prima nisi postq̄ꝫ corpus cōuersione manifesta ea
couerterit nō exeūt ad effectū: istud aūt aut operaṫ ipsamet obuiatiōe:
sicut venenū viperaꝝ: aut per qualibet ꝯuersionē in sui qualitate sicut
napellus. Et inter potētias qdē primas: etiā inter potentiā primā quā
noīamus est aliqua potētia media que est sicut potētia medicinaꝝ ve-
nenosaꝝ. ¶ Preterea dicemus ꝙ medicinaꝝ gradus iam quattuor po
siti sunt. ¶ Et gradus qdem coꝝ primus est illud qḋ cum cōediṫ ⁊ bi-
bitur ⁊ quo fit inūctio efficit in corpore sua qualitate operationem nō
perceptā: sicut cū calefit aut infrigidat: ⁊ nō pcipiṫ neqꝫ sentitur calor
aut frigditas: nisi postq̄ꝫ reiteratū fuerit: ⁊ multū factū fuerit. ¶ Et gra
dus secūdus est vt sit opatio fortior ista: sꝫ tn̄ nō ꝓuenit ad impediēdū
operatōes manifeste: neqꝫ cursuꝫ eaꝝ naturalē mutat: nisi per accidēs
aut cum multotiēs aduenit ⁊ est multū. ¶ Et tertius qdem gradus est
vt ex operatōe eius essentialiter ꝓueniat impedimentū manifestū: sed
nōdumtamē ꝓuenit ad mordificandū ⁊ corrūpenduꝫ. ¶ Et quartus est
gradus vt illud ad mordificandū ꝓuenit ⁊ corrūpendū. Et est quidem
proprietas medicinaꝝ venenosaꝝ: hoc est illud qḋ existit ꝑ qualitatē.
Cum tota vero sui substātia mortificās ē venenū. ¶ Dicemus autē de-
nuo qḋ totū illud qḋ corpori aduēit qḋ est ex eis inter que currit agere
⁊ pati: aut mutaṫ a corpore ⁊ nō mutat ipsum: aut mutatur a corpore ⁊
mutat ipsuꝫ: aut nō mutaṫ a corpore ⁊ mutat ipsuꝫ. ¶ Quod vero mu
tatur a corpore ⁊ nō mutat corpus mutatione de qua sit curandū: aut
cōuertiṫ in similitudinē corporis: aut nō ꝯuertiṫ. Illud aūt qḋ in eius

cōuertit͛ similitudinē:nutrimentū est absolute. Et illud qđ non in eius cōuertit͛ similitudinē est medicina temperata. ¶ Quod vero a corpore mutat͛ ꝛ ipsum mutat:nō ē possibile qn:aut si cum mutat͛ a corpore mutet corpus ꝛ post corpus mutet ipsuꝫ ad vltimū ꝛ destruat͛ eius mutatio: aut nō fit ita sed ipsuꝫ mutet corpus ad vltimū ꝛ destruat ipsum. Et prima qdem diuisio:aut cōuertit͛ in similitudinē corporis:aut non cōuertit͛ in similitudinē corporis. Si in corporis ꝯuertit͛ similitudineꝫ erit medicinale nutrimētum. Et si in corporis nō ꝯuertit͛ similitudinē erit medicina absolute. Secunda aūt diuisio erit medicina venenosa. ¶ Illud vero qđ a corpore nullo mō mutat͛ ꝛ ipsum mutat est venenuꝫ absolute. Cum aūt nos dicimus ꝙ a corpore nostro nō mutat͛:nolum⁹ dicere ꝙ nō calefiat in corpore per operationem innati caloris in ipso: imo plurimū venenoꝝ nō operat͛ in corpore nisi calefiat per operatōeꝫ caloris innati qui est in ipso. Sed volumus dicere ꝙ nō mutat͛ in sui forma naturali:imo nec cessat ab eo operatōe eius vitute ꝛ forma manentibus donec corpus corrūpat. Et est qdem cum eius natura est calida:ꝛ adiuuat tunc suā ꝓprietatē natura eius ad resoluendū spiritum: sicut venenū viperaꝝ ꝛ napelli. Et est cū natura eius est frigida:ꝛ adiuuat suā ꝓprietatē natura eius ad ꝯgelandū spūm ꝛ debilitādū:sicut venenū scorpionis ꝛ iusquiami. Totum vero illud qđ nutrit in fine rei naturali motione corpus mutat. Et est calefacere:qm̄ cuꝫ in sanguine cōuertit͛ ꝓculdubio in calefaciendo augmentū prebet:ita vt lactuce ꝛ cucurbite taliter calefaciāt qualiter istud calefacere existit. Cum vero calefacere dicimus nolumus calefacere istō sed illud qđ ex qualitate rei ꝓuenit eius remanente spē. Et medicina qdem nutriens a corpore per sui mutat͛ substantiā:ꝛ mutat͛ ab ipso per sui qualitatē: sed prima mutat͛ in sui qualitate. Et alia qdem mutat͛ primo in caliditate ꝛ calefacit sicut allea. Et est alia que mutat͛ primo in frigiditate ꝛ infrigidat sicut lactuca. Cūqꝫ eius ꝯuersio in sanguinē cōplet͛ plurimū opatōnis eius est calefacere ꝓpterea ꝙ in sanguine augmētū efficit. Quomodo enim nō calefacit cū iam facta sit calida ꝛ sua frigiditate se expoliauerit. Sed vnicuiqꝫ eaꝝ etiā aliqd innate qualitatis associat͛ post conuersionē in substātia qm̄ in sanguine q generat͛ ex lactucis aliq̄ remanet infrigidatio. Et in sanguine qui generat͛ ex alleis aliq̄ remanet calefactio:sed ex hoc vsqꝫ ad tēpus. ¶ Medicinaꝝ p̄terea nutrimentuꝫ: alia est que medicationi magis existit ꝓpinqua:alia est que nutrimēto est vicinior. Queādmodū ipsoꝝ nutrientiū alia sunt quoꝝ natura vicinior ē substātie sanguinis:sicut vinū ꝛ ouoꝝ vitelli ꝛ aqua carnis. Alia sunt que parūper sunt lōginquiora:sicut panis ꝛ caro. Et alia sunt que sunt valde longinqua:sicut nutriētia medicialia. ¶ Amplius dicem⁹ ꝙ nutriēs mutat corporis dispōnem qualitate sui ꝛ quātitate. Qualr vero qualitate sui mutet iam sciuisti. Quātitate aūt qm̄ aut augmētabit ꝛ ꝓuenit ex eo ad fastidiū ꝛ oppilatōes ꝛ postea ad putrefactioneꝫ: aut minuet ꝛ ꝓueniet ex eo ad pthisim. Sed augmentuꝫ in q̄titate ex

nutriēte semꝑ est infrigidās: nisi ꝓueniat ex eo putredo ⁊ calefactio q̄ calefacit. sicut eniꝫ putredo nō accidit nisi pp calorem extraneū: ita pp ipsam ēt calor accidit extraneus. ¶ Dicemus ēt ꝙ nutriēs: aliud ē subtile: aliud ē spissuꝫ: aliud est tēperatū. Et subtile qdē ē illud ex quo sanguis generat subtilis. Et spissuꝫ ex quo sanguis generat grossus. Uniuscuiusq₃ aūt harꝫ diuisionū: aut ē eius nutrimentū multū: aut ē paucū. Exēpluꝫ subtilis ⁊ multi nutrimēti ē aqua carnis ⁊ vinū ⁊ oua sorbilia calefacta aut tremētia. Ista eniꝫ multi existunt nutrimēti qm̄ plīm substātie ipsoꝝ in nutrimentū ꝯuertit. Exēpluꝫ spissi ⁊ pauci nutrimēti est caseus ⁊ caro salita ⁊ melongia ⁊ his siĺia. Res eniꝫ que ex eis in sanguinē ꝯuertit ē pauca. Exēpluꝫ subtilis ⁊ pauci nutrimēti ē iuleb ⁊ olera que in substātia sui tempata existunt ⁊ in sui qualitate: ⁊ ex fructibus maciana ⁊ mala granata ⁊ que eis similant. Exēplū spissi multi nutrimēti ē oua lixa ⁊ caro vaccina. ¶ Cuiuscūq₃ ēt harꝫ dictionum: alie sunt que sunt boni chimi: alie sunt q̄ sunt mali chimi. Exēplū subtilis multi nutrimēti ⁊ boni chimi: ouoꝝ vitelli ⁊ vinū ⁊ aq̄ carnis. Exēpluꝫ subtilis pauci nutrimēti boni chimi lactuce maciana ⁊ mala granata. Exēplū subtilis pauci nutrimēti ⁊ mali chimi: plino ⁊ caro anaguaid. Exēpluꝫ spissi multi nutrimēti boni chimi oua lixa ⁊ caro annualis agni. Exēpluꝫ spissi multi nutrimēti mali chimi caro vaccina ⁊ caro anatis ⁊ caro equa. Exēpluꝫ spissi pauci nutrimēti mali chimi caro salita. In hac aūt summa inuenies temperamentum.

¶ Sūma prima dictionis scđe de pulsu: cuius sunt. 19. capitula.

¶ De pulsu ⁊ est sermo vniuersalis. ¶ Capitulū. j.

Pulsus est motus receptaculoꝝ spūs ex dyastole ⁊ systole compositus ad regendū spūm p aerē attractū. ¶ Cōsideratio aūt vel sciētia que attendit in pulsu: aut ē vlis: aut pticularis ſ₃ vnāquāq₃ egritudinē. Et nos qdem hic de vlibus regulis sciētie pulsus loquamur. Et pticulares ad loquendū de egritudinib⁹ pticularibus in posteriorib⁹ reseruabimus. ¶ Dicemus ergo ꝙ qsq₃ pulsus ē cōpositus ex duobus motibus ⁊ duabus quietibus. Omnis nāq₃ pulsus ex dyastole ⁊ systole est cōpositus. Post hoc vero necesse est vt inter oēs duos ꝯtrarios motus qes interueniat. Impossibile ē nāq₃ vt motus vnus alij motui cōtinuet postq̄ spatio eoꝝ applicat termin⁹ ⁊ extremitas in effectu. Hoc tñ in sciētia nālī declarabit. Postq̄ igit hoc ita ē: impossibile est qn in vnoquoq₃ pulsu anteq̄ ali⁹ ꝯsequat quattuor interueniāt ptes scilicet mot⁹ duo: ⁊ quietes due. s. motus eleuatōis ⁊ qes inter ipsaꝫ ⁊ depssionē: ⁊ motus depressionis ⁊ qes inter ipsaꝫ ⁊ eleuationē. ¶ Depressionis vero mot⁹ apud plurimos medicoꝝ nullo mō sentit. Sed apud alios est cū aut in forti pulsu sua fortitudine sentit: aut in pulsu magno pp eleuationem sui: aut in duro ꝓpter multam sui refrenationem: aut in tardo ꝓpter longinquitatē tēporis sui motus. ¶ Gal. quoq₃ dixit: Cō

go tpe nō fui sollicitus ex depressione. Postea vero nō geui tangēdo
donec ex eo aliquid percepi ⁊ postea illud cōpleui. Nam postea porte
pulsus mihi aperte fuerunt. Qui vero ista studuerint vt ego percipiet
illud qđ consecutꝰ fui. Et licet sit ita vt dicit: in plurimis tamen di/
spositionibꝰ depressio nō est sensu percepta.

¶ Causa vero ob quam statutū fuerit tangere venas brachij est facili/
tas prebendi ipsum: ⁊ ꝙ homo non est sollicitꝰ vt ipsum discooperiat
⁊ rectitudo situs ipsius propter rectitudinem cordis ⁊ eius quod est
iuxta ipsum.

¶ Et oportet quidem vt sit tactus manu super latus existente. Qm̄ si
manꝰ super vola plante extendat in latitudine augmentū prebet ⁊ ex
eleuatione diminutionem facit ⁊ etiam diminuet ex longitudine: ⁊ p/
prie in macilentis. Et resupinata augmētat in eleuatōe ⁊ longitudine.

¶ Oportet preterea vt tactus fiat in hora qua ille cuiꝰ pulsus est sit ab
ira remotus ⁊ gaudio ⁊ exercitio ⁊ omnibus passionibus ⁊ saturitate
que grauedinē facit: ⁊ fame ⁊ dispositione relinquendi consuetudines
⁊ renouandi vsus.

¶ Et oportet etiam vt sit de pulsu experimentū temperati nobilis ita
vt alius ei comparetur.

¶ Amplius dicemꝰ ꝙ genera ex quibus medici pulsus dispositionē
cognoscunt secūdū ꝙ ipsi referunt sunt. 10. q̄uis eis fuerit necessariū
vt posuissent ea nouem. Genus quidem qđ est sumptū ex q̄titate dya/
stolis. Et genus qđ est sumptū ex qualitate percussionis vene in dig i/
tos. Et genus qđ est sumptum ex tempore cuiusq3 motionis. Et genus
qđ est sumptum ex essentia instrumenti. Et genus qđ est sumptū ex eiꝰ
euacuatione aut repletione. Et genus qđ est sumptum ex caliditate ta/
ctus ipsius aut frigiditate. Et genus qđ est sumptuz ex tēpore quietis.
Et genus qđ est sumptum ex pulsus equalitate aut diuersitate. Et ge/
nus qđ est sumptum ex eius ordinatione in diuersitate sui aut in ordi/
natione. Et genus est qđ est sumptum ex pondere.

¶ Genus vero q̄titatis pulsus significatur ex quātitatibꝰ suarum triū
diametrorū que sunt ipsius longitudo ⁊ latitudo ⁊ eius profunditas.
Sunt ergo in eo nouem pulsus dispositiones simplices ⁊ composite.
Et nouem quidem simpliecs sunt: longus curtus ⁊ mediocris: ⁊ latus
⁊ strictus ⁊ mediocris: ⁊ profundus apertus ⁊ mediocris. ¶ Longus
autem ille est cuius partes in longitudine plus sentiuntur q̄ natura/
lis absolute: qui est pro certo eius qui complexionem habet temperatā
aut naturalis qui est eius qui huic est propinquꝰ ⁊ est temperatus cui
est proprium. Et tu quidem iam prius sciuisti differentiam inter eos.
¶ Curtus vero est ei cōtrarius. ¶ Et inter eos est mediocris. Et tu qui/
dem iudicabis secundum hanc regulam in sex que remanserūt. ¶ Cō/
positarum vero ex his simplicibus: quedam sunt que nomen habent: ⁊
quedā que noīe carēt. ¶ Ille eniz q in longitudine ⁊ altitudine ⁊ lati/
tudine ē augmētatꝰ vocaī magnꝰ. Et q in his oībꝰ ē diminutus vocaī

paruus. Et qui inter eos existit tpatus.

¶ Qui vero in latitudine ⁊ altitudine est augmētatus vocat grossus. Et qui in eis est minutus dicit subtilis. Et qui est inter eos est equalis.

¶ Generis aūt qđ ex qualitate pcussionis vene in digitos sumptuz est tres sunt species. Fortis ⁊ ipse est qui apud diastolem tactui resistit. Et debilis qui est ei oppositus. Et equalis qui est inter eos.

¶ Generis quoqꝫ qđ ex tpe cuiusqꝫ motionis sumptū est tres sunt species. Velox ⁊ est qui motū in breui tempore complet. Et tardus ei contrarius. Et equalis inter eos existens.

¶ Generis vero qđ ex essentia instrī sumit tres sunt species. Mollis q est recipiens reditū ad interiora ⁊ cōpressionez facile. Et durus qui est ei contrarius. Et inter eos mediocris.

¶ Generis aūt qđ est sumptuz ex eo qđ ꝯtinetur tres sunt species. Plenus ⁊ ipse est qui sentitnr sicut si in eius foramine esset humor implens de quo sollicitanduz est vt pure euacuetur. Et vacuus est ei cōtrarius. Et inter eos mediocris.

¶ Et generis quidem qđ ex suo tactu sumptū est tres sunt. species. Calidus. Frigidus. Et temperatus.

¶ Generis vero qđ est sumptū ex tpe quietis species sunt tres. Frequēs ⁊ ipse est in quo tps sensatū qđ existit inter duas pcussiones est breue: q etiaz vocat ꝯñs ⁊ spissus. Et ei ꝯtrarius rarus: qui etiā dicit laxus ⁊ resolutus. Et inter eos mediocris. Et hoc quidē tēpus est sm qđ ex systole cognoscit. Si vero systole nullo modo cognita fuerit erit tēpus qđ inter oēs duas diastoles ꝯtinuat. Et si ipsa cognita fuerit erit sm duo tempora duorum extremorum.

¶ Genus vero qđ est sumptū ex equalitate ⁊ diuersitate est: aut equale: aut diuersuz scilꝫ inequale. Et hoc qdem est p cōparationē similitudinis aut dissimilitudinis pulsuū: aut partium vnius pulsus: aut vnius ptis pulsus in qnqꝫ rebꝰ: magnitudine ⁊ puitate: aut fortitudine ⁊ debilitate: ⁊ velocitate ⁊ tarditate: spissitudie aut raritate duritie: ⁊ mollitie: donec ꝯtingat ꝙ vnus pulsus ē postremus sue diastoles citius pp vehementē calorē: aut debilior pp debilitatē. Quod si volueris dilatabis sermonē ⁊ ꝯsiderabis in equalitate ⁊ diuersitate in tribus generibus p̄dictis alias ptes: sꝫ ꝯsiderationū fortitudo ad istas reducta est. Pulsus vero equalis absolute ē ille q in oībus ē equalis: q si in aliquo eoꝝ solo fuerit equalis: in eo solo dicet equalis: sicut si diceremꝰ equalē in virtute aut equalez in velocitate. Et silr diuersus est ille q nō ē equalis: aut absolute: aut in aliqua re.

¶ Genus autem qđ ex ordinatōe ⁊ inordinatōe sumptū est duas habet spēs: diuerse ordinatus: ⁊ diuerse inordinatus. Ordinatus autē est ille cuius diuersitas hꝫ ordinē ꝯseruatū sup quē trāsit. Et est sm duos modos. Aut ordinatus absolute: ⁊ est cū totū illud qđ ex eo ꝓuenit nō hꝫ nisi tm̄ diuersitatē vnā. Aut ordinatus q est ꝓprie: ⁊ ipse est q hꝫ duas diuersitates aut plures: sicut si ibi esset circulus ⁊ alius circulus ab eo

diuersus:sed ambo ad suū redirent ordinē sicut si esset vnus circulus. Et inordinat⁹ est q̄ ē ei ꝯtrarius. ¶ Cūq̄ꝫ certificaueris inuenies ꝙ hoc decimū gen⁹ ē:sicut e ēt noni generis spēs intrans sub inequali. ¶ Debes autē scire ꝙ in pulsu reperit natura musice: quoniā queadmodū ars musice cōplet per adiunctionē sonoꝝ ſm ꝓportionē cōmitantem eos inter acuitatem ꝛ grauitatē per circulos casuū ꝛ tpum qui sunt inter eorū ꝑcussiones:sic est dispositio pulsuꝫ: q: ꝓportio suorum temporum in velocitate ꝛ spissitudine ꝛ debilitate ꝛ in quātitate est sicut ꝓportio adiunctitionis eius. Et queadmodū tps feriēdi vel casus ꝛ quātitas sonoꝝ est cū sint cōueniētia:ꝛ est cum nō sunt cōueniētia:sic est cū ibi diuersitates sunt ordinate:ꝛ est cum sunt inordinate. Et proportio etiā dispositionū pulsus in fortitudine ꝛ debilitate ꝛ quātitate ē cum est ꝯueniens:ꝛ est cuꝫ non:imo diuersa est. ¶ Et hic quidē est egrediens a genere ꝯsiderandi ordinē. Gal. aūt v: id qd̄ pōt sentiri ex proportōalitatib⁹ pōderis ē ſm vnā ꝓportionē musicaꝝ noiataꝝ aut nō nominataꝝ. Noiataꝝ vero aut ſm ꝓportionē totius ꝛ q̄nq̄ꝫ est ꝓportio tripli cum est ꝓportio dupli adiuncta cū ꝓportione addentis medietatē: ꝛ ipsa est que dicit ꝓportio per quinq̄ꝫ. Et ſm ꝓportionē que est ꝑ totū ꝛ est dupla. Et ſm ꝓportionē que est ꝑ quinq̄ꝫ:ꝛ est addens medietatē. Et est ſm ꝓportionē q̄ est ꝑ quattuor:ꝛ est addens tertiā. Et ſm proportionē addentē quartā. Postea nō sentit. ¶ Et ego quidē miror quō ꝓportiones iste ꝑ tactū discerni possunt. Dico tñ ꝙ ei est facile q̄ in gradu tangendi cōsueuit:ꝛ ꝓportionat sonos ꝑ arteꝫ:postq̄ erit ei potentia cognoscēdi musicaꝫ acquisita: ꝛ comparabit factum per notum: homo etiā iste cum suaꝫ intentionē ad pulsum reduxerit:hmōi poterit discernere proportiones per sensum.

¶ Genus vero qd̄ ex pondere est sumptū est per cōparationē ꝓportōis quātitatuꝫ ꝓportionum quattuor tempoꝝ que sunt duobus motibus ꝛ duabus quietibus. Et si sensus totum hoc discernere nō pōt:tamen est per comparationē ꝓportionis quātitatū ꝓportionū tempoꝝ diastoles ad tempus qd̄ est inter duas diastoles:ꝛ ad vltimuꝫ tpis in quo est motus ad tempus in quo est quies. ¶ Qui autem ponunt in hoc capitulo cōpositionē tpis motus ad tps motus:ꝛ tpis q̄etis ad tps motus q̄etis: mittūt caplm̄ in caplo:lꝫ hmōi missio sit tollerabilis ꝛ nō sit icōueniēs ſꝫ tñ nō est bona. Et pōdus quidē est illud in quo ꝓportōes musice cadunt. Et dicemus ꝙ pulsus aut ē boni pōderis:aut mali pōderis. Et illius quidē qui est mali pōderis sunt tres spēs. Una est illius cui⁹ pondus est mutatū:ꝛ ē iuxta pōdus:ꝛ iste est cui⁹ pōdus ē pōdus etatis que est iuxta etatē illius cui⁹ est pulsus:sicut cū iuuenes hn̄t pōdus pulsuū pueroꝝ. Et altera est sepati pōderis:sicut cū pueri hn̄t pondus pulsus sen̄u. Et tertia est egrediēs a pōdere:ꝛ ille est cuius pōderi pulsus hominis non similatur. Et multa egressio pulsus a pondere magnam in dispositionibus significat mutationem.

¶ De pulsu equali ꝛ diuerso. Capitulum. 2.

Dicũt ꝙ diuersi pulsus diuersitas: aut est in multis pulsibus: aut in vno pulsu. ¶ Sed qui in vno pulsu diuersificatur: aut in multis diuersificaꝶ ꝑtibus. s. in locis sepatis in quibus cadũt digiti: aut in vna pte. s. in loco vnius digiti. Et illi⁹ qdẽ q in multis diuersis existit ꝑtibus est diuersus gradatus equaliter currẽs: ⁊ ipse quidem est qui ab vno incipit pulsu ⁊ ꝑmutatur ad maiorẽ eo aut ad minorem: ⁊ ꝓcedit sic ꝭm hanc regulã donec ꝑuenit ad finẽ in diminutiõe: aut in augmento per similẽ ordinẽ: deinde intersecaꝶ ⁊ ad primã magnitudinẽ redit: aut rediẽs ex ꝑuitate sua simili reditu in ambabus dispõnibus ad primam regulã: aut diuersificans postquã venerit a principio qđ est huius modi ad finẽ q est hmõi. Et est cũ ad finẽ ꝑuenit: ⁊ est cũ intersecaꝶ ãte ipsum: ⁊ est cũ addit supra ipm donec intersecaꝶ in medio cessando: ⁊ ẽ cum agit ab hoc diuersum: ⁊ illud est vt in medio sui iteruenIat mot⁹. ¶ Et pulsus qdẽ cessationẽ hñs est diuersus in quo expectaꝶ motus ⁊ venit quies. ¶ Et ille qui in sui medio hꝫ motũ est diuersus in quo expectaꝶ quies ⁊ vẽit mot⁹. ¶ Diuersitas võ pulsus in multis ꝑtib⁹ vni⁹ pulsus: aut est in situ suarum partiũ: aut in motu suaꝝ partiũ. Sed diuersitas q̃ est in situ suarũ partiũ est diuersitas ꝓportionis partiũ venȩ ad partes. Et qm̃ ꝑtes sunt sex: erit illud qđ i eis cadit ex diuersitate sitꝰ. ¶ Diuersitas aũt q̃ est in motu aut est in velocitate ⁊ tarditate: aut in cõsecutione ⁊ ꝑuentione. s. vt moueaꝶ pars eius ante horaꝫ sui mot⁹ aut post horam: aut in fortitudine ⁊ debilitate: aut in magnitudine ⁊ ꝑuitate. Et hoc totũ aut curret ꝭꝫ ordinẽ equalẽ: aut diuersuꝫ i augmẽto ⁊ diminutõe. Et illud qdem aut erit in duabus partib⁹ aut in trib⁹ aut in quattuor. s. in casu digitoꝝ. Et tu qdem cõponere poteris ⁊ ordinare. ¶ Ex diuersitate vero pulsus in vna parte est ille q est intersectus ⁊ redititiuus ⁊ cõtinuus. ¶ Intersect⁹ aũt est ille q in ꝑtẽ vnã cũ paruo motu sepaꝶ: ⁊ ꝑtis vni⁹ q̃ ex eo intersecaꝶ cũ qete est cũ duo extrema diuersificanꝶ in velocitate ⁊ tarditate ⁊ in similitudine. ¶ Redititiuus vero est vt pulsus magnus redeundo fiat ꝑuus in vna ꝑte: deinde in reditu subtili redit. Et huius qdẽ modi est ille cui⁹ quedã specierum in alias ingrediunꝶ. Et hoc est vt sit vnus pulsus sicut duo ꝑꝑ diuersitatẽ aut duo sicut vnus: propterea ꝙ alie in alias ingrediuntur. Et istud quidem est ꝭm sententiam eorum qui in hoc nõ conuenerunt. ¶ Continuus autem est ille cuius diuersitas est ordinata in continuitate non sensu ꝑcepta sepatiõe in eo ad qđ ipsa mutaꝶ ex velocitate ad tarditatem aut econtra: aut ad equalitatẽ aut inequalitatẽ in eis: aut ex magnitudine aut ꝑuitate: aut equalitate in eis ad aliqđ eoꝝ ad qđ mutaꝶ. Et hoc qdẽ est cũ ꝭm similitudinẽ sui ꝓcedit. Et est cũ accidit vt cũ continuatõe sua fit in aliqb⁹ suaꝝ partiũ plus diuersitatis ⁊ in aliis min⁹.

¶ De speciebus pulsus diuersi q̃ nomina habent ꝓpria. Cap. 3.

Ex eis est gazellãs q est diuersus in vna parte cũ fuerit tardatus: ⁊ deinde intersecatur ⁊ fit velox.

¶ Et ex eis est vndosus: ⁊ ipse qdem est q est diuersus in magnitudine

partiū vene ⁊ eaꝝ paruitate ⁊ eleuatōe ipsarū ad superiora ⁊ in latitu/
dine ⁊ in ꝯsecutōe ⁊ ꝑcessiōe in ꝑincipio motꝰ pulsus cū mollitie q̄ est
in ipsa. Et ipse qdem nō est valde paruꝰ: ⁊ hꝫ latitudinē quādam: ⁊ assi
milat vndis: quarū alie alias sequūtur ſm rectitudinē cū diuersitate q̄
est inter eas in eleuatione eaꝝ ad superiora: ⁊ descēsione ad inferiora ⁊
velocitate ⁊ tarditate.
¶ Et ex eis est verminculosus q est illis similis: ſꝫ est paruꝰ multe spissi
tudinis cuius spissitudo existimat velocitas sed non est.
¶ Et formicās q est valde minor ⁊ vehemētioris spissitudinis. Et ver/
micuiosi qdem ⁊ formicantis diuersitas in eleuatōe ad supiora ⁊ pre/
cessione ⁊ cōsecutione in sensu est manifestior ipsoꝝ diuersitate in lati/
tudine: imo quasi non apparet id.
¶ Et est ex eis serrinus qui vndoso in ptiuꝫ diuersitate silat: ⁊ in eleua
tione ad supiora ⁊ latitudine ⁊ ꝑcessione ⁊ consecutiōe: sed est durior: ⁊
cū duritie ipsius ptes in duritie diuerse exn̄t. Et serrinus qdē est pul/
sus velox spissus ⁊ durus: cuius ptes in magnitudine diastoles diuer/
se existunt in duritie ⁊ mollitie.
¶ Et ex eis est cauda soricina: ⁊ est ille q ordinat in diuersitate suaruꝫ
partiū ex diminutiōe ad augmentū: aut ex augmento ad diminutōeꝫ.
Et cauda qdē soricina ē cuꝫ ē in pulsibꝰ multis: ⁊ ē cū in vno pulsu in
ptibus multis: aut in parte vna: ⁊ eius diuersitas propria est illa que
ex magnitudine pendet: ⁊ ē cum ē in compatiōe velocitatis ad tardi/
tatē: aut fortitudinis ad debilitatem.
¶ Et ex eis est mesaliꝰ: ⁊ ipse est q ex diminutiōe ꝓcedit ad aliqueꝫ ter/
minū in augmēto: postea reclinat interiꝰ ad suū ordinē donec ad ꝑmū
terminū diminutōis ꝑueniat. Est ergo sicut due caude soricine q̄ conti/
nuant apud maiores eius extremitates.
¶ Et ex eis est bispulsans. Et in ipso qdeꝫ discordati sunt medici. Sūt
eniꝫ qdam q ipm vnū pulsuꝫ ponūt diuersuꝫ in ꝑcessiōe ⁊ ꝯsecutōe. Et
sunt aliȷ̄ q ponūt ipm duos pulsus quoꝝ vnū alterū ꝯsegtur ⁊ ad vlti/
mū inter eos nō existit tp̄s qd̄ dilatet ad colligēdū systolē deinde diasto
leꝫ. Nō eniꝫ oē ex quo ꝯsequūtur due pcussiones oꝫ vt sint duo pulsus.
Aliogn ille cuius intersecat diastoles ⁊ deinde redit esset duo pulsus.
Neqꝫ eiꝫ oꝫ vt sint duo pulsus nisi cū incipit ⁊ fit diastoles ⁊ postea re/
dit ad fundū faciēdo systolē deinde redit iterum ⁊ diastolem facit.
¶ Ex eis sunt getē hn̄s: ⁊ cadēs i medio quos ꝑdiximꝰ. Sꝫ dr̄ia inter
cadētē i medio ⁊ gazellātē ē ꝙ gazellātis scd̄a āte venit q̄ ꝯpleat pria:
ſꝫ in cadēte in medio ē pulsus q venit i tpe getis cū ꝯplet pcussio pria.
¶ Et ex istis qdem capitulis sunt pulsus spasmosus ⁊ tremulus ⁊ re/
tortus q filo qd̄ torquetur assimilat: ⁊ ē ex capitulo diuersitatis in pre/
cessione ⁊ consecutione ⁊ in situ ⁊ in latitudine.
¶ Et cordosus quidem est ex summa retorti ⁊ similatur tremulo: sed
tamen in tremulo diastoles est magis occulta: ⁊ similiter exitus ab
equalitate situs in eleuatione ad superiora est in retorto occultior. sed

tensio in cordoso est manifesta z est cum eius torsione ad vnam partem tantum. Plurimum vero tales accidũt quales isti.s.cordosus z retortus ad vnu latus declinans in egritudinibus siccis.

¶Pulsuum vero compositorum species quasi infinite sunt z neq habentes nomina.

¶De primo qui ex specieb' pulsus est naturalis. Capitulũ.4.

Cuiusq generũ pnoiatorũ in quo ẽ supfluitas augmẽti vel diminutiõis naturalis est equalis:nisi fortis quoniam naturalis in eo est augmentatus. Et si aliquod aliorũ generum augmentu prebuerit:nisi fortitudinis augmentũ sequens: z factũ fuerit maius. verbigrã. ipẽ erit naturalis pp fortẽ. Aliorũ vero generũ que neq augmẽtũ neq diminutionẽ tollerãt naturalis est mediocris: z ordinatus: z qui est ponderis.

¶De causis specierum pulsus predictarum. Capitulum.5.

Causarũ pulsus q daz sunt cões necessarie essentiales in cõstitutione pulsus igrediẽtes: z vocant cõtẽtiue. Et qdã sunt in cõstitutione pulsus nõ ingrediẽtes. Et harũ quidẽ alie sunt insepabiles quarũ pmutatione pmutat iudiciũ pulsus z vocant cãe isepabiles. Et alie sunt separabiles q vocant mutãtes absolute. ¶Cõtẽtiue võ cãe sunt tres. ¶Uirtus vitalis que est in corde mouẽs pulsu. Et tu quidẽ iam sciuisti eam in caplõ de virtutibus. ¶Et secũda est instrumẽtũ z est vene pulsatiles quas iam sciuisti cum numerauimus membra. ¶Et tertia est necessitas extinguendi z est aduenies p quãtitatẽ notã extinctõis que renouatur in termino caloris opposita in suo incendio aut extinctione aut equalitate sua. ¶Et harum quidẽ causarũ contentiuarũ opatiões mutant ẽm id qd adiungit eis ex cãis insepabilibus z mutantib' absolute.

¶De his que pueniunt ex causis contentiuis solũmodo. Cap.6.

Cum instrũ fuerit obediẽs sui lenitate z virtus fortis z necessitas ad extinguẽdũ vehemẽs erit pulsus magnus. Uerũtñ necessitas iuuantior his tribus est ad hoc.

¶Quod si virtus fuerit debilis:pulsus puitas eã pculdubio sequat. Et si cũ hoc instrumẽtũ fuerit durũ: z necessitas pauca erit minor. ¶Est ẽt cũ durities efficit puitatẽ: s tñ puitas cui' cã ẽ durities sepata puitate cuius causa est debilitas:per hoc q est durus z nõ debilis. Et breuitas eius z profunditas nõ sic est mala: sicut est cum est virtus debilis. ¶Pauca quoq necessitas paruitatem efficit:sed debilitas ibi non erit. ¶Et neq est aliqua harum trium que plus efficiat paruitatem q debilitas. ¶Et paruitas quidem duritiei cum virtute plus est q paruitas priuationis necessitatis cum virtute. Uirtus namq cum priuatione necessitatis non minuit multum ex equali quoniã a diastole phibentem nõ h. Et nõ declinat ad hoc vt nõ multu super temperamẽtu addat nisi ideo q non multam habet necessitatem.

¶Si vero necessitas multa fuerit z virtus fortis z instrumentũ inobediens propter suam duritiem magnitudini:nõ poterit esse quin fiat velox z velocitate restauret id quod deest ex magnitudine.

¶ Quod si virtus fuerit debilis ⁊ pulsus nō poterit magnificari ⁊ ve-
locitas in eo nō opata fuerit: nō poterit esse quin fiat spissus q2 spissitu-
dine restauret illud qꝺ ei defuerit ex magnitudie ⁊ velocitate: ⁊ multe
vices tenebūt locū vnꝰ vicis sufficiētis ⁊ magne aut duaꝝ velocium.
Et hoc quidē est sicut cū hōi necesse ē ferre rē pōderosā: quā si poterit
vna vice totā feret. Si vero nō: diuidet eā in duas ptes ⁊ festinabit. Et
si nō: in multas ptes ipsā distribuet ⁊ feret quāq3 partē quocūq3 mō
poterit cū spaciositate aut velocitate. Deinde nō cessabit inter quaslibet
duas oneraturas eius: l3 sit in eis tardatꝰ. Qꝺ si multe fuerit debilita-
tis stabit tūc ⁊ feret eā festine ⁊ redibit cū tarditate. ¶ Si aūt virtꝰ fue-
rit fortis ⁊ instr̄3 obediēs s3 necessitas erit maior fortitudie tēperata: vir
tꝰ augmētabit velocitatē cū magnitudie. Et si necessitas fuerit fortior:
erit cū magnitudine ⁊ velocitate spissitudo.

¶ Longitudinē quoq3 magnitudis cāe ꝓ certo efficiūt cu3 aliqd ꝓhi-
bēs amplitudine3 ꝓhibuerit ⁊ eleuatōe3 ad supiora nō ꝑmiserit fieri si-
cut durities instr̄i. verbigr̄a. q̄ amplitudinē ꝓhibet ⁊ densitas carnis ⁊
cutis q̄ sursu3 eleuari nō ꝑmittūt. S3 ē ēt cū in āplitudie addit macies.

¶ Et amplitudinē qdē efficit: aut venaꝝ vacuitas vt per ipsam tunica
superior super interiorem declinet ⁊ dilatet: aut multa instr̄i lenitas.

¶ Spissitudis aūt cā est debilitas aut multa necessitas aut caliditas.

¶ Et raritatis quidem causa est virtus que necessitatem in magnitudi
ne superat: aut frigidit as multa diminuta a necessitate: aut nimia in-
tensio virtutis: ⁊ aduētus perditioni proximus.

¶ Cause vero debilitatis pulsus ex mutationibus quide3 sunt: tediū
⁊ vigilie ⁊ euacuatio ⁊ macies ⁊ humor nociuus ⁊ exercitiu3 superfluū
⁊ humoru3 motus ⁊ ipsoꝝ obuiatio membris fortis sensus aut cordi vi
cinis ⁊ totū illud qꝺ vehementer resoluit.

¶ Et duritiei pulsus cause sunt siccitas corporis: vene: aut eius fortis
extensio: aut vehemens frigus congelans. Et etiā est cū pulsus in crisi
bus durescit ex fortitudine pugne ꝓpterea ꝙ mēbra ꝑ ipsa3 extēdunt
ad partem impulsionis nature.

¶ Lenitatis vero cause sūt: cause naturales mollificātes sicut nutriēs:
⁊ egritudinales mollificantes sicut hydropisis ⁊ lethargia: aut ea que
neq3 sunt nālia neq3 egritudinalia sicut balneatio.

¶ Et diuersitatis quidē cā cū ꝑseuerātia virtutis est grauitas materiei
cibi aut humoris: ⁊ cū debilitate virtutis ē pugna cāe ⁊ egritudinis. Ex
causis quoq3 diuersitatis est replo venaꝝ ex sanguie: s3 qꝺ huic est sile
remouet minutio. Et plurimū quidē fit diuersitas cū sanguis est visco
sus suffocans spiritū qui mouet in arterijs ⁊ proprie cū densitas fue-
rit circa cor. Ex causis preterea ipsius que ea3 in breui efficiunt tempo
re sunt stomachi repletio ⁊ tristitia ⁊ cogitatio in aliquo: sed cu3 in sto
macho malus fuerit humor non cessabit diuersitas: ⁊ forsitan ex eo ꝑ-
ueniet tremor cordis ⁊ fiet pulsus tremulus.

¶ Et serrini quidem pulsus causa diuersitas eius quod in corpore ve-

ne ē fusū i putrefactō. sui: aut ipsi⁹ cruditate: aut sui maturatōe: aut dīuersitas dispōnū venaꝝ i duritie sua ꝛ mollitie: aut apā i mēbris neruosis.
¶ Bispulsantis vero cā est virtutis fortitudo: ꝛ plurima necessitas: ꝛ durities instrī quare nō obedit ei ꝙ virtutes ipsi ꝑcipiūt de dyastole in vna vice: sicut cū qs vult vna ꝑcussiōe aliqd icidere ꝛ nō obedit ei adiuuat ab alia ꝛ ꝑcipue cū necessitas subito augmentat.
¶ Soricini vero pulsus causa qūqꝫ est virtus debilis que de labore ad quietē ordinate ꝓcedit ꝛ de qete ad laborē: sꝫ ille qui in vna ꝑmanet dispōne plus est virtutis dbilitatē significās. Et cauda quidē soricina ꝛ q eis silis existit ē: plus significās fortitudinē aliqꝫ: ꝛ ꝙ debilitas ē in fine. Sꝫ eis deterior ē cauda finitiua. Deiñ māsiua. Postea cauda reditiua.
¶ Cadētis aūt in medio cā est virtutis lassitudo ꝛ eius defect⁹: aut accidens subito veniens ad quod anima ꝛ natura subito redeunt.
¶ Et spasmosi quidem pulsus causa sunt motus non naturales in virtute aut malitia in essentia instrumenti.
¶ Pulsus autem tremulus procedit ex fortitudine ꝛ instrumēto duro ꝛ necessitate forti. Sine istis enim non prouenit tremor.
¶ Undosi autem est cum eius causa existit virtutis debilitas ſm plurimum ꝛ non potest fieri dyastoles nisi paulatim ꝛ paulatim. Et est etiā cū instrumēti lenitas eius cā existit: lꝫ virtus non sit valde debilis. Instrumētuꝫ nāqꝫ molle ꝛ humidū ꝯcussionē ꝛ motū nō recipit q̄ in vnāquāqꝫ penetret ꝑteꝫ queādmodū siccū qđ est duꝝ recipit qm̄ siccitas cōcussioni est apta ꝛ tremori.
¶ Et duri quidē sicci finis sui principij motu mouet. Mollis vero humidi ꝑtē possibile ē moueri: ꝛ aliā ꝑtē motu ipsi⁹ nō pati ꝓpterea ꝙ cito recipit separationem ꝛ flexionem ꝛ diuersitatem in figura.
¶ Et vermiculosi quideꝫ pulsus ꝛ formicātis cā est fortis debilitas ita vt tarditas ꝛ spissitudo ꝛ diuersitas in partib⁹ pulsus ꝯiūgant: qm̄ virtus instrumētū in vna hora dilatare nō valet sꝫ paulatim ꝛ paulatim.
¶ Causa aūt pulsus mali pōderis. Si pulsus quidē fuerit in dispōnibus tpis quietis est augmētū necessitatis. Et si in dispōnibus temporis mot⁹ fuerit est augmētū debilitatis aut necessitatis priuatio. Sꝫ pulsus tpis motus ꝑꝑ velocitatē dyastoles alius est ab hoc.
¶ Et cause quidem pleni ꝛ vacui ꝛ calidi ꝛ frigidi sursum ꝛ submersi inferius manifeste sunt.

¶ De pulsibus etatum ꝛ masculoꝝ ꝛ feminaꝝ. Capitulum. 7.

Masculoꝝ pulsus maiores sunt ꝛ fortiores valde: ꝑꝑ vehemētiam virtutū eoꝝ ꝛ necessitatis ipsoꝝ: ꝛ ꝓpterea ꝙ eoꝝ necessitas magnitudine ꝯplet. Et ē eoꝝ pulsus tardior pulsu mulieꝝ ꝛ rarior ſꝫ plurimū. ⁊ Et oīs quidē pulsus in quo ꝑseuerat virtus ꝛ ē spissus opꝫ procul dubio ꝙ sit velox. Est eiꝫ cū añ ē velocitas q̄ꝫ spissitudo: ꝑꝑ hoc igit sicut pulsus masculoꝝ est tardior ita est rarior.
¶ Pueroꝝ vero pulsus lenior ꝑꝑ humiditatē ꝛ est dbilior ꝛ spissior qm̄ calor est fortis: sꝫ virtus nō est fortis eo ꝙ nōdū sunt completi. Puero-

ruz vero pulsus ɔparatōe quātitatis corpis eoꝝ est magnus: qm̄ eoruz instrm̄ est valde molle: ⁊ ipsoꝝ necessitas ē valde fortis: ⁊ eoꝝ virtus cō paratione paruitatis corporis ipsorum non est parue quantitatis. Uerumtamē eorum pulsus comparatione pulsus completorum est nō magnus: sed est velocior ⁊ spissior propter necessitatez. In pueris nāqꝫ multiplicat̄ vaporis fumosi collectio propter multam digestionem eorum ⁊ frequentiam eius in eis. Et propter hoc valde est necesse ipsuz extrahere ⁊ calorem ipsorum innatum euentare.

¶ Iuuenum vero pulsus est multe magnitudinis: ⁊ non est multe velocitatis: imo in ipsis est valde diminutus ⁊ in spissitudine ⁊ ad raritatez tendens. Et illorum quidem pulsus qui in principio iuuētutis existūt est maior. Et eorum que sunt in medio iuuētutis est fortior. Et nos quidem iam declarauimus ꝙ calor in pueris ⁊ iuuenibus fere est similis: ergo necessitas in eis erit propinqua. sed virtus in iuuenibꝰ est augmētata. Habebit̄ ergo ex magnitudine ꝙ in ipsis restaurat qđ defuerit ex velocitate ⁊ spissitudine. Et principium quidem rei vnde prouenit magnitudo est virtꝰ. Sꝫ necessitas ē appetēs. Et instrm̄ qdē ē adiuuās.

¶ Senum autem pulsus est minor propter debilitatem. Et minoris velocitatis pp hoc etiā ⁊ pp diminutionē necessitatis. Et pp hoc ē rarior.

¶ Et pulsus quidē senū qui iaꝫ pcesserūt in ānos est puus ⁊ rarus ⁊ tardus. Et est cū est mollis pp humores extraneos ⁊ nō pp naturales.

¶ De pulsu complexionum. Capitulum. 8.

Pulsus calide cōplexionis vehemētis est necessitatis. Quod si virtus cōuenerit ⁊ instrumentū: erit pulsus magnus. Si ergo vnum diuersificabit̄: erit quēadmoduꝫ dictum est in precedentibus. Et si caliditas quidem non male fuerit complexionis: imo naturalis: erit complexio fortis ⁊ sana ⁊ virtꝰ multū fortis. Et neqꝫ existimes ꝙ calor innatus si fuerit fortis quātūcūqꝫ sit minuat ex virtute: imo ex eo prouenit in substantia spūs fortitudo: ⁊ in anima audacia. Calor vero complexionis malitiam sequens quanto plus augmentatus fuerit tāto in virtute plus debilitatem augmentabit.

¶ Cōplexio vō frigida declinat pulsus ad ptē diminutōis: sicut ꝓprie est puitas: ⁊ ꝓpe tarditas: ⁊ raritas. ⁊ Cūqꝫ instrꝫ fuerit molle latitudo eiꝰ augmētata erit ⁊ eiꝰ silr̄ tarditas ⁊ raritas. ⁊ Qđ si duruꝫ fuerit erit minus hoc. ⁊ Et debilitas quidem quam mala complexio frigida hereditare facit maior est ea ꝙ̄ mala cōplexio calida facit hereditare qm̄ caliditas. s. calori innato magis est conueniens.

¶ Cōplexionem vero humidam sequit̄ inundatio ⁊ dilatatio. Et sicca quidem sequit̄ coāgustatio ⁊ durities.

¶ Ampliꝰ si virtꝰ fuerit fortis ⁊ necessitas multa accidet bispulsans ⁊ spasmosus ⁊ tremulus. Tu vō deinceps ɔpone cōseruando principia.

¶ Est ꝑterea cū vni homini accidit vt duorum laterum ipsius diuersificet̄ cōplexio. Erit ergo vnū ipsoꝝ frigidū ⁊ alterū calidū. Et accidet vt diuersitate q̄ ꝓuenit ex calitate ⁊ frigiditae hoꝝ duoꝝ lateꝝ pulsus di-

uersi fiant. Eritq; pulsus calidi lateris pulsus calide cõplexionis. Et lateris frigidi pulsus complexionis frigide. Et ex hoc quidez scitur q pulsus in diastole ℞ sua ℞ sistole non est ꝯm modum accessionis ℞ recessionis cordis: immo ꝯm modũ diastoles ℞ sistoles ipsiꝰ corporis arterie:

¶ De pulsu tempoꝝ. Capitulum. 9.

In vere quidem est cum pulsus est paruus: non tamẽ in omni re: ℞ est in fortitudine augmentatus.

¶ In estate vero est velox ℞ spissus ꝑpter necessitatez. Et paruus ℞ debilis ꝑpter virtutis resolutiõem que est ꝑpter resolutionẽ spũs que fit ꝑpter calorem exteriorẽ dominantez superfluum.

¶ Et in hyeme est maioris raritatis ℞ tardioris debilitatis: ℞ cũ hoc est paruus: qm̃ virtus debilitaꝛ. ℞ in quibusdam corporibus accidit vt calor in ꝓfundo teneaꝛ ℞ adunetur ℞ virtus fortior fiat. ℞ hoc cum cõplexio calida est dominans ℞ refrenans frigus ℞ non per ipsum neq; patiens neq; frigiditas ad fundu3 vadit.

¶ In autũno aũt est pulsus diuersus ℞ trahit ad debilitatem quãdaz. Sed ipsius diuersitas est ꝑpter multitudinẽ cõuersionis cõplexionis accidẽtalis in autũno nunc ad calorẽ nunc ad frigiditatẽ. Et ipsius quidem debilitas est etiam ꝑpter hoc. Complexio eni3 diuersa semper deterius efficit nocumentũ q̃ similis ℞ equalis l3 sit mala. Et q: autũnus est tp̃s nãe vite ꝯtrariũ qm̃ calor in eodẽ debilitaꝛ ℞ siccitas fit fortior.

¶ Temporum vero pulsus que sunt inter tempora temporibus ꝓportionantur que sunt circa ipsa.

¶ De pulsu regionum. Capitulum. 10.

Regionũ quedaz sunt tẽperate vernales: ℞ quedaz sunt calide estiue: ℞ quedã sunt frigide hyemales: ℞ quedã sicce autũnales. Iudicia igitur pulsuũ erũt in eis ꝯm modũ quẽ sciuisti de pulsu tempoꝝ.

¶ De pulsu qui ꝓuenit ex cibo ℞ potu. Caplm. 11.

Exterius corpori adueniẽtia ℞ ipsu3 ingrediẽtia pulsus dispõnez mutãt qualitate sui ℞ quãtitate. ⁋ Sed qualitate qm̃ si ad calefaciendũ declinauerint aut ad infrigidandũ mutabunt ipsum ꝯm illud. ⁋ Et quantitate quidez: qm̃ si equalia fuerint fiet pulsus in magnitudine augmentatus: ℞ velocitatis maioris ℞ spissitudinis pp augmentum virtutis ℞ caloris: ℞ permanebit hec mutatio aliquãdiu. Et si plurime magnitudinis valde fuerit erit pulsus diuersus absq; ordine pp grauitatez nutrientis supra virtutẽ: quoniã ex omni grauitate ꝓuenit in pulsu diuersitas. Et quidem existimauit Archigenes q eius velocitas est tunc multo maior q̃ spissitudo. Et hec mutatio est ꝑseuerans: qm̃ causa perseuerantie l3 sit multitudinis minoris hac: tamẽ est diuersitas ordinata. Qd̃ si pauce fuerit quantitatis erit pulsus minoris diuersitatis ℞ magnitudis ℞ velocitatis: neq; eiꝰ ꝑmutatio diu ꝑdurabit qm̃ materia pauca cito digeriꝛ. Amplius si virtus deficiat ℞ debilitetur ex multitudine aut paucitate q̃cunq; fuerit: siles erũt pulsus in puitate ℞ tarditate vsq; in finẽ rei. Qd̃ si natura fortis fuerit in digerendo ℞ ꝯuertendo

fiet pulsus temperatus.
¶ Et vinum ēt ꝓprietatē hꝫ. ⁊ est: qm̄ ex magnitudine ipsius lꝫ sit subti
le ꝓuenit diuersitas. Ex ipso tm̄ non ꝓuenit ꝙ sit tm̄ q̄ntum illud quod
ꝓuenit ex nutriētibus que sibi similant. ⁊ hoc quidē est ꝓpter raritatē
substantie ipsius ⁊ subtilitatē eius ⁊ leuitatē. ¶ Cum aūt vinuꝫ in actu
est frigidū ꝓuenit ex eo qđ ꝓuenit ex alijs frigidis in minorādo ⁊ rarifi
cando ⁊ tardando velocitate sue penetratōis. Deinde cum in corpore
calefit remouet velociter qđ ex eo ꝓuenit: ¶ Uinum preterea cū in cor-
pus penetrauerit ⁊ fuerit calm̄ non elongabit multum a nā ⁊ accidet
velox resolutio. ¶ Qđ si cū ē frīdū penetrauerit fiet ex nocumēto qđ n̄
fit ex alijs frigidis rebus qm̄ ille tardant donec calefiant neqꝫ eoꝝ pe-
netratio est ita velox vt istius: illud eniꝫ velocius penetrat q̄ꝫ cōplea-
tur calefactio. Et eius quidē impedimentū est magnū ⁊ precipue in cor
poribus qui horripilationi sunt apta. Et neqꝫ est sicut impedimētū ca-
lefactōis ipsius cuꝫ ipsuꝫ validuꝫ penetrat: qm̄ eius calefactio in prin
cipio obuiationis nō peruenit ad hoc vt magnū faciat impedimentū:
imo nā ei obuiat cū ptitione ⁊ distributiōe ⁊ resolutione. ¶ Frigidū vo
est cum nām deficere facit: ⁊ eius virtutē extinguit anteq̄ꝫ ad partitōeꝫ
⁊ distributionē ⁊ resolutioneꝫ perueniat. Et hoc quidē ꝓuenit ex vino
multitudine sue q̄ntitatis ⁊ calefactōe ipsius ⁊ frigiditate. ¶ Cum aūt
ipsum ꝯsideratum fuerit vnde fortitudinē efficit: alia habebit iudicia:
qm̄ ipsum sua essentia fortes efficit sanos ꝓpterea ꝙ velociter p̄bet au-
gmentū in substātia spiritus. ¶ Sed lꝫ calefactio ⁊ infrigidatio q̄ ex eo
fiunt: plurima corpora impediant: est tm̄ cuꝫ vnaqueqꝫ eaꝝ cum aliqua
conuenit cōplone: ⁊ est cū non ꝯuenit cū cōplexione. Est naqꝫ cum res
frigide eos fortes reddunt qui cōplexionē calididā malā hn̄t sicut di-
xit G. ꝙ succus granati calefactos semp fortes efficit: ⁊ hydromel in-
frigidatos semp reddit vigorosos. ¶ Uinū preterea vnde est calidū nā
aut frigidū nā est cū quosdā fortes facit ⁊ quosdā debilitat. Non tm̄ ser
mo noster est nūc de hoc: immo in virtute eius q̄ velocior ad spūm cō-
uertit: qm̄ h semp hꝫ p sui essentiā. Qđ si vnū hoꝝ duoꝝ ipsum in ali-
quo corpore iuuerit augmētabit in faciēdo fortitudinē. Et si ei ꝯtrariū
extiterit: minus fortitudinē faciet. ¶ Scđm hoc igit ipsum pulsuꝫ con-
uertet ſm hoc. Qm̄ si fortitudinē faciet in pulsu augmentabit fortitu-
dineꝫ. Et si calefaciet in necessitate efficiet augmētū. Et si infrigidabit
minorabit necessitatē. Et ſm plurimū in fortitudine faciet augmentū.
Nunq̄ꝫ autem in necessitate efficit augmentū quin in velocitate addat.
¶ Aqua vero ꝓpterea ꝙ nutrimentū penetrare facit vigorat ⁊ simili-
tudinē opationis vini operat. Et qm̄ nō calefacit imo infrigidat: non
tantū auget in necessitate quantum vinum.

¶ De eis q̄ somnus ⁊ vigilie in pulsu operant. Caplm̄. 12.

Pulsus quidem iudicia in somno diuersificantur ſm horam som-
ni: ⁊ ſm dispositionem digestionis.
¶ Pulsus igitur in principio somni est paruus: ⁊ debilis: qm̄ motus

motus caloris naturalis tunc est ad ꝯstringendū ꝛ submergēdū:ꝛ nō ad dilatādum ꝛ manifestandū:qm̄ ipse in hora illa totus tendit ad occultum:ꝓpterea ꝙ ipsū anima mouet ad nutriēs digerenū. ꝛ maturanū. superfluitates:ꝛ est sicut superatus ꝛ obsessus ꝓculdubio. Et pulsus ēt est maioris tarditatis ꝛ raritatis qm̄ lꝫ in calore accidat augmentū ſm cōstrictionē ꝛ coadunationē: tn̄ priuatus est augmento qđ hꝫ in hora vigiliarū ꝓpter motū calefacientē. Et motus quidē plus est ad inflammanū. ꝛ inclinanū .ad partē malitiei cōplexionis. Sed ꝯstrictio ꝛ eorū coadunatio tempate minoris sunt inflāmatōis ꝛ minus extrahūt calorem ad extuationē. Et tu quidē hoc scies ex hoc ꝙ anhelitus laxi ꝛ ipsius extuatio multo maiores sunt anhelitu ꝛ extuatione eius cuius calor ēst ꝯstrictus ꝓpter cām que similis est somno. Uerbigrā. submersi in aqua tempate frigiditatis q sit expgefactus lꝫ calor ꝯstringat ꝛ fugiat ex hoc:nō tn̄ augmentū anhelitus eius ꝑueniet ad id ad qđ ꝑueniet labor ꝛ exercitiū que sunt ei ꝓpinqua. Cūqꝫ bene ꝯsideraueris nō inuenies aliud qđ calorē vehementius incendat q̄ labor ꝛ motus.

¶ Et vigilie quidē calorē nō efficiūt motu corporis: ita vt cum corpus quieuerit nō sit ipse necessarius:immo faciunt calorē ꝓpterea ꝙ spūs ad exteriora mouet:ꝛ motus eius ad ea est ſꝫ ꝯtinuitatē cū ista est eius generatio. Cum aūt cibus digestus est somno redit pulsus:ꝛ fit fortior propterea ꝙ virtus augmentū recipit a nutriente: ꝛ redit illud qđ ad ꝓfundū descenderat ad regenū. nutriens ad exteriora ꝛ ad suū principium. Et similiter propter hoc etiā magnificatur tunc pulsus multū: ꝛ ꝓpterea ꝙ cōplexionis caliditas ꝓpter nutriens augetur quēadmodum diximus. Et instrumēti etiam augetur lenitas per id qđ ad ipsū ex nutrimento penetrat. Uerūtamen sua magnitudine non auget velocitatem neqꝫ spissitudinem: quoniā hoc non est illud qđ in necessitate prebet augmentū. Et hoc etiā nō est ꝓhibens restaurari ex eo qđ necessarium est magnitudine sola. Deinde qn̄ cū dormiēte somnus perseuerauerit fiet pulsus debilis pp caloris innati ꝯstrictionem ꝛ virtutis cōpressionē sub superfluitatibus que eūnde erāt ſm euacuatōis modos qui sunt in vigilijs ex quibus est exercitiū ꝛ euacuatōes q̄ nō sentiūtur. Cum autē somnus in principio euacuationē inuenerit:ꝛ nec inuenerit aliqd ad qđ digerenū. tendat:declinabit cōplexionē ad partē infrigidādi. Perseuerabunt ergo paruitas ꝛ tarditas ꝛ raritas in pulsu:ꝛ incessanter augmentabuntur.

¶ Uigilie ēt diuersa hn̄t iudicia vel dissilia. Cuꝫ enim dormiens euigilabit:nā sui declinabit pulsus ad magnitudinē ꝛ velocitatē ordinate: deinde ad suā nālē redibit dispositionē. Sed subita cā euigilato accidit:vt pulsus eius illico cū a somno remouet quiescat:qm̄ virtus coram eo qđ subito euenit victa ē:ꝛ deinde post hoc redibit ad eū pulsus magnus velox spissus ꝛ diuersus ad tremorē. Et qm̄ motus iste est filiis violento:iō nō inflāmat etiā ipsum. Et qm̄ virtus subito mouetur ad repellendū nāliter illud qđ accidit:ergo mot⁹ accidūt diuersi ꝛ tremit

pulsus:sed tñ ₽m hoc non longo ₽seuerat tpe: imo ad equalitatez cito redit. qm̄ lʒ eius cā sit quasi fortis: eius tamē durabilitas est pauca ⁊ cognitio destructionis ipsius est velox.

¶ De iudicijs pulsus exercitij. Capitulum. 13.

IN principio quidem exercitij ⁊ dum est temperatū pulsus fit magnus ⁊ fortis: ⁊ hoc quidez ₽pter augmentū caloris innati: ⁊ fortitudinem ipsius. Et fit etiam velox ⁊ spissus valde: ₽pter superfluaz necessitatem quā facit motus. Qđ si perseuerauerit ⁊ fuerit prolixum aut lʒ fuerit breue: erit tñ fortissimū: destruetur qđ ex fortitudine prouenit. Et debilitatur pulsus. Et fiet paruus propter repletionem caloris innati. Sed ipse fiet velox ⁊ spissus propter duas res: quarum vna est augmentuʒ fortitudinis ⁊ necessitatis: ⁊ alia est: qm̄ virtus retrahit ne magnitudini sufficiat. Postea velocitas incessant minuit ⁊ spissitudo augmentatur ₽m quantitatē eius qđ ex virtute debilitatur. Deinde ad vltimuʒ si exercitiuʒ perdurauerit ⁊ debilitauerit fiet pulsus formicās ₽pter debilitatez ⁊ spissitudinem fortem. Postea si magis superfluuʒ fuerit ⁊ ex ipso quasi ad mortem perueniatur efficiet qđ omnia faciunt resoluētia ⁊ reducet pulsuʒ ad hoc vt sit vermiculosus. Deinde faciet ipsum declinare ad raritatē ⁊ tarditatē cum debilitate ⁊ paruitate.

¶ De iudicijs pulsuum balneatorum. Capitulum. 14.

BAlneatio aut erit cū aqua calida: aut cum frigida.

¶ Si autem fuerit cum aqua calida in principio proueniēt ex ea fortitudinis ⁊ necessitatis iudicia. Cūqȝ multum resoluerit debilitabit pulsum. G. quoqȝ dixit erit tunc paruus tardus ⁊ rarus. Dicemus ergo ꝙ debilitas quidem ⁊ paruitas pulsus proculdubio existunt. Sed aqua calida cum in interioribus corporis calefactionem efficiet calore accidentali: fortasse non durabit sed ad sui nām que est infrigidandi redibit. Et fortasse durabit ⁊ permanebit. Qđ si accidentalis qualitatis iudicium superauerit fiet pulsus velox ⁊ spissus. Et si superauerit qđ ex natura sui proueniet fiet tardus ⁊ rarus. Et si calefactio accidentalis ad tantam virtutis resolutionē peruenerit vt sincopi sit propinqua fiet etiā pulsus tardus ⁊ rarus.

inter nephilim et enorima et hypostasis fuerit aliquid simile tele aranee aut densitas erit signum malum. ℣ Et multotiens quidē natans sedimen nō bonū apparet ex quo puenit terror. Sed istud erit principiū maturationis et permutatio ad bonitatem: postea pendebit: deinde descendet: et erit signum nō malum. Quod si post ipsum male puenerint hypostases: timor quē in primis habebamus fiet necessarius.

¶ Significatio vero hypostasis ex suo tpe est. Qm̄ si velociter postq̄ mingif descēdit est significatio bona ſm maturitatē. Et cum tarde descendit est significatio priuatōis maturatōis ſm quātitatē sue dispōis.

¶ Significatio aūt forme cōmixtionis ipsius est sicut diximus cum de mictu sanguinis et adipis mentionem fecimus.

¶ De significatōb⁹ multitudinis vrine et paucitatis ipsi⁹. Ca. 7.

Vrina q̄ pauce existit quātitatis virtutis significat dbilitatē. ℣ Et illa q̄ est min⁹ eo qđ bibif resolutionē significat multam: et ventrem habere et aptitudinē ad hydropisim. ℣ Illa vero que est multe quātitatis qn̄qz significat liquefactionē: et superfluitatum liquefactarū in corpore in vrina euacuationē. Et nos quidē differentiā inter eas cognoscere possumus ſm virtutis dispōnem. ℣ Urina mali coloris malum significans quāto plurima fuerit tanto erit magis salutis nūcia. ℣ Et cum intersecta fuerit plus malitiam significabit sicut nigra et grossa. ℣ Urina diuersarum dispōnum que qn̄qz mingif multa qn̄qz pauca et qn̄qz retinetur: est significatio pugne et laboris nature: et est significatio mala. ℣ Urine multitudo in acutis egritudinibus cum nō post ipsam aduenit requies: est significatio ethice et spasmi ex inflāmatōe. Et similiter sudor. ℣ Urina que in acutis egritudinibus guttatim inuoluntarie mingif significat in cerebro nocumentū qđ neruis accidit et musculis. ℣ Et si febris quieta fuerit et signa affuerint salutis pnosticaf sanguinis exitum ex naribus. Sed prima desipientiā pronosticaf et corruptionem. ℣ Cum aūt sani vrina minuif et attenuaf et perseuerat hoc totum et sentit grauitatem et dolorem in renibus: significat durum apostema in partibus renis. ℣ Et cum in egritudine colerica multiplicatur plerumqz portendit prosperum euentum: et proprie cum est alba et ad egrediendum facilis.

¶ De vrina sana optima. Capitulum. 8.

Hec est mediocris substantie: et subtilis tincture: ad citrinum trahens. Et hypostasis si ibi fuerit bōa ex albedine et lenitate equalitate et figure rotunde et odoris temperati neqz fetida neqz extincta. ℣ Quidā aūt dixerunt q̄ cum huiusmodi vrina subito in egritudine que est in vltio acuitatis visa fuerit: sanitas die sequenti aderit.

¶ De vrina etatum. Capitulum. 9.

Infantium vrine ad lactis pprietatē trahunt ex parte nutrimenti eorum et ppter humiditatem complexionis ipsorū et tunc declināt magis ad albedinem.

¶ Puerorū autem vrine sunt spissiores et grossiores vrinis iuuenum et

turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc ante.
¶ Iuuenum vero vrine ad ignis formam trahunt: & ad substantie mediocritatem.
¶ Et vrine senum ad albedinē & subtilitatē. Est tñ cum sunt grosse sm̄ supfluitates in eis existentes quarū euacuatio multiplicat.
¶ Decrepitorū vero vrine maioris sunt albedinis & tenuitatis. Est tñ cum pdicta grossities eis accidit: sed raro cum vrina vehemēter fuerit grossa apti erunt vt lapis eis accidat.

¶ De vrinis virorū & mulierū. Capitulū. 10.

Mulierum vrine semp sunt maioris grossitiei: & albedinis: & minoris pulchritudinis q̄ virorū vrine. Et hoc quidē est pp debilitatē digestiue earū: & pp supfluitatū ipsarū multitudinē: & pp amplitudinem canalium vnde egrediunt ea que ab eis exeunt: & pp illud qd̄ ex earum resoluit matricibus & ad vrine instrumenta tendit.
¶ Masculorū vero vrinas cū moues turbant: & declinat earū turbatio ad superiora: & est q̄ sm̄ plurimū turbident. Sed mulierū vrine fere turbidant ex motione pp paucā separationē sui: & habēt sm̄ plurimū supra summitatē suam spumā rotūdam. Et si turbide fuerint: earū turbidatio pauca erit. ¶ In vrinis virorū illico cum mulieribus cōmiscent sunt fila adinuicem texta.
¶ Urine pregnātiū sunt clare: & supra earū supficiē est nebula. Et qñq3 trahunt ad colorē aque cicerū aut aque pedum citrinū i qua coquunt pedes aialium: & in ipsa est irinus. Et supra summitatē earū est nebula. Sed quocūq3 mō fuerit in medio videbit sicut cotum carminatū. Et est cum in eis sunt velut grana que ascendūt & descendūt. Cūq3 irinus manifestior fuerit erit impregnatōis principiū. Et cū loco ipsius fuerit rubedo erit in fine impregnatiōis: & pprie si turbant cū mouent.
¶ Parientium vrina sm̄ plurimū est nigra & in ipsa est velut attramētum: & sicut sordities.

¶ De rebus vrinarum animalium & diuersitate ipsarum ab vrinis hominum. Capitulum. 11.

Plerūq3 pfert medico cum animalium vrinas cognoscit: pptereā q̄ cum ipse eis experit certitudinē facit: & hoc quidē difficile est. ¶ Quidam aūt dixerunt q̄ vrina asini est sicut butyrū liquidū cū turbiditate & grossitie exteriore. ¶ Et subiugaliū vrine ei similant s3 sunt citrine: & videbit q̄ superior medietas vrinalis sit clara & inferior medietas sit turbida. ¶ Ouium vero vrine sunt albe ad citrinitatem trahētes ppinque vrinis hoīum: sed substantiā nō habent: & earū sedimen est sicut oleū aut sicut amurca. Et cuiuscūq3 nutrimentū fuerit meli⁹ erit vrina clarior ¶ Urina vero capzioli vrinis hoīum & ouium similat s3 neq3 substantiā h3 neq3 sedimen: & est clarior vrinis ouium.

¶ De rebus aliis q̄ vrinis similant: & dr̄ia inter eas & vrinā. Ca. 12.

Sirupū acetosum & oēs liquores qui fiunt ex aqua & melle & aqua & ficubus & reliquos qui fiūt ex croco & eis similibus quāto plus

tibi appropinquaueris erunt in claritate magis augmētari. Et quāto plus elongaueris ea considera an oportet vt augmentetur grossitudo. Urina vero ab hoc est diuersa. ¶ Hydromellis pterea spuma est citrina. Et aque ficuum sedimen a latere descendit: & nō in medio: neqʒ ordinate: neqʒ habet motum. ¶ Sit ergo sufficiens in nominādo dispositiones vrinaꝝ. In libris vero particularibus prouenient ad te diuisiones dispositionum vrine.

¶ De significatōibus egestionis. Capl̄m. 13.

Egestio plerūqʒ declarat ex sui quātitate: quod est vt consideret si est minor eo quod comeditur: aut maior: aut equalis. Et notū qdē est ꝙ ipsius augmentum est ꝑpter humoꝝ multitudinē. Et paucitas ꝑpter ipsoꝝ paucitatē: aut qꝛ ex ipsa in intestino monoculo & in colō & in fascijs multū fuit retentuʒ: qd̄ est signum colicaʒ p̄cedens: aut ꝑpter expulsiue debilitatem.

¶ Et cognoscit etiā ex essentia sui. Qm̄ qd̄ ex ea humidū est: aut significat oppilatōes: aut digestiue malitiā. Et plerūqʒ significat mesaraice debilitatē que humorē nō fugit. Et qn̄qʒ est pp capitis rheumatismuʒ: aut pp cōestionē rei que egestionē humectauit. Quod aūt in humido viscosuʒ est plerūqʒ significat liquefactionē & hoc est cū fetore. Et plerumqʒ significat maloꝝ humoꝝ & viscosoꝝ multitudinē: & hoc nō cum multa existit lenitate. Et plerūqʒ significat nutriētia viscosa que comesta fuerūt & nō pauca cum calore forti in cōplexione & non fuit inter ea digestio bona. Sed qd̄ ex ea est spumosum fortitudinis caloris significat ebullitionē: aut multaꝝ ventositatū permixtionē. Quod autem ex egestione est siccuʒ: aut laborē significat & resolutionē: aut multā vrine ꝓuocationē: aut igneum calorem: aut nutrientiū siccitatē: aut multaʒ moram in intestinis: sicut in suo dicemus caplo. Cūqʒ humiditas sicco qd̄ est durum admiscet significat ꝙ eius siccitas est ꝓpterea ꝙ multuʒ fuit retenta in humiditatibꝰ ipsaʒ exire ꝓhibētibus: & ꝑpter priuatōeʒ fellis pungentis & festinātis. Sed cum ibi nō est longa retētio neqʒ humiditatis in itestina adsunt significatōes: causa in ipsa est superfluitatis famose & pungētis effusio que ab epate fluxit in eo qd̄ est coram ipso & sua euacuatione nō quieuit donec cōmisceret.

¶ Et est etiā cū calore sui dignoscit egestio. ¶ Eius vero color naturalis igneus est leuis existens igneitatis. Qui si augmentat fellis significat multitudinē. Et si minuit significat cruditatē & maturatiōis priuationem. Et si albus fiat qn̄qʒ est eius albedo ꝑpter oppilationem in canalibus fellis: & hoc significat ictericiam. Et si cum albedine est virꝰ saniei habens odorem: magni apostematis significat apertionē. ¶ Sanus quoqʒ qui nō exercitat multotiens egerit virus & saniem que est ei purgatio & euacuatio laudabilis: quoniaʒ propter hoc remouet ab eo laxitas que ei ꝑpter priuationem exercitij acciderat quēadmodū dixi

mus in vrina. ¶ Preterea scito ꝙ egestio colorem igneum vehementer supfluum habens multotiens in hora finium egritudinum significat maturationem. Et multotiens significat dispositionis maliciā. Et nigra quidem significat taliter qualiter sunt vrine nigre significatiōes. Significant enim aut adustionem fortem: aut egritudinis melice maturationez: aut nutriens tingens: aut potionē rei que meliam euacuat sed prima est mala. Et illa quidem que est ꝓpter puram melancoliam non sufficiēter cognoscit ex colore sui: imo cognoscēda est ex acredine sui ⁊ ponticitatē ⁊ bullitiōe terre ex ipsa. Et est mala: siue sit egestio: siue vomitus. Et ex ipsius ꝓprietatibus est ꝙ in se luminositatez hȝ. ¶ Ad vltimum vero humor melancolicus purus pernecans est ſm plurimū cum egredit scilicet est mortis significatio. ¶ Chimi vero nigri exitus multotiens confert: ⁊ illud est quoniam melancolie radicalis exitus vltimā corpis adustionē significat ⁊ humiditatū ipsius peremptiōem:

¶ Viridis autem egestio caloris innati significat extinctionez. Et similiter fusca.

¶ Egestio quoqȝ plerūqȝ ex sui cognoscit forma: ex absentia inflatiōis sue: aut ex inflatione. Quoniam inflata sicut stercus vacce significat ventositatem.

¶ Et est cum ex hora sui cognoscit: quoniam cum egestionis exitus festinat ⁊ horaȝ qua egredi solebat antecedit signum est malum: qr fellis significat multitudinem: ⁊ virtutis retentiue debilitatē. Et si eius tardatur exitus digestiue significat debilitatem: ⁊ intestinoꝝ frigiditatez. Et hūiditatis ⁊ somni multitudo vētositates significat īflatiuas.

¶ Colores quoqȝ extranei ⁊ diuersi mali existunt: ⁊ nos ipsos in libro nominabimus particulari.

¶ Que vero ex egestione est melior est iuncta que est similium partiuȝ ⁊ in qua aquositas siccitati est vehementer admixta: ⁊ cuius spissitudo est sicut mellis spissitudo: ⁊ cuius exitus ē facilis: ⁊ nō pungit: ⁊ cuius color attinet citrinitati: ⁊ non est multi fetoris: neqȝ est priuata fetore: ⁊ nō habet gurgulationem: neqȝ rugitum ⁊ nō habet spumaȝ. Eius exitus est in hora in qua solet: ⁊ ſm quātitatem que ei qꝺ comedit est propinqua in quātitate sui. ¶ Et scito ꝙ nō omnis egestiōis equalitas est laudabilis: neqȝ omnis eius lenitas: qr qn̄qȝ sunt ꝓpter vehementem maturationem in omni parte similem: ⁊ qn̄qȝ sunt ꝓpter adustionem ⁊ liquefactiones similes: ⁊ tunc quidem sunt ex deterioribus significationibus. ¶ Et scito ꝙ egestio q̄ est tpate essentie q̄ est ad tenuitatem nō est laudabilis: nisi cū n̄ sunt cū ea rugitus neqȝ vētositates neqȝ in sui exitu paulatim intersecat. Et si non possibile est vt eius exitus sit propter intus molestans qꝺ est ei admixtū ⁊ nō permittit vt ꝯiūgat.

¶ Est autem cum pleriqȝ solliciti fuerint de significationibus que in sudore ⁊ aliis apparent rebus: verumtamen de ipsis loqui ꝓprius est in sermone particulari. In sermone quoqȝ particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis ⁊ vrine ⁊ reliquoruȝ.

¶ Fen quarta de diuisione modorum medicationum ſm egritudines vniuersales. Et continet capitula. 31.

¶ Dictionis quarte ē locutio vl'is de medicatiōe. Caplm. 1.



Icemus ꝙ res medicationis ex vna trium rerꝫ cōplet. Una eaꝝ est regimen ⁊ nutriētia. Et alia medicinaꝝ est exhibitio. Et tertia est operatio manualis.

¶ Per regimen aūt intelligimus administratiōnē que fit in causis necessarijs numeratis que ſm vsuꝫ sunt currentes: ex qbus est nutriēs. ¶ Et iudicia qdē regiminis ex parte qualitatū eaꝝ sunt ꝓportionalia iudicijs medicinaꝝ. Nutriēs vero ex eis oibus iudicia hꝫ que sunt ei ꝓpria ex mō quātitatis. ¶ Nutriens. n. qn̄qꝫ ꝓhibet: qn̄qꝫ minuit: qn̄qꝫ equat: qn̄qꝫ auget. ¶ Sed nō ꝓhibet nisi cū medic⁹ vult vt nā occupet in maturatōe humoꝝ. ¶ Et ñ minuit nisi cū vult virtutē cū hoc custodire: ergo iquātū nutrit custodit ptē v̄tutis: ⁊ inquātū minuit custodit ptē materiei: ne nā tūc occupet in digerēdo multū cibū. Ipse quoqꝫ sp̄ sit sollicit⁹ de eo qd̄ magis suspectū est: ⁊ ē virt⁹ si fuerit valde debilis: aut egritudo si fuerit multum fortis. ¶ Nutriens quoqꝫ ex duabus minuit ptibus. vna earuꝫ est ex parte quantitatis: ⁊ altera est ex parte qualitatis: ⁊ tibi quidē possibile est ponere ꝯiunctionē duaruꝫ partium diuisionē tertiam. ¶ Differentia autem inter duas dictiones quantitatis ⁊ qualitatis est. Qm̄ nutriens qn̄qꝫ est multe quātitatis ⁊ pauci nutrimēti sicut olera ⁊ fruct⁹: qm̄ q ex eis multū comedit ex quātitate nutriētis multū recipit absqꝫ eius q̄litate. Et qn̄qꝫ est nutriens pauce quātitatis ⁊ multi nutrimenti: sicut oua ⁊ galloꝝ testiculi. Nobis quoqꝫ qn̄qꝫ est necessariū q̄litatē minuere ⁊ in quātitate augmētū facere: ⁊ h̄ qdē est cū desideriū fuerit superans: ⁊ in venis crudi fuerint humores: ⁊ voluerimus desideriuꝫ sopire p̄ stomachi repletionē: ⁊ a venis multā ꝓhibere mām: ideo vt p̄i⁹ maturet illud quod est in venis: aut propter intentiones alias ab istis. Et qn̄qꝫ necessariū est nobis in qualitate augmentnm facere ⁊ minuere quātitate: ⁊ hoc quidē est cū voluerim⁹ virtutē ꝯfortare: ⁊ stomachi natura reꝫ multā digerere nō valet. Plurimū aūt qd̄ nos laboram⁹ in minuēdo cibū aut ꝓhibēdo ē cū egritudines medicamur acutas. In egritudinibus quoqꝫ cronicis minuimus: sꝫ minus q̄ꝫ in acutis. In egritudinibus nāqꝫ cronicis plus de virtute solliciti sumus: q: scimus ꝙ eaꝝ crisis est longinqua ⁊ ipsaꝝ status est remotus: quapp̄ nisi virtus custodiat vsqꝫ ad horā crisis stare nō poterit: neqꝫ illud qd̄ in longo digerit tp̄e digerere valebit. In acutis vero egritudinibus crisis est ꝓpinqua: ⁊ ꝯfidimus ꝙ virtus ante statum nō resoluetur. Qd̄ si hoc timuerim⁹: nutriens non plurime minuemus. Et quāto egritudo plus principio ꝓpinqua fuerit ⁊ accidētia magis quieta nutriem⁹ virtutē ꝯfortātes. Et quātum egritudo ſm augmentū ꝓcesserit ⁊ accidētia ibi ēt augmētata fuerint minuem⁹ dietā pp̄ fiduciā eius qd̄ iam dedim⁹: ⁊ ꝓpterea

vt virtus alleuief in hora luctaminis. In tẽpe quoq; status regimen vehementer subtiliamus. Et quãto magis egritudo fuerit acuta ꝛ crisis ꝓpinquior: erit nostra regiminis subtiliatio maior: nisi cause acciderit que nos ab eo ꝓhibeãt: queãdmodũ in libris noiabim⁹ particularib⁹.
¶ Nutriens preterea ꝑm hoc quod ex eo fit nutrimẽtũ duas alias habet operationes que sunt. Velocitas penetratiõis: sicut dispõ vini. Et tarditas penetratõis: sicut assatoꝝ dispõ ꝛ frixoꝝ. Et ẽt spissitudo substantie eius qđ ex ipso generaf in sanguine ꝛ eius retentio: sicut est dispositio nutrimẽti carnis porcine ꝛ vituline. Aut ipsius subtilitas ꝛ resolutiõis eius necessitas: sicut est dispositio nutrimẽti qđ fit ex vino ꝛ ex lacte ꝛ ex ficubus. ¶ Et nobis quidẽ est necessariũ nutriẽs qđ cito penetret cũ casui virtutis aialis succurrere volumus ꝛ eius resolutioni: ꝛ nõ põt stomach⁹ ꝛ virtus tollerare vt nutriens digeraf qđ tarde digeritur. Et nos quidẽ a nutriẽte terremur qđ cito digerif cum accidit vt nutriens precedat qđ tarde digerif: ꝛ timemus ne cum eo misceatur ꝛ fiat ꝑm modũ quem iam declarauimus. Et terremur etiam a nutrimẽto grosso cum pro certo scimus ꝙ accidunt oppillatiões. Sed eligim⁹ cibum fortis nutrimenti ꝛ tarde digõnis ꝓpter eum quem confortare volumus exercitijs fortibus ꝛ preparare. Raruz quoq; nutriens eligim⁹ ꝓpter illũ cui velociter accidit pororũ spissitudo.
¶ Medicatio aũt que fit cum medicinis tres habet regulas. Una earũ est regula eligendi eius qualitatem. s. eligẽdi ipsam calidã aut frigidã aut humidã aut siccã. Et secũda ẽ regula ipsius eligẽdi quãtitatem: ꝛ h quidẽ regula diuidif in regulam mẽsurandi pondus eius: ꝛ in regulam mensurãdi ipsius qualitatez. s. sue caliditatis gradũ aut frigiditatis aut reliquarũ ab istis. Et tertia ẽ regula ordinandi suã horaz. ¶ In electione autem qualitatis medicine absolute nõ habef cognitio nisi per cognitionẽ speciei egritudinis: qm̃ cum egritudinis qualitas scita fuerit erit medicina eligẽda que ei in sua qualitate sit contraria: qm̃ egritudo suo medicaf cõtrario: ꝛ cõseruaf sanitas suo simili. ¶ Quãtitatis aũt ipsius mensura ex duabus cognoscif partibus ꝑm modum mensure artificialis. Ex natura mẽbri. Et ex quãtitate egritudinis ex reb⁹ que sup illud sua significant cõuenientia ꝛ aptitudine ipsarũ que sunt genus ꝛ etas ꝛ cõsuetũdo ꝛ tempus. ꝛ regio ꝛ ars ꝛ virtus ꝛ forma. ¶ Nature vero membri cognitio quattuor rerũ cõtinet cognitionẽ scilꝫ cõplexiõis mẽbri: ꝛ creatiõis eius: ꝛ eius situs: ꝛ ipsius virtutis. ¶ Et cõplexionis quidẽ membri: qm̃ cũ eius naturalis cõplexio scita fuerit: ꝛ ipsius cõplexio in egris scief ꝑ mensurã estimatiuam quantũ eius cõplexio naturalis elongata fuerit. scief ergo mensura quãtitatis qua ipsa reduci possit ad temperiẽ. verbi grã. qm̃ si sanatiua cõplexio fuerit frigida ꝛ egritudinalis calida: tũc iaz multa elongatio erit a cõplexione sui: ꝛ tunc multa indigebit infrigidatõe. Quod si ambe fuerint calide sufficiet ei parua infrigidatio. ¶ Et creatiõs qdem mẽbri iam diximus ꝙ creatura membri in quattuor diuidif modos. Et tu

qdē eā ibi cōsiderare debes. Post h̄ scire debes q̄ mēbroꝝ q̄dā sunt q̄ i
foraminib⁹ suis sunt facilia: ⁊ sunt in eis interius aut exterius loca
vacua p̄ que expellit̄ sup̄fluitas medicina subtili ⁊ t̄pata. Et coruꝫ sunt
alia que nō sunt ita: sꝫ medicina īdigēt fortiore. Et silr̄ eorū est q̄ȯ ē ra-
rū. Et eoꝝ est q̄ȯ est spissum. Et raro q̄dē medicina sufficit subtilis. Et
spisso est medicina fortis necessaria. Q̄ȯ aūt forti medicina magis indi
get est illud q̄ȯ in nulla duarū p̄tiū ventriculū h̄ꝫ neq̄ꝫ receptaculum.
Et post ip̄m est illud q̄ȯ a duabus partibus h̄ꝫ receptaculū: sꝫ ē soliduꝫ
⁊ spissum sicut rigno. Postea ē illud q̄ȯ ea h̄ꝫ a duabus p̄tibus: ⁊ ē ra-
rum sicut pulmo. ¶ Et situs q̄dē mēbri: q̄m̄ per situꝫ cognoscit̄ queād-
modū tu scis: aut locus: aut societas. ¶ Utilitas vero que ex societa-
tis p̄uenit cognitiōe est magis p̄pria: p̄pterea q̄ p̄teꝫ magis eligis ad
quā medicina trahit ⁊ ad quā eā dclinare facis. verbigr̄a. Cū fuerit mā
in gibbo epatis euābis eā per vrinam. Et si in epatis cōcauitate fuerit
euābis eā per vētrē: q̄m̄ epatis gibbositas mēbris vrine est associata: ⁊
eius cōcauitas est associata intestinis. ¶ Sꝫ eius vtilitas que ex p̄te sciē
di locum p̄uenit est triū modorū. ⁋ Unus eorū est eius longitudo ⁊ ip
sius p̄pinquitas: q̄m̄ si fuerit p̄pinquū sicut stomachus p̄uenient ad ip̄ꝫ
medicine t̄pate ⁊ operabunt̄ in ipso. Et si longinquū fuerit sicut pul-
mo: medicinarū tempatarū virtutes corrumpent̄ antequā ad ip̄m per-
ueniant. Quapropter erit necessariū vt in earū virtutibus augmentuꝫ
fiat. Op̄ꝫ itaq̄ꝫ vt cū mēbrū est p̄pinquū cui obuiat medicina sit virtus
ipsius medicine s̄m mensurā que egritudini sit opposita. Et si inter ea
fuerit lōgitudo ⁊ spaciū: ⁊ ē egritudo cui ē medicina necessaria quam
virt⁹ p̄fundās penetrare faciat: tūc necessariū ē in ꝟtute medicīe plus
addere q̄̄ prius erat ei necessariū: sicut acetuꝫ in emp̄lo sciatice ⁊ reli-
quis. ⁋ Et secūdus modus est vt sciat̄ q̄d medicinis sit admiscēdū vt p̄
illud velociter ad mēbruꝫ p̄ueniat: queadmodū medicinis mēbroꝝ vri
ne admiscent̄ diuretica: ⁊ medicinis cordis crocus. ⁋ Et tertius quidē
modus est vt sciam⁹ qua p̄te medicinā ad ip̄m transire faciam⁹. verbi-
gr̄a. Si sciuerim⁹ q̄ vlcera in inferiorib⁹ existunt in intestis p̄ clistera
iniĳciemus. Et si sciuerim⁹ q̄ sint in sup̄iorib⁹: p̄ illud q̄ȯ bibunt affere
mus. ¶ Q̄ñq̄ꝫ ēt confert loci ⁊ societatis simul sollicitudineꝫ h̄r̄e. Et
hoc q̄dem est in eo q̄ȯ facere debem⁹ cū fuerit mā tota iam in membro
euacuata. Et in eo q̄ȯ facere debem⁹ cum mā adhuc euāt̄: q̄m̄ cū sciue-
rimus q̄ mā fuerit adhuc in descensu: a suo loco mām extrahem⁹: post
q̄̄ q̄ttuor ꝯditionū curaꝫ habuerim⁹. ⁋ Una est p̄tis diuersitas: queād
modū a destra ad sinistrā trahim⁹: ⁊ a sup̄iorib⁹ ad iferiora. ⁋ Et scd̄a ē
vt societatis curā h̄eamus: sicut menstrua ventosis retinem⁹ quas mā-
millis supponim⁹ socio attrahentes. ⁋ Et tertia rectitudinū curā h̄r̄e:
queadmodū in egritudinibus epatis in dextra minutionē facim⁹ ba-
silica: ⁊ in egritudinibus splenis in basilica sinistra. ⁋ Et quarta q̄deꝫ
est cum sollicitudine elongatōis: ne quod extrahitur valde sit propin
quum ei a quo extrahitur. ¶ Sed cū accidit vt tota materia iā sit eua-

euata: vtreqꝫ res ei conferūt ex parte : qm̄ si voluerimus accipiem⁹ eā
ex ipso membro: ⁊ si voluerimus trahemus ipsam ad mēbrū ꝓpinquū
qđ associatū est: ⁊ eā ab eo extrahemus: quēadmoduꝫ duas minuimus
saphenas in matricū egritudinibus: ⁊ venā que est sub lingua cū me/
dicari volumus apā duaꝝ amigdalaruꝫ. ¶ Cūqꝫ ad diuersum protra/
here volueris: membri a quo ꝓtrahis dolorē prius seda. ¶ Et caue tibi
ne transitus super pricipale fiat. ¶ Et vtilitas quidē que sequit̄ ex pte
virtutis mēbri ē triū semitarū. Una est dignitatis ⁊ principatus curaꝫ
habere: quoniā super membra principalia non faciemus aliquid cum
fortibus medicinis in quo sit ambigēdū quātomagis potuerimus ne
nocumentum toti corpori cōmune faciamus. Quapropter ex cerebro ⁊
epate non euacuabimus illud quod ab eis euacuare debemus in vna
hora: neqꝫ vllo modo vehementi infrigidabim⁹ īfrigidatiōe. Et cum
epati emplastrū superponemus ex medicinis resoluentibus: nō relin/
quemus: quin in eo res retentiuas ⁊ boni odoris ponamus ꝓpter vir/
tutem custodiēdam. Et similiter in eis que pp eā ad bibēdū dam⁹. Qđ
aūt inter oīa membra hac tota custodia dignius existit est cor. Et postea
cerebrum. Et post ipsum epar. ¶ Et secunda quidē semita est curā ha/
bere operatiōis membro associate: lꝫ non sit principale sicut stomachus
⁊ pulmo. Quapropter in febribus cū stomachi debilitate aquam frigi
dam in potu que sit vehementis frigiditatis non damus. ¶ Et scias ꝙ
dare ea pura que laxa faciūt principalibus membris: ⁊ eis que sunt co/
rā ipsis est valde timorosum in re vite. ¶ Et semita tertia est habere sol
licitudinē acuitatis sensus ⁊ eius ebetudinis. Debet nāqꝫ sibi cauere
ne membris acuti sensus neruosis det medicinas malarum qualitatuꝫ
⁊ mordicatiuas ⁊ nocitiuas sicut sunt titimalli ⁊ relique ab eis. ¶ Me/
dicinarum vero a quarum datione nobis cauemus species sunt tres.
Resoluentes. Et vehementer infrigidantes. Et ꝯtrarias habētes qua/
litates: sicut flos eris ⁊ cerusa ⁊ calcucecaumenō ⁊ eis similia. ¶ Hoc q
dem est electionem medicine diuidere ſm membri naturam. ¶ Scōm
vero egritudinis quātitatem quātum illi. verbigratia. Cuius corporis
caliditas egrotatiua est fortis: necessarium est ipsam extinguere cum
medicina que sit in infrigidando fortissima. Et illi cuius accidentalis
frigiditas est fortis est necessarium eam calefacere cum medicina for/
tis calefactionis. Si vero nō fuerint fortes medicine debilioris quali/
tatis nobis sufficiēt. ¶ Ex tēpore aūt egritudinis est vt sciamus in quo
suoꝝ temporum sit egritudo. verbigratia. Cuꝫ apostema in principio
fuerit: super ipsum ponemus qđ solum repercutiat. Et cuꝫ in statu fue
rit ponemus illud quod solūmodo resoluat. In medio autem miscebi
mus vtraqꝫ. Et si egritudo fuerit acuta ipsa in principio existente tem/
perate regimen subtiliabimus. Et si in statu fuerit in subtiliādo stude/
bimus. Et si fuerit prolixa nō tm̄ in principio subtiliabim⁹: sꝫ in statu
tēpata vtemur sbtiliatōe: lꝫ multas ꝓlixaꝝ egritudinū ꝑter febres sub/

tiliatiuũ resoluat regimen. Egritudo nãmq̧ si multe ebulliẽtis mate/
rie fuerit in principio eã euacuabimus nõ expectãtes maturationẽ. Et
si mediocris fuerit maturabimus eã ⁊ postea euacuabimus. ¶ Cogni/
tio aũt rex̄ q̄ sua significãt ꝯueniẽtia ẽ ad scieñ. tibi facilis. Et aer qdez
q ex eax̄ existit sũma est dignior cuiꝰ rẽ custodiri oz ⁊ an sit medicine iu
uamentũ p̄stans: an egritudini. ¶ Et dicemꝰ ꝙ in egritudinibꝰ i qbꝰ ẽ
timor ⁊ nõ sumus securi a defectu virtutis si qđ facere debemus tarda/
uerimus vt ex eo aliqd alleuiauerimꝰ ⁊ minuerimꝰ: a forti medicamine
prio incipe debemꝰ. Ille ṽo i qbꝰ nõ existit tior ſm ordinẽ ad fortiorẽ ꝓ/
cedẽt: si nõ suffecerit eis debilis. ¶ Preter hoc quoq̧ tibi caue ne a re/
ctitudine recedas: lz videris ꝙ ipsax̄ tardet iuuamẽtũ: neq̧ in errore
moreris ⁊ si videris ꝙ eiꝰ nõ appeat ĩpedimẽtũ. ¶ Et cũ hoc nõ ſm vnã
medicatõez cũ vna tibi stañ. est medicia: imo in vna medicatõe medici/
nas ꝑmuta: qm̄ ab ipso qđ ꝯsuetũ est nõ fit passio. Et vnicuiq̧ qdẽ cor/
pori ⁊ vni mẽbro in vna hora ⁊ nõ in altera inest ꝓprietas ab vna medi
cina pati ⁊ non ab altera. ¶ Cuz aũt ignoras que sit egritudo: relinque
eam nature ⁊ nõ ꝓperes: qm̄ aut nã supabit egritudinẽ: aut ipsaz mani
festabit. ¶ Cũq̧ egritudo dolori cõiũcta fuerit aut cause doloris aut a
quo ꝓuenit dolor sicut est ꝑcussio aut casus: incipies sedare dolorem.
¶ Et si tibi necesse fuerit stuporẽ inducere nõ trãscẽdas tale quale ẽ pa
pauer al. qm̄ cũ suo stupore est ẽt domesticũ vel ꝯsuetũ. ¶ Cũq̧ vehemẽ
tia caloris mẽbri tibi nocumẽtũ fecerit: nutri ex eo qđ sanguinẽ vehemẽ
ter ingrossat: sicut frumẽtũ coctũ. Et si ex hoc qdẽ regimine nõ alleuia/
bitur nutri cũ infrigidãtibꝰ sicut lactucis ⁊ eis similibꝰ. ¶ Scias p̄terea ꝙ
ex ꝯgruis medicatõibꝰ q̄ ꝯferũt est iuuamẽtũ qđ fit ex eo qđ ṽtutes ꝯfor
tat aiales ⁊ vitales: sicut letitia: ⁊ obuiare ei qđ sibi plz: ⁊ assidue sedere
cũ eo cũ quo gratulatur: quñq̧ ẽt ꝯfert sedere cũ eo a quo verecũdatur ⁊ quẽ
erubescit: qm̄ egrũ ꝓhibz a rebꝰ q̄ ei nocẽt. ¶ Ex eis p̄terea q̄ huic modo
medicatiõis sunt ꝓpinqua est mutatio de terra ad terrã: ⁊ đ aere ad ae
rem: ⁊ de formis ad formas: ⁊ p̄cipue eũ formas efficere ⁊ motus q men/
brũ dirigãt aut ꝯplexionẽ mutẽt: queadmodũ puero lusco p̄cipitur vt sci/
tillas intueatur aut rem q̄ ei apparet. aut sicut p̄cipitur torturã patiẽti vt
speculũ intueatur calibis: qm̄ hic ꝑducit eũ ad h̄ vt laboret in rectificãdo
faciẽ suã ⁊ frontẽ ⁊ oculũ ⁊ fortasse inuitus redibit ad hoc vt melioretur.
¶ Ex regulis p̄terea quas obseruare debes ẽ fortes dimittere medica/
tiões in tꝑibꝰ fortibꝰ quãto plus poteris: sicut vẽtrẽ hehemẽter soluere:
aut ꝓuocare vomitũ: aut aperire ⁊ adurere in estate ⁊ hyeme. ¶ Ex re/
bus quoqz in quarum medicatione subtile est adhibenduz studiũ est cũ
in vna ꝯiungunt egritudine duo que fieri debẽt cõtraria: quia oz. verbi
gratia. vt egritudo infrigidetur ⁊ eius causa calefiat. aut ecõuerso qr opz
vt egritudo calefiat ⁊ eius causa infrigidetur: sicut materia colice indi/
get calefactiõe ⁊ incisione ⁊ subtiliatione. ⁊ oz vt fortitudo doloris eius
infrigidetur ⁊ stupefiat ⁊ ecõuerso. ¶ Amplius scire debes ꝙ non oĩs re/
pletio neq̧ omnis cõplexionis malitia suo medicatur ꝯtrario ex euacua/

tione z oppositione: immo multotiens sufficit multa regiminis boni/tas in repletione z malitia complexionis.

¶ De medicationibus egritudinũ malitie cõplexionis. Capi. 2.

Que ex eis quidẽ sine materia existit cõplexio tm̃ pmutat. Sz si cũ materia fuerit ipsa euacuabit. Et plerũqz quidem ei sola sufficit euacuatio: si cõplexionis infuse que preterita est: malitiã nõ ibi reliquerit. Et quãdoqz nõ sufficit nobis istud si cõplexionis dimiserit malitiã: imo erit nobis necesse cõplexionez permutare cuz in euacuãdo finẽ fecerimus. ¶ Dicemus ergo ꝙ malitie cõplexiõis medicatio multis fit modis. ¶ Cõplexionis namqz malitia: aut erit infusa z erit ipsius medicatio ex contrario absolute: z hec est medicatio absolute. Aut erit in termino vt ipsa generetur: z erit eius sanatio: sanatio que fit cum permissiõe seruationis. Queãdmodum putrefactionem que est cum febre quartana medicamur cum tyriaca: z aquam frigidam in tertiana damus vt extinguat. Et exemplũ premissionis seruationis est euacuatio in quartana que fit cum helleboro: z in tertiana cum scamonea cum principium interpollationis que accidit ꝓhibere volumus. Et exemplũ premissionis ẜuatõis solũmõ est eũatio quartane apte propter melãcolie superationem cum helleboro: z febri tertiane propter colere dominium cum scãonea. ¶ Cum autẽ in aliqua egritudine dubitaueris an sit eius causa caliditas an frigiditas z experiri volueris: non experiaris cum superfluo. Et caue tibi ne decipiat te impressio que erit accidentalis. ¶ Et debes scire ꝙ infrigidationis z calefactionis tempus est vnum. Sz in infrigidando est plus timoris quoniam caliditas est amica nature. Et in humectando quidem z exiccando est timor equalis. Sed humectandi tempus est longius. ¶ Unaqueqz preterea humiditas z siccitas conseruetur propter suarum causarum confortationem: z permutat propter causarum contrarij ipsius fortitudinis augmentum. Et caliditas qdẽ fit fortior causis quarum iam expleuimus sermonẽ. Deinde per mundificantia z est superfluitates expellere z repletionem z oppilationẽ aperire. Deinde ex eo quod ipsam conseruat z hec est humiditas temperata. Frigiditas vero fortior ex eo ꝙ ipsius confortat causas z ꝙ caliditatem suffocat: z ex eo ꝙ ipsam superflue resoluit z est siccitas ẜm essentiã z caliditas ẜm accidens. ¶ Qui autem caliditatis superfluitatem cum oppilationibus medicatur sibi cauere dz ab infrigidatione superflua ne in conuertendo oppilationem in lapidem augmentum faciat: z ne calide complexionis malitiam augmentet: immo paulatim primo medicari debet cũ eo qd̃ abstergit. Et si qd̃ ifrigidat ei suffecerit sicut aqua ordei z succus scariole erit conueniens. Et si non suffecerit istud: tunc cum illo qd̃ temperatuz existit. Quod si hoc non suffecerit: tunc cũ eo in quo subtilis existit calor. Neqz ex hoc sis sollicitus quoniaz iuuamẽtum eius diaphoresis in infrigidando plus confert q̃ sit nocumentum quod facit ei calor qui ad extinguendum est facilis post aptiõem. ¶ Et ẽ etiam cuz acutoruz humorum digestio extinguendi suꝑfluitatẽ

prohibet: licet quidam hominum sint qui proteruiant ad hanc destruẽdam sententiam: ꝛ ignorent ꝙ fortis extinctio deijcit virtutem: ꝛ quanto magis in corporib⁹ que ab egritudine debilitata fuerunt: lʒ aliquo directiõis mõ mãm rectificet qđ ẽ cũ post ipsaʒ alię ꝓueniũt egritudines aut ex malitia ꝯplexiõis simplicis: aut ex materijs frigidis ꝯplexiõi cõtrarijs quã rectificauit. ℭ Cõplexiões vo frigidã calefacẽ q̃si difficile ẽ cũ iaʒ ẽ infusa. Et multũ facile in principio. Et ad vltimũ calefacere frigidum in principio rei est facilius ꝙ̃ calidum in principio infrigidare. Sed calidum in fine infrigidare licet sit difficile: est tamen facilius ꝙ̃ frigidum in fine calefacere: quoniaʒ superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris aut ei propinqua. ℭ Et debes scire ꝙ infrigidatio quandoqꝫ siccitati coniungitur. Et quandoqꝫ humiditati. Et quandoqꝫ ab vtrisqꝫ separatur. Uerumtamen siccitas magis fit mansiua cum frigiditate que senuit. Et humiditas est magis adducens frigiditatem que accidit. ℭ Et iam quidem omnes caloris cause cum superfluunt in exiccando iuuant. Et quandoqꝫ etiam omnes frigiditatis cause cuʒ superflue fuerint in humectando iuuant. Et nulla quidem res ad hoc tantũ peruenit quantum ociositas ꝛ assidua balneatio que est facilis in tina. Et nos quidem te faciemus scire hoc in eo qđ est premissuʒ. Uinum preterea temperate bibitum in humectando est forte. ℭ Amplius scire debes ꝙ cum senex infrigidatione indiget ꝛ humectatione: non sufficit ad hoc illud quod ipsum ad equalitatem reducit: immo ꝙ ipsuʒ transire facit ad complexionem frigidam ꝛ humidam que ei debetur: quoniam ipsa licet sit accidentalis est tamen ei quasi naturalis. ℭ Scire quoqꝫ debes ꝙ sepe est nobis necessarium in permutando complexionem dare illud quod huiusmodi confortat complexionem. Quemadmodum est nobis necessarium dare acetum cum medicinis calidis alicui membro ideo vt ipsarum penetrent virtutes. Et sicut est nobis necessarium dare crocum cum medicinis infrigidantibus cor: propterea vt eas ad ipsum ferat. ℭ Et multotiens quidem est medicina vehementioris operationis in permutando complexionem: sed propter sui subtilitatem non permanet donec suam perficiat operationem. Est ergo nobis necessarium ei aliquid admiscere quod inspisset ꝛ retineat licet ex ea sue operationis proueniat contrarium: sicut balsamo admiscemus ceram ꝛ reliqua ad hoc vt ipsum tanto tempore retineatur in quo suaʒ perficiat operationem.

ℭ Ad sciendum qualiter ꝛ quando opʒ euacuari. Capl. 3.

Res que demonstrant rectitudinem iudicij in euacuando sunt. 10. repletio: ꝛ virtus: complexio: ꝛ accidentia conuenientia: sicut si contingeret ꝙ naturam soluere vellemus: deinde accideret ventris solutio: quoniã ventrẽ soluẽ super ventris solutionẽ est timorosuʒ: ꝛ figura: ꝛ etas: ꝛ tempus: ꝛ aeris ꝛ regionis dispositio: ꝛ consuetudo euacuãdi: ꝛ ars euacuãdi. hec namqꝫ cum fuerint contraria significationi ꝓ

pter quam euacuatio facienda erit prohibebunt euacuationem.
¶ Uacuitas itaq3 sine dubio euacuationem fieri prohibet.
¶ Et similiter cum debilitas cuiuscunq3 trium virtutum fuerit. Uerū tamen quandoq3 plus eligimus alicuius virtutis debilitatem ꝙ impedimentum relinquendi euacuationem: ꝛ hec quidem est in virtutibus sensibilibus ꝛ motiuis cum fiduciam habuerimꝰ succurendi rei timoꝛo se si acciderit: ꝛ similiter in omnibus virtutibus.
¶ Complexio quoq3 calida ꝛ sicca ad hoc pꝛohibet. Et frigida ꝛ humida caliditatem non habens aut debilitatem habens ab ea etiā ꝓhibet. In calida autē ꝛ humida facile faciemus illud ꝛ foꝛtiter.
¶ Figura autem. s. superfluitas maciei aut raritas ab ea ꝓhibet propter timoꝛem ne spiritus resoluatur. Et similiter opoꝛtet in regēdo debilem ꝛ macrum multam colerā rubea3 in sanguine habente3 vt ei blādiaris ꝛ nō ipsum euacues: ꝛ vt eum nutrias ex eo quod bonum generat sanguinem ad frigiditatem ꝛ humiditatem declinantem: quoniam ex hoc sui humoꝛis complexio rectificabitur: aut foꝛtasse spissu3 foꝛtem efficies ꝛ euacationes tollerabit. Et similiter opoꝛtet ne illu3 euacuare sis ausus qui ex consuetudine parum comedit quādiu ab eius euacuatione abstinere poteris. Superflua quoq3 pinguedo ab eo pꝛohibet pꝛopter timoꝛem ne frigidtas dominetur ꝛ ne caro venas cōpꝛimat ꝛ eas extinguat cu3 vacuas inuenerit ꝛ caloꝛem suffocet innatum: aut superfluitates expꝛimendo ad interioꝛa expellat.
¶ Accñtia q̄q3 mala sic aptitudo colice passiōi ꝛ spasmo ab ea ꝓhibēt.
¶ Etas pꝛeterea etiā que nōdū ad augmenti cōplementū peruenit aut ad cōsumptionis terminu3 est transiens ab ea pꝛohibet.
¶ Hoꝛa quoq3 multū calida aut multū frigida ab ea pꝛohibet.
¶ Et regio quidē meridionalis vehemēter calida ab ea ꝓhibet: qm̄ plurima eoꝝ que ventre3 soluūt sunt calida ꝛ duaꝝ acuitatū coniūctio tollerari nō pōt: quoniā virtutes in eis debiles erunt ꝛ dissolute: ꝛ q2 exterioꝛ caloꝛ materia3 ad exterioꝛa trahit: ꝛ medicina ipsa3 trahit ad interioꝛa quare inde pꝛouenit in diuersas partes pꝛotractio ꝛ ad resistentiam perducit. Et septemtrionalis multu3 frigida ab ea pꝛohibet.
¶ Parua quoq3 euacuandi consuetudo ab ea pꝛohibet.
¶ Ars etiam qua multu3 fit euacuatio: sicut serutendi in balneo ꝛ onera doꝛso deferentiū ab ea pꝛohibēt. Et ad vltimū omnis ars laboꝛiosa.
¶ Scias pꝛeterea ꝙ intentio in omni euacuatione est vna quinq3 rerū.
¶ Aut euacuatio illius qđ est euacuaudu3 ꝛ sequitur ip3 pꝛoculdubio tranquillitas: nisi ꝙ receptaculoꝛum lassitudo ipsum sequatur: aut caliditatis ebullitio: aut febris ephimera: aut alie egritudines que comitantur sicut excoꝛiatio quam ventris solutio in intestinis facit: aut vlcera que vꝛine pꝛouocatio in vesica facit. ꝛ hec quidem licet iuuamentum conferat: eius tamen vtilitas non sentitur: immo quandoq3 pꝛesentialiter dolet donec accidens remoueatur. ¶ Et secunda est consideratio partis sue declinationis: sicut nausea que vomitu mundatur

τ mordicatio in ventre que ventris solutione remouetur. ℭ Et tertis est membrum egressionis eius a parte declinationis eius: sicut basilica dextra in egritudine epatis: τ non cephalica dextra: q̄m si error ꝑuenerit in tali quale est illud quẽq̄ sequat inde timor. ℱ Et oꝫ quidē vt sit membruꝫ egressionis ignobilius illo a quo fit euacuatio: ne mā ad illud declinet qđ est nobilius. ℱ Opꝫ preterea vt sit eius exitus nālis: sicut mēbra vrine gibbositati epatis: τ intestina ꝯcauitati ipsius. ℱ Est tñ cum membruꝫ a quo expellit est ipm membrū ꝑ qđ euacuatio faciēda est: sed est in ipso egritudo vetus aut recens ꝑꝑ quā est timenduꝫ decursu humoꝝ suꝑ ipsuꝫ. Ipsi ergo ad aliud qđ sit melius transponēdi sunt. ℱ Et est ēt cū ex suꝑatōe humoꝝ timet super ipsuꝫ egritudo: sicut cuꝫ tractus fit ab oculo ad gulam: q̄m timet nec illi qñq̄ suꝑueniat suffocatio: iō quale est hmōi suauiter τ molliter fieri debꝫ. Nā quoq̄ plerunq̄ taliter operat τ euacuat nō ꝑ partē qua ꝯsueuit: iō vt membrum custodiat cū debile fuerit. Et plerūq̄ etiā est vt sit illud qđ nā euacuat ptis longinque τ opposite τ remaneat cū ipso ambiguitas: sicut cuꝫ a capite ad anū aut crus aut pedem euacuat: non enim pro certo scitur si ex toto sit cerebro aut ex vno ventriculo. ℭ Et quarta quidem est hora euacuatonis ipsius. Naꝫ dicit Galienus. Penitus quod in cronicis egritudinibus maturatio tantum: τ nihil plus expectanda est. Et tu quidem iam sciuisti quid sit maturatio. ℱ Et antequam euacues post maturationē ex subtiliatis in potu tribuere debes sicut aquam ysopi τ hasce τ seminū. ℱ Sꝫ τ in acutis ēt egritudinib⁹ maturationē expectare meli⁹ est: τ ꝑcipue cū quiete fuerint. ℱ Qđ si mobiles fuerint tūc ad euacuandū mām festinare erit melius: q̄m motus eius est maius q̄ꝫ sue eūationis anteq̄ꝫ ipsa sit matura: τ ꝑ p̄te cū humores fuerint subtiles: τ precipue cū in cōcauitatibus venaꝝ fuerint τ nō in membris egredientes. ℱ Cum aūt humor in vno fuerit membro cōprehensus: nullo mō moueatur donec mutetur τ essentiā habeat temperatā vel apostematā quā tu sciuisti in suo loco. ℱ Et silr cum non fuerimus securi q̄ virtus vsq̄ ad maturitatis horaꝫ ꝑduret euacuabimus eam: postq̄ꝫ nobis cauerimus vt eius subtilitateꝫ τ grossitiem sciamus: q̄m si spissa fuerit τ grossa ipsam mouere nō debemus nisi post subtiliationē. Eius vō grossitiem cognoscemus ꝑpterea q̄ fastidiū preteritū iam precessit: aut sub hypocūdrijs dolor extensiuus: aut aduētus apostematis in iterioribus. Qđ aūt magis custodire debemus in hmōi dispōne est habitudo canalium ne ipsi sint clausi: τ post hoc quideꝫ totū tibi possibile erit vt ante maturationē ventrē soluas. ℭ Et scias q̄ materiei euacuatio τ ipsius de suo loco eradicatio est ſm vnum duoꝝ modoꝝ. Unus eoꝝ est ꝑpter attractioneꝫ que fit ad longinquā diuersitatē. Et alter ꝑpter eam que ad propinquā. Et suarum quidem horarum dignior est cum in corpore nullo modo est alicuius materiei repletio. Ponam⁹ itaq̄ q̄ ab ore viri superius multus fluat sanguis: τ ab hemoroidib⁹ mulieris superflue fluat sanguis. Unum itaq̄ duoꝝ faciemus. Aut trahemus ꝑ declina-

tionem̃ que fit ad propinquã diuersitatẽ ⁊ oportebit tunc vt materiaʒ
ad nares declinemus faciendo sanguinẽ ex naribus fluere: ⁊ in altero
ad matricem prouocãdo menstrua. Aut si voluerim⁹ ad longinquaʒ di
uersitatem attrahere euacuabimus in primo sanguinẽ a venis ⁊ locis
que sunt in inferiore parte corporis. ⁊ in secũdo a venis ⁊ locis que sũt
in suprema parte corporis. ¶ Et non opʒ quidẽ vt in duas diametros
prolongationem facias: sed in vna tantũ que sit diameter magis lon-
ginqua. Naʒ si materia fuerit in supremo dextre partis non erit attra-
henda ad infimũ sinistre: imo ad infimuʒ ipsius dextre. Et hoc quideʒ
est illud qđ est magis necessariũ: aut ad sinistraʒ a supremo si fuerit tm̃
longinqua quantuʒ est ab humero ad humerum ⁊ nõ fuerit dispositio
eius sicut dispositio duoꝝ laterum capitis. Materia nãqʒ si in dextra
capitis fuerit: eã ad inferiora ⁊ nõ ad sinistrã trahes capitis. ¶ Cũqʒ
materiam ad longinquũ trahere volueris: loci dolorem prius sedabis
vt ipsius minuatur compressio per attractionẽ: quoniam dolor est tra-
hens. ¶ Cũqʒ ad locum non obedit ad quem ipsam trahis: nõ violen-
ter agas: quoniã qñqʒ violentia illa ipsam mouebit ⁊ subtiliabit: ⁊ non
trahetur ⁊ fiet velocius declinans ad dolentem locum. Et forsitan tibi
sufficiet vt trahas lʒ non euacues: quoniaʒ ipsa attractio eius iter ad
membruʒ ꝓhibet lʒ nõ extrahatur. per ipsaʒ ergo attractionẽ ad inten
tioneʒ perueniemus: lʒ cum ipsa nõ euacuaueris: sed declinatione con
tentus fueris que fit ligãdo membra opposita: aut vẽtosis ⁊ medicinis
rubificantibus: ⁊ ad summũ cuʒ omni qđ dolorẽ efficit. ¶ Ex materijs
autem que ad euacuandũ sunt faciliores sunt ille que sunt in venis: de-
inde ille que in membris ⁊ iuncturis: quoniã quãdoqʒ est difficile eas
extrahere ⁊ euacuare: iđqʒ necesse est vt cum euacuabunt: alie cum eis
egrediant. ¶ Euacuato preterea est necessarium ne properet comedere
nutrientia multa ⁊ mala que natura indigesta trahat. Qđ si aliquid ex
hoc fieri necesse fuerit oportebit vt paulatiʒ ⁊ suauiter fiat donec sit ẜm
ordinem: ⁊ vt sit qđ corpus ingredit digestuʒ ⁊ ꝯueniens. ¶ Minutio
quoqʒ est euacuatio humoribus equaliter augmentatis ꝓpria. ¶ Eua-
cuatio vero humori qui in quãtitate solum augmentat aut corrũpitur
ꝓpria est alia a minutiõe. ¶ Omnis preterea euacuatio que est supflua
ẜm plurimũ febres generat. ¶ Cumqʒ ventris ꝯstrictio qui fluere sole-
bat aliquaʒ egritudineʒ possidere fecerit: illius euacuationis reuersio
ẜm plurimum ipsum medicabitur: sicut ab eo quem constrictio saniei
aurium aut mucoꝝ nariũ vertiginẽ possidere fecit: eius reuersio ipsaʒ
remouebit. ¶ Et scito ꝙ residuũ materiei dimittere qđ necesse erat eua
cuare: minus nocumentuʒ est ꝙ̃ exquisitissime euacuare ⁊ peruenire in
ipsa ad hoc vt virtus terrat: quoniam multotiens natura hoc resoluit
residuuʒ. ¶ Cũqʒ humor illius fuerit generis cuius esse oportet ⁊ eger
tollerare potest: non terreri debes ex superfluitate. Quandoqʒ etiam
contingit cuʒ te euacuare oportet vsqʒ ad lipotomiã. ¶ Cũqʒ alicuius
virtus fortis fuerit ⁊ ipsorum humoruʒ materia multa ⁊ mala ipsam

paulatim euacua. Et similiter cum materia vehemēter fuerit penetratiua aut cum sanguine multū mixta: non poteris ipsam vna vice euacuare sicut est in sciatica ꝛ artetica longi tēporis ꝛ cancro ꝛ scabie antiqua ꝛ carbunculis veteribus. ℂ Et debes scire ꝙ ventris solutio a superioribus trahit ꝛ ab inferioribus eradicat. Duabus ergo attractiōibus est apta conueniēti ꝛ diuerse que etiā post materierū quietē est conueniens. Cum ergo materie fuerint a superioribus ad diuersuꝫ trahet eas: ꝛ ipsas etiaꝫ eradicabit a locis vbi sunt. vomitu vero fit attractio ꝛ eradicatio ecōuerso. Minutionis preterea dispositio diuersificat̄ ſꝫ loca a quibus sanguis accipit̄ sicut sciuisti. Minus itaqꝫ cūctis oībus euacuatione dignus est ille cuius cibus bonus fuerit ꝛ digestio bona. In regionibus quoqꝫ calidis morātes euacuatōe parum indigent.

ℂ De regulis cōibus vomitui ꝛ solutioni ventris qualiter trahit id quod ventrem soluit ꝛ vomere facit. Capitulum. 4.

Oportet vt illius cibus cuius soluēdus est venter aut vomitus prouocādus partiatur vt qđ ei ī vna die sufficiebat multis comedat vicibus. Et vt sint cibi diuersi ꝛ potus etiā diuersi. Ex hac nāqꝫ dispositiōe accidit stomacho vt expellere desideret qđ est in eo superius aut inferius. Ex cibo autem nō diuerso neqꝫ super alium cibum ingrediente stomachus est auarus ꝛ ipsum forti ꝯtinet retentione: ꝛ ꝓpriē si fuerit eius quantitas parua. Mollem vero habēs ventrē nihil ex hoc facere debꝫ. ℂ Et scias ꝙ vomitus ꝛ ventris solutio ꝛ que eis assimilant̄ nō attinent ei qui bono vtitur regimine: qm̄ ille qui bene regitur nō indiget nisi eo qđ sit istis leuius: ꝛ fortasse excusabunt ea exercitiū ꝛ fricatio ꝛ balneū. ℂ Amplius si eius corpus repletū fuerit plurimū talis repletionis qualis est ipsi⁹: erit ex eo qui humoꝛ melioꝛ est. s. ex sanguine. Minutio igit̄ est illud qđ ad ipsum mūdificanđ. erit necessariū: ꝛ nō ventris solutio. ℂ Cum aūt minutio necessaria fuerit ꝛ ventris solutio ex aliquo qđ sit vt heleboꝛus ꝛ violente medicine: a minutiōe incipere debes: qm̄ hoc est ex preceptis Hyp. in libro epidimiaꝝ. hec est veritas: Et similiter si humores fuerint flegmatici cū sanguine mixti. Qđ si viscosi ꝛ frigidi fuerint: fortasse minutio grossitudinē ꝛ viscositatē eis augmētabit. Incipienđ. ergo erit a solutione ventris. Et ad summū si humores fuerint equales p̄mitte minutionē: ꝛ si postea supabūdauerit euacua. Qđ si equales nō fuerint in primis supabundantē euacua humorē. donec equat̄: postea minus. ℂ Et ei qui ante minutionē premiserat medicinaꝫ: cum minutionē p̄mittere debebat: postponat minutionē diebus paucis. Et cui paruū intercessit spaciū ex quo minut⁹ fuit ꝛ euacuatiōe indiget: medicinā sumere est ei ꝯuenientius. ℂ Multotiens preterea ex haustu medicine ille qui minui debebat peruenit ad febreꝫ ꝛ ad estuationeꝫ. Et si ex eis q̄ quiescere faciunt nō quieuerit scias ꝙ minutionē premittere debebat. ℂ Nō oēs preterea euacuatiōes sunt necessarie ꝑꝑ supfluitateꝫ repletionis: imo qn̄qꝫ sunt necessarie ꝑꝑ egritudinis ma-

gnitudinez:ꝛ ꝓpter replectionē ſm qualitatem ꝛ non ſm quātitatem.
¶ Et multotiens quidē eſt euacuatio neceſſaria ſꝫ ſuperuenit aliquid
qđ ꝓhibet. Et non eſt ibi ingeniū niſi in ieiunando ꝛ dormiēdo ꝛ emē-
dando cōplexionis malitiā que ex repletione ꝓuenit. ¶ Amplius eua-
cuationis quidē eſt que eſt ſm modū ꝑſeruationis ſicut indiget ille cui
podagra euenire ſolet ꝛ epilepſia ꝛ reliqua ab eis in hora cognita:ꝛ p-
ꝛie in vere. Ei ergo neceſſariū eſt vt ꝑſeruatione vtaꝛ ante ſuā horam:
ꝛ euacuet ea que proprie in ipſius egritudine ſunt euacuāda:ſiue ſit mi
nutio:ſiue ventris ſolutio. Et fortaſſe deſiccantia exterius apponere ꝛ
medicinas abſtergentes eſt euacuare:quēadmodū hydropiſim patien
tes faciunt. ¶ Qñqꝫ etiaꝫ neceſſe eſt te dare medicinā que ſit ex genere
euacuādi humores in qualitate:ſicut cū ſcamonea eſt tibi neceſſaria ad
euacuādū coleraꝫ rubeā:ei ergo admiſcendū eſt illud qđ ipſaꝫ in qua-
litate diuerſificet:ꝛ in ventrē ſoluēdo cū ea ꝯueniat:ꝛ ipſaꝫ ab euacua-
tione non ꝓhibeat ſicut myrabolani: ꝛ emendeꝛ cōplexiōis malitia ſi
poſt acciderit. ¶ Habentiū quoqꝫ in interioribus apoſtema ventrē ſol-
uere eſt difficile ꝛ facere vt vomant. Qđ ſi tibi neceſſariū fuerit:da eis
qđ ſit ſicut volubilis ꝛ ſemen croci hortenſis ꝛ apozima polypodij ꝛ ca
ſiam fiſtulā ꝛ his ſilia. ¶ Hyp. quoqꝫ inquit. Qui fuerit macer ꝛ fuerit
nature cui vomere ſit facile:melius erit in mūdando ipm vt ad vomitū
adducaꝛ:ꝛ vt ſit hoc in eſtate aut vere aut autūno ꝛ nō in hyeme. Ei vo
qui mediocris fuerit figure ꝯueniētioꝛ eſt ventris ſolutio. ꝙ ſi ſibi eua-
cuatio que ſit vomitu neceſſaria fuerit vſqꝫ ad eſtateꝫ expectet:ab ipſo
tñ ſibi caueat cum eo non indiget. ¶ Uerūtamen anteꝙ̄ ventris fiat ſo
lutio aut vomitus premittenda eſt humoris ſubtiliatio qui eſt euacuā-
dus:ꝛ amplificatio canaliuꝫ ꝛ ipſoꝝ apertio:qm̄ hoc eſt ex eo qđ cor-
pus a pena ſecurū reddit. ¶ Et ſcito ꝙ facere nature conſuetudinem
lenitatis ꝛ obedientie ei quod vis ex ſolutione ventris ꝛ vomitu facili
anteꝙ̄ medicina detur aut vomitus eſt ex regiminibus aperientibus:
¶ Amplius ventris ſolutio ꝛ vomitus cū macredine ventris eſt diffi-
cilis ꝛ laborioſus ꝛ timoroſus. ¶ Medicina quoqꝫ vomitum faciens
quandoqꝫ ſit ventris ſolutiua cum ſtomachus fuerit fortis:aut bibita
fuerit ſuper fortem famem:aut qui eam bibit habuerit paſſionem co-
lericam ꝛ nature lenitatem:aut ſi vomere non ꝯſueuerit:aut ſi medici
na in ſua ſubſtantia grauis fuerit ꝛ velocis deſcēſionis. ¶ Et ventris
ſolutiua facit vomitum:propter debilitatē ſtomachi:aut propter mul-
tam fecis ſiccitatem:aut propterea ꝙ medicina abhorretur:aut pro-
pterea ꝙ bibitor faſtidiuꝫ habere ſolet. ¶ Omnis preterea medicina q̄
ventris eſt ſolutiua cum non ipſum ſoluit aut ſoluit ſed non id quod
eſt maturū:mouet humorē quē dꝫ ſoluere: ꝛ dilatat ipſum in corpore:
ſuperat ergo corpus:ꝛ ꝯuertunꝛ ad ipſum humores alij quare humor
iſte in corpore multiplicaꝛ. ¶ Ex humoribus quoqꝫ eſt qui eſt velocio-
ris obedientie vomitui ſcđm plurimum ſicut colera. Et ex eis eſt qui
vomitui rebellis exiſtit ſicut melancolia. Et ex eis eſt qui inter hoc

⁊ hoc est medius sicut flegma. Et febrem quidem habentis ventrem soluere melius est quam facere vt ipse vomat. Et cuius humor descendens fuerit sicut lienteriam habentis facere vt vomat est inconueniens. ¶ Medicinarum preterea ventris solutionem facientium deterior est que ex medicinis est composita multe diuersitatis in tempore in quo soluendus est venter: quoniam ventris solutio conturbatur: ⁊ post ventrem soluit antequam secundam: ⁊ quandoque prima ipsam secundam expellit. ¶ Amplius qui biberit aliquid ventris solutionem aut vomitum sibi faciens corpore ipsius limpido necesse erit vt ei vertigo accidat aut mordicatio in ventre ⁊ angustia: ⁊ quod ab eo expelletur egredietur cum difficultate. Et ad vltimum quidem dum medicina superfluitates euacuat non erit in ea estuatio. Cumque qui medicinam biberit estuationem habere ceperit iam euacuat quod superfluum non est. ¶ Humor preterea qui vomitu aut ventris solutione euacuatur cum ad alium mutabitur humorem significabit quod iam corpus est mundatum a superfluo humore quem euacuare volumus. Quod si mundificatio vsque ad intestinorum rasuram peruenerit ⁊ ad rem nigram fetidum habentem odorem: erit malum. ¶ Somnus quoque cum post ventris solutionem aut vomitum fuerit multus demonstrabit quod euacuatio iam perfecte mundauit corpus ⁊ contulit. ¶ Et scias quod cum sitis post ventris solutionem aut vomitum fuerit fortis: maximam ⁊ vltimam purgationis bonitatem significabit. ¶ Scito etiam quod medicina ventris solutiua expellit illud quod euacuat cum virtute attractiua que attrahit hunc eundem humorem: ⁊ fortasse attrahit grossum ⁊ relinquit subtilem: quemadmodum facit illa que melancoliam expellit. ¶ Illius preterea verbum qui dicit quod ipsa generat illud quod attrahit: aut quod in primis attrahit quod est subtile: non est aliquid. Et G. quidem licet hoc sentiat penitus tamen dicit quod medicina ventris solutiua in qua non est ventositas cum ventrem non soluerit ⁊ digeretur generabit humorem quem attrahere solebat: Sed huiusmodi dicta non sunt conuenientia. Et videtur quidem quod G. ex hoc quod certificat sentiat quod inter attrahentem medicinam ⁊ humorem attractum sit conuenientia in substantia: ⁊ propter hoc attrahit ipsum. Sed hoc non est verum: quoniam si attractio fieret cum conuenientia: ferrum attraheret ferrum cum ipsum superaret: ⁊ aurum attraheret aurum cum ipsum superaret quantitate sua: hoc tamen certificare non est medici. ¶ Et debes scire quod humorum attratio que fit potu medicinarum soluentium ventrem aut vomitum facientium non est nisi in venis in quibus venerunt donec ad intestina perueniant ⁊ stomachum. ⁊ hic natura mouetur ad hoc vt eos expellat extra. Et raro quidem accidit vt cum ventris solutiuum bibitur ad stomachum ascendant: ⁊ si ascenderint ad vomitum declinabunt. Quod autem ad stomachum ascendere non dimittit non est nisi propter duas causas. Una que est quoniam medicina ventris solutiua velociter penetrat ad intestina. Et altera est quoniam cum medicina ventris solutiua bibitur. nam properat ad hoc vt ex venis mesaraicis ad inferiora expellat ⁊ non ad superiora: quoniam hoc propinquius est ⁊ facilius: ⁊ quia illud quod est post eas non etiam ipsas comprimit: ⁊ hoc quidem est ex eo quod naturam mouet vt ex propinquioribus expellat vijs. Quod si medicina virtutem haberet attractiuam

que humorem comitaret ēt natura virtutis expulsiue magis digna vt in sano ꝛ forti superet: lꝫ medicina nō attrahat nisi ad viam signatā. ¶ Medicine vero vomitum faciētis dispositio est diuersa ab hoc qm̄ cum in stomacho fuerit in eo morabit ꝛ humorē ab itestinis ad seipsaꝫ attrahet:ꝛ sua virtute supat ad resistenduꝫ virtuti naturali. ¶ Et scias ꝙ plurimū attractōis humoꝝ quos medicine attrahunt nō est nisi ex venis:ꝛ ex eo qđ est multe ꝓpinquitatis:qm̄ attractio fit in venis ꝛ in eis que nō sunt vene sicut humores qui sunt in pulmone qui ꝓpter vicinitateꝫ ad stomachuꝫ ꝛ intestina trahunt lꝫ in venis nō vadāt. ¶ Et debes scire ꝙ attractio que fit per nares ex medicinis siccis est cā euacuandi humores a corpore sicut in hydropisi.

¶ De sermone purgatōis vētris ꝛ regulis eius. Capl'm. 5.

Iam in precedenti sermone ostendimus quō sit corpus preparādū ad recipiēdum id qđ ventrem soluit anteꝙ̄ purget cum amplificatione poroꝝ ꝛ lenificatione nature ꝛ proprie in egritudinibus frigidis:ꝛ ad summū naturā mollificare anteꝙ̄ venter soluat est competēs regula in qua existit securitas: nisi in eo qui colerice passioni valde est aptus:ex hoc nāqꝫ nihil isti est faciēdum qm̄ esset cā superfluitatis que ei accidet. ¶ Solutorio nāqꝫ vētris alicuius talis qualis ē iste res admiscenda est in qua sit virtus vomitiua:ne ꝓperet descēdere de stomacho anteꝙ̄ suaꝫ perficiat operationeꝫ:imo equent in ipsa duaꝝ medicinaꝝ virtutes:ꝛ perficiat ventris solutiua operationē suam ꝛ vomitiua suam ecōuerso illius. ¶ Trauli quoqꝫ sunt ex eis qui colerice passioni sunt apparati. Forteꝫ igitur nō tollerant medicinā. Ipsoꝝ tamē plurimi colericā incurrunt passionē ex reumatismis suoꝝ capitum. ¶ Ex cā preterea timorosa est vt medicina ventris solutiua sumat fece i intestinis existente sicca:imo expellenda est saltem cum clisteri aut sure mollificatiuo. ¶ Balneū quoqꝫ ingredi anteꝙ̄ ventris solutio fiat aliquātis diebus est ex eis que bene preparant:nisi aliquid ꝓhibuerit. Et opꝫ qdem vt inter balneū ꝛ haustum medicine paruū interueniat tp̄s. Post medicinā quoqꝫ nō ingrediat quis balneum:qm̄ trahit materiam ad exteriora:ꝛ neqꝫ est bonū nisi ad ventrem cōstringendū p̄ter in hyeme q: nō est timēdū primā balnei casaꝫ ingredi tali mō ne calor sit vllo mō impediēs ad attrahendū:sed sit ad mollificandum. Et ad vltimuꝫ opꝫ vt aer illius qui pharmaciā bibit sit caliditatis pauce ne sudorem faciat neqꝫ turbationem:qm̄ hoc est ex preparatorijs. Fricatio quoqꝫ ꝛ ex oleis inungi est similiter ex preparatorijs. Cum autem aliquis medicine assuetus non est neqꝫ eam bibit melius est medico vt sibi caueat ne ventris solutiua violentas virtutes habentia ei tribuat. ¶ Fastidiū vero habentibus ꝛ humores viscosos ꝛ in hypocūdrijs tēsionem:aut qui in suis interioribus habet inflāmationem aut oppilationes nō est dandum aliquid donec ista rectificent nutriētibus mollificantibus ꝛ balneo ꝛ requie ꝛ dimissione eius qđ mouet ꝛ eius qđ inflāmat. ¶ Illis vero qui stantes bibunt aquas ꝛ habētibus splenes

fortis medicine sunt necessarie. ¶ Cūqꝫ aliquis medicinā ventris solu-
tiuam biberit: melius erit ei si medicina fuerit fortis vt super eam dor-
miat anteq̄ operetur: qm̄ operabitur melius. Et si debilis fuerit meli⁹ erit
ei ne sup eam dormiat: qm̄ natura digeret medicinā. ¶ Cūqꝫ medicina
operari ceperit melius erit ei ne sup eam dormiat quocūqꝫ mō fuerit.
¶ Amplius cum aliqs medicinā bibit nō illico sup eam se mouere dꝫ
sed dꝫ super eam quiescere: vt ipsaꝫ natura circūdet ⁊ in ea operetur: qm̄
nisi natura in ipsa operata fuerit nō operabitur ipsa in naturā. ¶ Odores
quoqꝫ nauseam ꝓhibentes olfacere dꝫ sicut est odor mente ⁊ rute ⁊ apij
⁊ cytonioꝝ ⁊ boli corasceni aqua rosacea ⁊ pauco aceto aspersi. Et si ex
odore medicine quis exterritur cum medicinā bibit nares ꝯstringat. Et
qui medicinā abhorret dꝫ masticare paꝝ ex tarchon: ideo vt sui oris vel
odoris virtus stupida fiat. Quod si vomere timuerit extremitates cō-
stringat ⁊ cum ipsaꝫ biberit desup rem stipticaꝫ bibat. ¶ Medici p̄te-
rea pillulas quas ei daturi sunt qn̄qꝫ in melle voluūt: ⁊ qn̄qꝫ super eas
ꝓijciunt mel coctum aut zuccaꝝ coctū donec eis inde faciunt tunicaꝫ.
Et eo quoqꝫ ingenium vtile est vt super eas ponatur cera ⁊ pauco oleo
mollificata. Et ex eo quod magis cōueniens ingeniū est vt os aqua aut
alia re impleatur: deinde pillule sicut sunt bibantur sup ipsaꝫ: aut q̄ aliquo
hoꝝ ingenioꝝ aptate fuerint: transglutientur itaqꝫ oēs ita ꝙ medicine
operatio nō cognoscetur. Et opꝫ vt apozīa tepidum bibatur ⁊ pillule cuꝫ
aqua tepida sumantur. ꝑ Frigidi p̄terea stomachus ⁊ pedes calefaciēdi
sunt. Cūqꝫ ipsius anima sedata fuerit ambulet ⁊ moueatur paulatiꝫ: qm̄
motus hic est iuuatiuus. Et interpositione horaꝝ ex aqua calida tantū
bibat ꝙ medicinā nō liquefaciat ⁊ expellat ipsam ⁊ eius debilitet vir-
tutem nisi fuerit in hora qn̄ necesse est vt vētris stringatur solutio. In po
tu quoqꝫ aque calide malitie medicine existit debilitatio. ¶ Qui autē
medicinā bibere voluerit calide existens cōplexionis ⁊ debilis stoma-
chi: erit ei melius vt eam bibat postq̄ prius biberit aliquid qđ sit sicut
aqua ordei: aut succus granati: aut vt vēr dicam cum stomachus rece-
perit nutriens subtile ⁊ leue. Sꝫ qui nō ita fuerit erit ei melius vt eam
ieiunus bibat. ¶ Plurimi p̄terea qbus datur medicina ventri soluti-
ua in estate ex ea perueniūt ad febrem. ¶ Oportet ergo ne medicine po
tator comedat vel bibat donec medicina suam perfecerit operationeꝫ:
neqꝫ etiam quādiū medicina operatur dormiat nisi voluntas affuerit vt
restringatur. Quod si ipsius stomachus nō tollerauerit ne comedat ꝓ-
pterea ꝙ stomachus eius ē colericus ⁊ cito descendit ad ipsuꝫ colera:
aut ꝓpterea ꝙ a comestione vehementer abstinuit ⁊ famem tollerauē
rit: detur ei parum panis infusi pauco vino super medicinā anteq̄ vē
ter soluatur: qm̄ hoc est ex eo qđ medicinā fortasse adiuuat. ¶ Oportet
preterea ne anus aqua frigida lauetur sed cum calida. ¶ Quidā etiaꝫ
dixerunt ꝙ pillule que sunt cum apozimatibus dande: sunt dande cū
apozimatibus que sunt cum eis hōgenea. Pillule nāqꝫ que colerā ex-
pellunt rubeam cum apozimate dande sunt alicuius qđ sit. verbigrā.

ſicut fumus terre. Et que melancoliā euacuant cum apozimate alicu-
ius qđ ſit ſicut epithymū aut polypodiū aut his ſimile. Et que flegma
expellunt cum apozimate alicuius qđ ſit ſicut centaurea. ¶ Cum aūt
euacuare volueris corpus ſiccum carnē habens durā medicina forti
ſicut helleboro ⁊ his ſimilibus: vehementer ſtude in humectādo ipſum
nutrientibus vnctuoſis. Et ad vltimū cum fortes medicine multi ſint
timoris tales vt qualis eſt helleborus: qm̄ in corpore mūdo efficit ſpaſ-
mum: ⁊ repleti corporis cōmouet humiditatē motu turbido: ⁊ ad inte
ſtina trahit illud qđ ei difficile eſt expellere. Et titimalli venenoſi ſicut
mezerion ⁊ ſcebram: ⁊ earum impedimentum cum ſuperant remouet
raib. ¶ Amplius medicina multotiens ſuum odorem in ſtomacho di
mittit. eſt ergo ſicut ſi medicina ibi remanet: cuius medicamē eſt aqua
ordei que ipſum lauat: que quidē melior exiſtit eorum que in potu ſumunt.
¶ Cūqz tempus prolongabit ⁊ medicina operari nō ceperit: ſi alleuia
tio fieri poterit vt nihil moueatur fiat. Quod ſiquid affuerit timoris
melius erit vt hydromel traijciat aut eius ſirupum aut aquam in qua
vitrum reſolutum fuerit aut ſubijciatur ei collyriū aut fiat ei cliſtere.
¶ Ex cauſis vero propter quas medicina nō operat eſt cānalium coan-
guſtatio de natura: aut propter cōplexionē aut propter egritudinis vici-
nitatem. In habētibus enim paralyſim aut apoplexiam medicinarum vie
ad ſuas materias coanguſtant: accidit ergo vt difficile ſit facere qua-
tenus venter eis currat. ¶ Duas preterea medicinas ventrē ſoluentes
in vna die coniungere eſt timoroſum ⁊ extra rectitudinem. ¶ Omnis
quoqz medicina que alicui humori eſt propria cum ipſum non inuenit
perturbat ⁊ ventrem cum difficultate facit: ⁊ ſimiliter ſi ipſum in ſuo
contrario infuſum inuenerit. ¶ Omnis preterea medicina humorem
in primis extrahit qui eſt ei proprius: deinde illum qui eſt poſt ipſum in
multitudine ⁊ ſubtilitate: ⁊ reliquos ſcđm hunc ordinem: preter ſan-
guinem: quoniam natura vſqz ad poſtremum eum retinet ⁊ recon-
dit: humorem vero ex longinquo attrahere eſt difficile. ¶ Amplius cum
timor affuerit ne nauſea aut ſincopis alicui accidat poſtquam me-
dicinam biberit oportebit fieri vt antequam medicinam bibat tri-
bus diebus aut duobus cum aqua raphani vomat ⁊ vt raphanum co
medat. ¶ Oportet preterea ne multum ſalis ſit in cibis eius qui medi-
cinam vult bibere. ¶ Multotiens quoqz ex hauſtu medicine peruenit
ad nauſeam ⁊ anguſtiam ⁊ ſincopim ⁊ tremorē cordis ⁊ ventris mordica
tionem: ⁊ proprie cum non ſolutionem fecerit aut ſudorem. Multotiēs
preterea eſt nobis neceſſarium vt eum faciamus vomere. Et multo-
tiens excuſat nos ab hoc dare ei retentiua: ⁊ facere vt aquam ordei
bibat quatenus venter ſoluatur: ⁊ medicine malitia remoueatur: ⁊ qđ
in inteſtinis retentum fuit lauetur. ¶ Ille vero cuius complexio fue-
rit frigida ⁊ ſuper alios humores fuerit flegma ſuperabundans debz
ſumere poſt medicinam ⁊ ipſius operationē naſturtiū aqua calida ab-
lutum cum oleo. Et qui calide fuerit complexionis pſilium bibat cum

aqua frigida ꝛ oleo violaceo ꝛ zuccaꝝ tabarzet aut iuleb. Et ille quidē qui temperate est cōplexionis semen lini. Ei aūt qui excoriatōēz timuerit intestinoꝝ bolum armenū cū succo granati def. Sumere ēt dz quicquid diximus post fluxū ventris ꝛ si nō ipsum retinebit. ¶ Omni preterea pharmaciā bibenti cui postea aduenit febris melior est aqua ordei. Sirupus vo acetosus est excoriatiuus: ꝛ iō tardandus est vsqꝫ ad duos dies aut tres donec in intestinis sua redeat virtus. ¶ Ille quoqꝫ q medicinā bibit scḋa die est balneū intraturus. Et si ex humoribus ipsius aliqd relictū fuerit balneū ipsuz mūdare poterit. Naz si videris ꝙ balneum sit ei sapidum ꝛ in ipso delectef erit hoc signū ꝙ balneū ipsum ab eo qḋ relictū est mūdificatu ipsuz quoqꝫ in eo dimitte. Qḋ si inueneris ꝙ in ipso non delectef: imo in eo extuationē patiatur expelle eum. ¶ Scias preterea ꝙ ei qui intestinoꝝ patif debilitatē plerūqꝫ ex medicinis ventrem soluentibꝰ aduenit vētris solutio fortis: ꝛ ꝓlongabif ei res: ꝛ multis indigebit medicinis donec retineaf. ¶ In senibus ēt silr timetur ex vētris solutione ipsius nocumētū. ¶ Et scito ꝙ ex potu nabit post medicinas vētris solutiuas ad febres peruenif ꝛ ad extuationem. ¶ Post solutionē quoqꝫ ventris ꝛ minutionē multotiēs in epate aduenit dolor quem aque calide potus remouet. ¶ Et scito ꝙ tps quo maior canis ascēdit ꝛ frigoris fortis nō est tēpus sumendi medicinam. Medicina enim in vere aut autūno est bibenda. Et ver quidē est cum niues de mōtibꝰ cadunt. Et post ver qdē venit estas in q̄ nō est sumēda nisi res modica vel subtilis. Autūnus vero est veri contrarius. ¶ Amplius nature nō est facienda ꝯsuetudo bibendi medicinā cum qua necesse sit mollificare ventrem: qꝛ fiet ꝯsuetudinaria: ꝛ hoc habens ad impedimentuz male finis perueniet. ¶ Unūquēqꝫ etiam qui fuerit sicce cōplexionis deijcit fortis medicina. ¶ Oportet ꝑterea vt super debilez medicinā ex motu minuaf ne eius virtus resoluatur. ¶ Ex medicinis quoqꝫ debilibus bn̄dictis sunt viole cum zuccaro. ¶ Et ille cui in hyeme necessariū fuerit medicinā bibere ventum obseruet meridionalem. Et in estate dixerunt quidaz eoꝝ ecōuerso: ꝛ hoc qdem diuisionem hꝫ. ¶ Eger cum debili indiguerit solutione ꝛ nō operabif nō magis moueatur sꝫ dimittaf. ¶ Egritudo quoqꝫ multotiēs ebullire facit vētris solutionē ꝛ accidit febris. Et est cum minutio sufficit.

¶ De superfluitate medicine ventrez soluentis: ꝛ de hora cōstringendi eam. Capitulum. 6.

Ex significationibus quibus cognoscif hora qua est catharticum ꝯstringēdū est sitis. Cū ergo ventris solutio pseuerauerit ꝛ sitis nō acciderit: nō erit timēdum ꝙ supfluitas peruenit. ¶ Uerumtn̄ sitis qn̄qꝫ accidit ꝛ nō ꝓpter multitudinē solutionis ventris: neqꝫ pp eius superfluitatem. Immo pp cām dispōnis stomachi: qm̄ si fuerit calidus aut siccus aut vtrūqꝫ faciet cito sitim. Aut pp cām dispōnis medicine cum fuerit calida pungitiua. Aut pp cām materiei in se ipsa: qm̄ cum fuerit calida sicut colera: aut in talibus quales sunt cause hmōi: n̄ erit

lõge qn festina veniat sitis. Et si cũ hoc harũ rerum accidit cõtrarium nõ erit longe quin penitus sitis cũ tarditate veniat. ❡ Cũ ergo videris ꝙ sitis iã superfluit: ⁊ ꝙ ventris solutio non sit pauca cõstringe: ⁊ precipue cũ cãe festinatiõis sitis ⁊ velocitatis ipsius non fuerit in ventre: qm̃ in huiusmodi nõ debes tardare cõstrictionẽ cum sitis apparuerit. ❡ Quãdoqȝ etiam exitus eius qđ egredit est demonstratiuus hore cõstringendi. Qui enim colerã expellit rubeam cum viderit ꝙ iam peruenitur ad flegma sciat ꝙ iam medicina superflue operat: ⁊ quãtomagis si ad coleram peruenitur nigram. Sanguis vero maioris ẽ timoris ⁊ deterioris periculi. Et sicut propter medicinã mordicatio superuenerit cõsiderandũ erit illud qđ in caplo de mordicatiõe diximus.

❡ De modo succurendi dispositioni eius in quo superfluit ventris purgatio. Caplm. 7.

Inanitio superfluit: aut ꝓpter venarũ debilitatẽ: aut ꝓpter orificiorũ ipsarũ amplitudinẽ: aut ꝓpterea ꝙ pharmacia earum pungit orificia: aut ꝓpterea ꝙ ex ea cõplexiõis malitia corpori acquisita fuerit: aut ex ea que est sicut ipsa. Cum ergo ventris purgatio superfluit liga extrema superius ⁊ inferius incipiens ab ascellis ⁊ inguinibus descẽdendo ab eis. Et in potu parum tyriace aut filonij tribue. Et si poteris fac ipsum sudare in balneo aut vapore aque calide sub pãnis suis capite exteri⁹ tracto. ❡ Cũqȝ multũ sudauerit ꝯstrictiua ad potãdum da ei ⁊ fricet. ❡ Et fiant ei epithimata ex rebus bene redolẽtibus ex aq̃ myrtorum ⁊ sandalis ⁊ cãfora ⁊ succo fructuũ. Membra ꝑterea ipsius extrinseca fricare debes ⁊ calefacere ventosis cũ igne sub hypocundrijs prius positis ⁊ inter spatulas ipsius. ❡ Qđ si tibi necesse fuerit stomacho ipsius ⁊ itestis supponere empl'a ex ordeo fracto ⁊ aquis stipticis fac: silr ex oleis oleo de cydonijs ⁊ oleo de mastice. ❡ Ipse preterea ab aere frigido ẽ separãdus: qm̃ ꝑmit eũ ⁊ ipsius resoluit ventrẽ. ⁊ ab aere calido: qm̃ ipsius laxat virtutez. ❡ Confortari quoqȝ dȝ ex rebus bene redolẽtibus ⁊ ex stipticis ad traijciendũ ei dandũ ⁊ ex tortellis in vino suauiter redolẽte. Oportet tñ vt sint calide: ⁊ vt panis cũ succo granati iam ꝓcesserit: ⁊ similiter asanguicha ⁊ cortices papaueris albi triti. ❡ Ex eo quoqȝ exptum est vt grana nasturtij pondere triũ. ʒ. sumant ⁊ torrefiant: deinde in adhoc coquant donec coagulent ⁊ ad bibendum tribuat: est nãqȝ vltimũ in bonitate. ❡ Oportet ꝑterea vt eius nutriens sit stipticũ infrigidatũ cũ niue quale est qđ fit ex succo vue acerbe ⁊ sibi simlib⁹. ❡ Ex eo ẽt qđ in retinẽdo solutionẽ iuuat est vt vomitus ꝓuocetur cũ aqua calida: ⁊ eius ẽt extrema in ea mittant. Et nõ infrigides ea. ❡ Cũ aũt alicui eoꝝ sincopis supuenerit da ei vinum ad potanduȝ. Et si hoc totuȝ cõtulerit tribue ei in fine rei narcotica ⁊ medicamenta fortia nota q̃ sunt in ca. de prohibitione fluxus ventris. ❡ Medico vero est vtilius vt preuisor existat in preparando trociscos ⁊ pulueres ponticos anteq̃ sit hora: ⁊ vt etiam sit preuisor ⁊ in enematibus ⁊ ipsorum instrumentis.

¶De eo qui bibit medicinam ꝛ non solutus fuerit. Capitulum.8.

Cum pharmacia solutionē non fecerit ꝛ fecerit mordicationem ventris ꝛ angustiam in ipso ꝛ qui sumpsit ipsaꝫ extuauerit ꝛ scotomabitur ꝛ dolebit caput ꝛ patietur alices ꝛ oscitationes: succurrere debes cum enemate ꝛ collyrijs siccis.¶ Et ipse quidem bibat masticis.ʒ.iij.in aqua tepida.¶ Medicina quoqꝫ quādoqꝫ operatur ꝓpter stipticorum bibitionem ꝛ comestionē taliuum qualia sunt cydonia ꝛ maciana propterea ꝙ os stomachi comprimūt ꝛ quod sub eo existit ꝛ propter quod nauseam sedant ꝛ medicinaꝫ a suo motu qui est ad superiora violenter ad partem mouent inferiorem: ꝛ propterea ꝙ nature vim inferunt.¶ Quod si enema nō iuuerit ꝛ mala superuenerint accidentia extensionis corporis ꝛ oculi exierint extra ꝛ fuerit motus ad supiora: necessaria erit minutio.¶ Et cum medicina ventrem non soluerit ꝛ mala eam nō secuta fuerint accidentia: melius etiam erit vt ipsam consequatur minutio saltem post duos dies aut tres. nam nisi hoc factum fuerit timendum est in ipso ne humores ad vnū principalium membrorum moueantur.

¶De dispōnibus medicinaꝝ ventrem soluentiū. Caplm.9.

Medicinaruꝫ ventrem soluentiū quedam sunt quarū malignitas magna est sicut heleborus niger ꝛ turbit cum nō fuerit bonum: imo fuerit ex genere ipsius quod est citrinum. Et agaricū cum nō fuerit albū ꝛ purum: imo nigredini attinuerit. Et sicut laureola. Et qr res iste male sunt: tūc si bibite fuerit ꝛ mala inde accidētia ꝓuenerit meliꝰ erit vt medicina a corpore expellat quāto plus possibile fuerit vomitu aut purgatōe ꝛ medicet cum tyriacha. Multaꝝ preterea earum remoueatur malia ꝛ cōturbatio quā faciūt aīe dando in potu aquam vehementer frigidam: ꝛ sedendo in ipsa sicut turbit citrini putridi. Omnis quoqꝫ res que acuitatē frangit glutinatiōe ꝛ lenificatiōe ꝛ vnctuositate in qua sit dulcedo ad hoc cōfert.¶ Quedā etiam medicinarum qnqꝫ aliquibus ꝓportionales existunt cōplexionibus: ꝛ alijs non conueniūt. Scamonea nāqꝫ in eos qui in frigidis morant regionibus nō opatur nisi debiliter: nisi magua inde detur quātitas: sicut ē mos eius in terra turchorū. Et qnqꝫ est necessariū quibusdam corporibus in aliquibus regionibus ne medicinaꝝ corpora dent: sed virtutes earū tātū. ¶Et est necesse etiā vt medicinis soluentibus ventrem bene redolētes medicine misceant: ꝓpterea vt membrorū virtutes eis conseruentur. ¶Medicine quoqꝫ cordis ad hoc iuuamentū cōferunt: ꝓpterea ꝙ spiritum animalē in vnoquoqꝫ membro cōfortant. Plurime quoqꝫ earū subtilitate sua ꝛ facilitate iuuant. ¶ Due preterea medicine quandoqꝫ coniunguntur: quarum vna suum humorem cito expellit: ꝛ altera tarde. Una ergo suam operationem efficiet postquam ipsa iam alterā etiam in suo humore compressit ꝛ operabitur in ipsam ꝛ eius debilitabit virtutē. Cumqꝫ secunda post operari ceperit erit debilis virtutis mouens ꝛ non perficiens: quare erit aliquid ei admiscendum quod ip

tam facilem reddat ꝛ festinare faciat: sicut zinziber turbit: quoniam ipsum stupefieri nõ pmittit: ꝛ similiter fiet si eas bene sciueris permiscere. ¶ Amplius cõsiderare debes principia q̃ in virtutibus medicinarum ventris solutiuaꝝ declarauimus cũ locuti fuimus de principijs vniuersalibus medicinaꝝ simpliciũ. ¶ Medicina preterea solutionẽ faciens plurimũ operabitur illud soluẽdo proprietate sui: sicut turbit. Et plerumqꝫ efficit illud exprimẽdo sui proprietate: sicut myrabolãi. Et quandoqꝫ operatur illud lenificando proprietate sui: sicut siracost. Et quandoqꝫ opatur id lãbificando: sicut mucilago psilij ꝛ pruna. ¶ In pluribus quoqꝫ violẽtarum medicinaruꝫ existit aliqua venenositas ꝛ solutionem ventris efficiunt ẜm modum quo nature violẽtia infertur. Ipe igitur sunt aptande medicinis in quibus existunt bezariati. ¶ Plerũqꝫ etiam adiuuãt amaritudo ꝛ acuitas ꝛ ponticitas ꝛ stipticitas ꝛ acetositas in opationibus medicine cum eius proprietas ei presens affuerit. Amaritudo nãqꝫ ꝛ acuitas in resoluendo iuuant. Et ponticitas ꝛ stipticitas in premẽdo. Et acetositas in incisionẽ faciẽdam q̃ ad labẽdũ preparat. ¶ Amplius quod labere facit non est coniungẽdum ei qđ in premẽdo iuuat taliter vt sint eorum equales virtutes. Immo melius est in hmõi vt vnum post aliud tardetur: vt sit. verbigfa. vna duarum medicinaruꝫ q̃ lenificat prius suam pficiens opationẽ ꝙ ea que premit: deinde adueniat expressiua ꝛ expellat quod lenificatum fuit. Et in reliquis ẜm hanc considerationem.

¶ De eo quod ex hoc capitulo in alijs locis inquirendum est. Capitulũ. 10.

Medicine ventris solutiue ꝛ lenificantes que bibuntur ꝛ epithimantur ꝛ reliqua ab eis: in nostro antidotario sunt relinquende. Et ẜm etates vniuscuiusqꝫ etiam medicinarum simplicium melioratio. Et qualiter sit ei succurrendum. Et quomodo sit ei in potu tribuenda: in medicinis requiratur simplicibus. Pillule preterea ad bibendum dande non sunt postquam desiccate sunt ꝛ facte fuerint vt lapides. Neqꝫ etiam cum sunt molles: ne penetrent ꝛ retineantur. Sed sint sicut quando siccari ceperint: ꝛ a digitis cedãt si cõprimant.

De vomitu. Capitulũ. 11.

Homines qui sunt remotiores ab hoc vt medicus eos vomere faciat leuiter: aut propter naturam sunt homines qui pectus habent strictũ ꝛ qui male anhelant: ꝛ qui ad sanguinem spuẽdũ sunt apti: ꝛ homines colla habentes gracilia: ꝛ apostematibus que in ipsoruꝫ nascuntur gulis apti: ꝛ stomachos habentes debiles: ꝛ multum pingues: quoniam istis cõuenientius est vt venter soluatur. ꝛ macris melior est vomitus colere ipsorum aptus. Aut propter vsum homines quibus difficile est vomere neqꝫ vomendi habẽt cõsuetudinem: qm̃ si istis vomitus pꝛouocatus fuerit fortibus vomitibus non remanebit quin ipsorũ vene in mẽbris anhelitus scindãt ꝛ pueniãt ad pthisim. Cũ aũt alicuius res qualis sit ignorabit vomitibus leuib⁹ prius erit expiendus qui si ei

fuerint faciles erimus ei fortes ausi dare sicut illum qui fit ex helebo-
ro ꝛ sibi simile. ¶ Et si nõ oportuerit vt fiat quatenus vomát: aut fuerit
vnus cui necessariũ erit dare vomitũ ꝑpara ipsuz ante ꝛ fac ei cõsuetu-
dinẽ ꝛ mollifica ipsiꝰ nutriẽtia ꝛ fac ea vnctuosa ꝛ soluta ꝛ fac eũ qescẽ
ab exercitijs ꝛ postea da ipsuz ei. Et da in potu vnctuosa ꝛ olera cũ vi-
no: ꝛ ad comedẽdũ da ei, anteq̃ȝ vomat nutriẽtia bona: ꝛ ꝓprie si vomi-
tus fuerit difficilis: qm̃ fortasse nõ vomet ipsuz: ĩmo nã euz retinebit: ꝛ
meliꝰ est vt bonũ retineat q̃ȝ malũ. ¶ Cũq; post cibũ quẽ comedit cã vo-
mẽdi vomerit tardet comestionẽ donec fames sit fortis. Et seda sitiz eiꝰ
cũ aliquo qḋ sit sicut sirupus macianoꝝ sine aqua: ꝛ nõ cũ iuleb neq; si-
rupo acetoso: qm̃ vomere faciũt. ¶ Cibꝰ aũt q est ei vtilis ẽ pullus in car
dabẽ ꝛ tres phiale vini post ipsuz. ¶ Et ille qdẽ qui acetosum vomerit
ꝛ nõ ꝯsueuit ꝛ in pulsu aliqḋ signũ febris habuerit: comestionẽ vsq; ad
mediũ diẽ tardet ꝛ ante ipsaz aquã calidã rosaceã bibat. ¶ Cui aũt acci
derit vt colerã vomat nigrã: ipsiꝰ stomacho spõgia aceto calido infusa
supponaꝛ. Et meliꝰ quidẽ ẽ vt sit cibꝰ qui ad vomeñ. sumiꝛ diuersus qm̃
cũ est vnꝰ q̃ñq; ipsuz amplectiꝛ stomachus ꝛ in dimittẽdo ipsuz fit aua
rus. Post vomitũ aũt ipsiꝰ supfluũ ꝯferũt aues pue ꝛ pulli cũ ambula-
re incipiũt: ossa tñ suaꝝ extremitatũ nõ comedat: q: sunt grauia ꝛ in sto
macho tardanꝛ. Et fac eũ ingredi balneũ. ¶ In hora aũt vomẽdi cur-
rat ꝛ exerciteꝛ ꝛ fiat vt laboret post vomat: sitq; hoc in media die. ¶ In
hora pterea vomẽdi oȝ vt oculi ligenꝛ suppositis pilˀ duabꝰ: deiñ venter
leui fascia tẽperate fascieꝛ. ¶ Res quoq; q̃ vomitꝰ sunt ꝑparatorie sunt
eruca ꝛ raphanꝰ ꝛ carica ꝛ calamẽtũ mõtanũ ꝛ recẽs ꝛ cepe ꝛ porri ꝛ a q̃
ordei cũ fece sua ꝛ melle ꝛ pultes fabaꝝ cũ dulcedine ꝛ vinũ dulce ꝛ nu
ces cũ melle ꝛ q̃ sũt eis silia: ꝛ micla q̃ facta ẽ ex pane azymo ꝛ oleo: ꝛ me
lones ꝛ cucumeres ꝛ eaꝝ seia: aut aliqd ex eoꝝ radicibꝰ tritis ꝛ in aqua
infusis cũ dulcedine ꝛ hermodactili ꝛ raphanꝰ. ¶ Qui aũt vinũ bibe-
rit inebriãs ad hoc vt euomat nõ incipiat vomere donec adhuc paꝝ bi
bat s; bibat multũ. ¶ Suchaha quoq; cũ bibita fuerit cũ melle post bal
neũ faciet vomere ꝛ soluet ventrẽ. ¶ Amplius q vomere voluerit non
fortiter masticare dȝ ꝓpe ipsuz. ¶ Cũq; aũt aliqs fortẽ vult vomituz su-
mere: sicut q fit ex heleboro: ipm̃ bibere dȝ nisi fuerit qḋ ꝓhibeat ꝛ post
duas horas diei ꝛ postq̃ȝ stercus ab intestinis exierit. Et si cuz pẽna vo-
merit bñ erit. Et si nõ: moueaꝛ parũper. Et si nõ: in balneũ mittaꝛ. Pẽ-
na quoq; qua fit vomitꝰ inũgẽda est ex aliquo qḋ sit sicut oleũ sisaminũ
Quod si incẽsio acciderit ꝛ angustia stomachi deꝛ in potu aqua calida
ei aut oleuz: qm̃ aut vomitũ faciet aut ventrem soluet. ¶ Ex eo preterea
qḋ ad hoc iuuat est stomachi ꝛ extremoꝝ calefactio: quoniã hoc nau-
seam facit. ¶ Cumq; medicinã vomere faciẽs preparauerit ꝛ suam ince
perit operationez vomitoꝛ quiescere debet. Et odores bonos olfacere.
Et eius extrema comprimendo sunt fricanda. Et parum aceti est ei in
potu tribuendum. Et comedat maciana ꝛ cidonia cuz pauco masticis.
¶ Et scito q̃ motus facit magis vomere ꝛ quies minus. ¶ Et estas ꝛ tẽ

pus magis conueniens vel quod eſt dignius vt in ipſo fiat vomitus.
¶ Quod ſi alicui neceſſarius fuerit ⁊ non fuerit figure ipſius cōueniēs
eſtas erit dignioꝛ hoꝛa vt in ea concedatur. ¶ Et finium vomitus lon-
ginquioꝛ ſm modum purgationis prime eſt ſtomachi ſolius ⁊ non in-
teſtinoꝛum. Et ad modum quidem purgationis ſecunde capitis ⁊ to-
tius coꝛpoꝛis. Ipſius vero attractio ⁊ eradicatio eſt ab inferioꝛibus.
¶ Et tu quidem cognoſces vomitum conferentem ab eo qui non fecit
iuuamentum: ex eo ꝙ ipſum ſequitur alleuiationis ⁊ deſiderij boni ⁊
anhelitus ⁊ pulſus bonitas: ⁊ ſimiliter ex diſpoſitionibus aliarum vir-
tutum. eius autem inceptio eſt nauſea. ¶ Et deterius quidem malum
quod efficit eſt moꝛdicatio foꝛtis in ſtomacho ⁊ aduſtio ſi medicina fue
rit foꝛtis ſicut heleboꝛus: ⁊ quod ex eo fit quoniam incipit a ſaliua que
fluit: deinde ſequitur ipſam vomitus multi flegmatis multotiens poſt
quem ſequitur vomitus rei liquide tenacis. ¶ Moꝛdicatio quoqꝫ ⁊ do
loꝛ erunt manſiui ita ꝙ alia accidentia non mutentur niſi in nauſeam
⁊ anguſtiam: ⁊ quandoqꝫ ſoluitur etiam venter poſtea in hoꝛa quarta
incipit quieſcere ⁊ ad requiem declinat. ¶ Malum autem eſt vt vomi-
tus non perueniat ⁊ magnificetur anguſtia ⁊ accidat tenſio ⁊ egreſſio
oculoꝛum ad exterioꝛa ⁊ foꝛtis rubedo in eis vtriſqꝫ ⁊ ſudoꝛ multus ⁊
interſectio vocis. ¶ Si ergo alicui acciderit niſi ei ſubueniatur perue-
niet ad moꝛtem inde. ¶ Illud autem quo ei ſuccurritur eſt enema ⁊ do
ſis mellis cum aqua calida. Et in potu ei dare olea in quibus tyriace
virtus exiſtit ſicut oleū de lilio. Et laboꝛa donec vomat: quia ſi vomue-
rit non ſuffocabitur. Et adhibe etiam enema quod ſit apud te prepa-
ratum. ¶ Et egritudines quidem que ſunt dignioꝛes eo vt in eis fiat
vomitus ſunt cronice ſicut hydropiſis ⁊ epilepſia ⁊ melancolia ⁊ lepꝛa
⁊ podagra ⁊ ſciatica. ¶ Vomitus preterea cum ſuis iuuamentis plerū
qꝫ affert egritudines: ſicut quandoqꝫ generat ſurditatem. ¶ Amplius
minutio non eſt cum eo continuanda: ſed tardanda tribus dieb⁹ ⁊ pre-
cipue ſi in oꝛe ſtomachi fuerit humoꝛ. ¶ Vomitus quoqꝫ multotiens
fit difficilis propter humoꝛis ſubtilitatē. Ipſe igitur eſt ingroſſandus
potu ſauic ⁊ granis granati. ¶ Et ſcito ꝙ exitus male rei per inferioꝛa
poſt vomitum eſt ſignum ꝙ illud quod faciebat faſtidium deſcen-
dit inferius. ¶ Et vomitus poſt aſcellationem eſt ſignum ꝙ eſt ex acci-
dentibus aſcellandi. ¶ Hoꝛa preterea vomendi in eſtate melioꝛ cauſa
doloꝛis in meridie eſt. ¶ Et vomitus coꝛpoꝛi confert ſed viſui nocumē-
tum facit. ¶ Amplius faciendum non eſt vt pregnans vomat: quoniā
ſuperfluitates coꝛpoꝛis ipſius in ea non egredientur. Et vomitus ⁊ la
boꝛ eam ad eſtuationem perducent. Faciendum eſt igitur vt quieſcat.
¶ Alij vero quibus accidit vomitus ſunt iuuandi.

¶ De eo quod agere debet ille qui vomit. Capi. 12.

CUm ille qui vomuerit a ſuo vomitu euaſerit: os ſuum ⁊ faciem
poſt vomitum abluere debet ex aceto aqua temperato: vt graui-
tas que quandoqꝫ capiti accidit remoueatur. Et parum maſticis cum

aqua macianorum bibat. Et caueat sibi a comestione ꝛ potu aque. Et diu quiescat. Et ipsius inungatur hypocundria. Et ingrediatur balneū. Et abluat se velociter ꝛ egrediat. Et si necessariū ei fuerit dare ad comedendū sit res boni saporis ꝛ bone substātie: ꝛ velocis digestionis.

¶ De iuuamentis que affert vomitus. Cap. 13.

Hipocrates precepit vomitū fieri in vnoquoqꝫ mense duobus diebus cōtinuis vt in secundo emendetur id quod in primo die fuit difficile: ꝛ vt expellatur id quod aduenit stomacho. Hip. nam securitatem facit ꝙ cum eo conseruatur sanitas: hoc autem plus est malum. ¶ Et vomitus quidem qui est huiusmodi euacuat flegma ꝛ coleram: ꝛ mundificat stomachū. Ipse namqꝫ non habet qđ ipsum mundet sicut intestina habent coleram rubeam que ad ea descendit ꝛ mundat ea. Et remouet grauitatem que accidit capiti. Et clarificat visū. Et aufert fastidium. Et confert ei ad cuius stomachum descendit colera que ipsius corrumpit cibum: quoniam cum precesserit vomitus: eius cibus semper mundus veniet. Et remouet abhominationē que fit propter vnctuositatem ꝛ casum desiderij ipsius meri ꝛ quod facit desiderare acutum ꝛ acetosum ꝛ ponticum. Et confert lassitati corporis. Et vlceribus que sunt in renibus ꝛ vesica. Et est lepre forte medicamentū. Et malitie coloris. Et epilepsie stomatice. Et icteritie. Et asmati. Et tremori. Et paralysi. Et est ex curationibus que conferunt habentibus vlcera nigra magna. ¶ Ipsa quoqꝫ fieri debet in mense semel aut bis post repletionem ita ꝙ non obseruetur reuolutio scita neqꝫ numerus dierū notus. ¶ Et ille quidem cui malus iuuamentum affert vomitus est cuius complexio prima est colerica ꝛ est macer.

¶ De malitijs que proueniūt ex superfluo vomitu. Capi. 14.

Superfluus vomitus stomacho nocet ꝛ ipsum debilitat ꝛ resoluit ipsum ꝛ facit eum aptū ita vt materie ad eum perueniant. Et obest pectori. Et visui. Et dentibus. Et antiquis capitis doloribus: nisi eis q sunt propter societatem stomachi. Et facit nocumentum epilepsie capitis que non est causa inferiorum membrorum. ¶ Superfluitas quoqꝫ que est in ipso nocet epati. Et pulmoni. Et oculo. Et aliquam venarū quandoqꝫ scindit. ¶ Ex hominibus preterea est qui vult cito impleri: deinde non tollerat immo preparat ad vomendum. Et actio huius ex eis est que perducunt eum ad malas egritudines mansiuas. Ipse ergo a repletione prohibendus est. Et tu ipsius cibum ꝛ potū mensura.

¶ Ut succurrat dispositionib⁹ que accidūt vomēti. Capi. 15.

De prohibitione autē vomendi diximus iam qđ oportebat. ¶ Tēsioni vero ꝛ dolori qui sub hypocundrijs fiunt conferunt panni aqua calida infusi ꝛ suppositi ꝛ oleis lenificantibus ꝛ ventose cū igne. ¶ Fortem autem mordicationem in stomacho remanentem remouet bibere iura vnctuosa que cito digerantur ꝛ inungere locum ex aliquo quod sit sicut oleum violaceum mixtum cum oleo de keiri ꝛ pauca cera. ¶ Singultum vero si cum eo acciderit ꝛ permanserit retinebit ster-

nutatio ꝛ dare ei ex aqua calida ad traijciēduȝ paulatim. Et de sangui ne quidem iam diximus in ca. de impedimentis vomitus. ¶ Alcuȝeȝ vero ꝛ egritudinibus frigidis ꝛ subeth ꝛ intersectioni vocis que accidit post ipsum confert ligare extrema ꝛ stringere ea ꝛ superponere stomacho pannum infusum oleo in quo cocta fuerit ruta ꝛ siccidis: ꝛ dare ei ad bibendum mel cum aqua calida. ¶ Et habenti quidem alsubet fiat hoc ꝛ in aurem eius mittatur.

¶ De eo in quo superfluit vomitus. Capi. 16.

Fiat vt ipse dormiat: ꝛ ingenietur quanto plus possibile fuerit quo modo dormiat: Et ligentur eius extrema taliter qualiter ligantur cum fluxum ventris retinere volumus. Et ipsius medicetur stomacuhs cum emplastris ponticis fortitudinem faciētibus. ¶ Quod si vomitus superfluerit ꝛ incessanter egrediantur humores donec sanguis exeat: da ei ad bibendum lactis in vino mixti quattuor cotilas: quoniā medicine vomitiue malitiam reprimit: ꝛ sanguinem prohibet: ꝛ naturam lenit. ¶ Quod si partem pectoris ꝛ stomachi a sanguine cum hoc mundificare volueris ne ex eo aliquid coaguletur da ei ad bibendum sirupum acetosum: siue sit ex melle: siue ex ȝuccaro cum niue infrigidatum paulatim. Cum hoc quoqȝ quandoqȝ confert bibere succum portulace cum bolo armeno. ¶ Cum ergo terrefactus fueris pro aliquo in quo superfluit medicina fac ipsum vomere. ¶ Et oportet quidē te querere medicinas vomitiuas ꝺm suos gradus: ꝛ quomodo queqȝ earum ad bibendum sint dande: ꝛ precipue heleborum in antidotario ꝛ medicinis simplicibus.

¶ De enemate. Capi. 17.

Enema est medicamē nobile in expellēdo superfluitates que sunt in intestinis: ꝛ in sedando dolores renum ꝛ vesice: ꝛ apostemata ipsorum: ꝛ egritudines colice: ꝛ in attrahendo superfluitates a membris principalibus ꝛ superioribus. ¶ Que vero ex eis sunt acuta debilitant epar ꝛ perducunt ad febrem. ¶ Ex enematibus preterea fit iuuamen in expellendo reliquias quas inanientia relinquunt. ¶ Formā vero clisteris ꝛ quomodo clisterizetur iam retulimus in capitulo de colica. ¶ Uidetur quoqȝ ꝙ clisterizati situs melior sit vt supinꝰ iaceat: deinde reuoluat se ad latus dolens. ¶ Et clisterizandi hora melior est cuȝ est aeris frigiditas: quoniam sequitur inde ne augmētet grauitas ꝛ dolor ꝛ extuatio ꝛ nausea. ¶ Balneum preterea solet facere vt ebulliant humores ꝛ spargantur. ¶ Clisteris quoqȝ cōditio est vt aerem ꝛ humores retentos attrahat. ¶ Et propter hoc ꝺm plurimum non est bonum vt balneum enemati premittas. ¶ Quod siquis in intestinis pustulas habens ipso indiguerit causa febris aut alicuius egritudinis ꝛ timuerit ne enema retineatur: superponere debet ano suo ꝛ femori ꝛ locis que sunt in circuitu speltam calefactam cum panno.

¶ De epithimatibus. Capitulum. 18.

Epithimata sunt ex medicinis bonis que ad ipsam pueniũt egritudinẽ. ℣ Et medicina fortasse duas hꝫ virtutes: vnaꝫ subtiliatiuam: ⁊ alterã ingrossatiuã: ⁊ erit maior necessitas subtiliatiue inspissatiue. ℣ Cũqꝫ eius inspissatio fuerit temperans subtiliationẽ cũ ex ea fiet emplastrũ penetrabit subtilitas ⁊ remanebit spissitudo. Et illa qdẽ que penetrat ꝯfert sicut facit coriandrũ cum ordeo fracto cuꝫ ex eis fit emplastrũ super scrofulas. ¶ Emplastra preterea sunt talia qualia epithimata: sed emplastra sunt dura: ⁊ epithimata currẽtia. ¶ Est quoqꝫ cum epithimata fiunt cũ pannis. ¶ Cũqꝫ membris principalibus supponuntur sicut epati ⁊ cordi ⁊ nõ fuerit ibi qđ ꝓhibeat conferunt panni suffumigati ex xiloaloe crudo ⁊ virtutibus epithimatum bonũ tribuunt odorem quem principalia diligunt.

¶ De embrocis. Capitulum. 19.

Embroce sunt medicamẽta congrua ei qđ ex capite ⁊ alijs membris oꝫ resolui: ⁊ illi cui complexionẽ necessariuꝫ est permutare. ℣ In membris autẽ que embrocare oꝫ ex calido ⁊ frigido si non in eis fuerint superfluitates que descendunt fiat prius embroca ex calefacto. Deinde fiat ex aqua frigida vt cõstringantur. ℣ Qđ si res diuersa fuerit a frigida incipiatur.

¶ De flebotomia. Capitulum. 20.

Flebotomia est euacuatio vniuersalis que multitudinẽ euacuat. Multitudo aũt est augmentũ humoꝝ sup equalitatem ipsoruꝫ in venis. ¶ Et nemo quidem est flebotomandus nisi vnus duorũ. Unus eorum est egritudinibus preparatus qui cum ipsius sanguis multiplicatus fuerit cadet in eas. Et alter est cadens in eas. Unusquisqꝫ autem eoꝝ aut flebotomaẛ ꝑpter sanguis multitudinẽ: aut ꝑꝑ ipsiꝰ malitiam: aut ꝑpter vtrunqꝫ. ¶ Ex his quidem egritudinibus preparatus est sicut qui est expositus sciatice ⁊ podagre fortibus ⁊ artetice sanguineis. Aut ille cui accidit sputum sanguineũ ex fixura vene que in pulmone eius existit tenuiter consolidata: quoniã cum ipsius multiplicabiẛ sanguis scindetur. Et apti epilepsie: ⁊ apoplexie: ⁊ melancolie cũ sanguinis multitudine: ⁊ squinãtie: ⁊ apostematibus interioꝝ: ⁊ ophthalmie calide. Et ex eis quibus hemoroidaꝝ sanguis qui fluere solebat est retẽtus: ⁊ mulieribus quibus menstruus sanguis est restrictus. Horũ tamẽ colores non demõstrant ꝙ flebotomari debeant ꝑpter ipsoꝝ obscuritatem aut albedinẽ aut viriditatẽ. Et illi qui in interioribus mẽbris cũ complexione calida debilitatem patiuntur. Nam istis melius est vt in vere minuanẛ: lꝫ in has nõduꝫ inciderint egritudines. Et illis quibus percussio accidit aut casus: quoniã qñqꝫ minuunẛ timendo ne eis accidat apostema. Et qui hꝫ apostema minuendus est: qm̃ timetur ne aperiatur anteꝙ̃ maturetur: lꝫ non indiguerit ⁊ nõ fuerit ibi multitudo. ¶ Et debes scire ꝙ dũ iste egritudines timenẛ ⁊ nonduꝫ in eas ceciderint: in earum principio penitus flebotomia dimittaẛ: q: humores sub

tiliat: ꝛ eos per corpus fluere facit: ꝛ eos sano sanguini admiscet. Et ē etiā cum nihil euacuaf ex eo qđ oꝫ: ꝛ facit qđ necessaria sint medicamē-ta alleuiantia. ℂ Cūqꝫ maturatio apparuerit ꝛ egritudo principium aut statuꝫ preterierit: tunc si oportuerit vt minutio fiat si non fuerit qđ prohibeat fiat flebotomia. ℂ Flebotomia quoqꝫ neqꝫ euacuatio vētris est faciēda in die motus egritudinis: qꝛ est dies requiescendi: ꝛ inquirē di somnuꝫ: ꝛ dies ebullitionis egritudinis. ℂ Et cum egritudo est ha-bens crisim in cuius tempore est longitudo: nullo modo sanguis mul tus est minuendus: sed si possibile fuerit quies est facienda. Qđ si non fuerit possibile vt quies fiat ex eo parum minuaf: ꝛ in corpore sanguis thesaurus recondatur ad flebotomiā faciendaꝫ si apparuerit ꝛ virtus conseruetur ad resistendū in crisibus. Qđ si multuꝫ preterierit tēporis ex quo quis minutus fuerit: ꝛ in hyeme fuerit cōquestus ꝙ se quasi fra ctum sentiat: minuatur ꝛ sanguis ꝓ thesauro recondatur. ℂ Amplius qꝛ flebotomia ꝓpterea ꝙ ad diuersum trahit nām ꝭm plurimum reti-net. ℂ Cūqꝫ ex multa minutioe debilitabif virtus multi generabūtur humores. ℂ Sincopis preterea accidit in prima minutione cuꝫ subito euenerit ei qui nō ꝯsueuit: sed vomitū premittere est ex eo qđ eā ꝓhibꝫ: ꝛ similiter vomere hora qua accidit. ℂ Et debes scire ꝙ minutio ē per-turbans donec quiescat. ℂ Flebotomia quoqꝫ ꝛ colica raro simul eue-niunt. ℂ Pregnans preterea ꝛ mēstruata nō minuanf nisi propter ma gnam necessitatē: sicut est necessitas retinēdi fortem sanguinis sputuꝫ cum virtus fuerit cōueniens. ℂ Et debes scire ꝙ non quotiens noiata signa repletionis apparuerint oꝫ vt minuas: iō qñqꝫ est repletio ex hu moribus crudis: ꝛ est tunc flebotomia multū impediēs: qm̄ si minueris non maturabis eos: ꝛ timebif ne eger perdatur. ℂ Nō aūt est inconue-niens vt ille in quo melancolia superabūdat minuaf: postea medicina solutiua euacuetur. Sed sollicitus esse debes ex dispositione coloris ꝭꝫ conditioneꝫ quā nunc dicemus: ꝛ ꝯsiderare tensionē: qm̄ ꝓpter tensio-nem per totuꝫ corpus incedentē magis eris confidens ꝙ flebotomare debes. ℂ Cum vero sanguis alicuius fuerit bonus paucus ꝛ fuerit in ipsius corpore multi mali humores: flebotomia bonum rapiet ꝛ maluꝫ relinquet. Et cū alicuius malus sanguis fuerit paucus ꝛ declinauerit ad membrū aliquod qđ eius declinatio vehemēter impedit ꝛ fuerit ne-cessariū vt ipse minuatur: ex eius sanguine parū erit assumenduꝫ. Et ci bo bono erit alendus. Deinde erit minuendus iterum post dies: ꝓpte-rea vt malus sanguis ab eo extrahaf: ꝛ bonus restauref. ℂ Qđ si mali humores colerici in eo fuerint ingenief quatenꝰ subtili pharmacia eua cuētur: aut vomitu: aut vt sedenf. Et stude in hoc vt eger quiescat ꝛ di-geratur ꝛ ocietur. ℂ Et si grossi fuerint antiqui preceperūt vt balneef ꝛ in suis ministeriȷ̄s moueaf: ꝛ dabant ei ad bibendū ante flebotomiaꝫ ꝛ post ipsam anteq̄ alia fieret minutio sirupū acetosum subtiliatiuum coctum cum isopo ꝛ hasce. ℂ Cū aūt flebotomia necessaria fuerit cum debilitate virtutis causa febris aut aliorꝫ humoꝝ: partire flebotomiā

sicut diximus. ¶ Amplius flebotomia stricta magis est ꝯseruatiua vir tutis: sed tn̄ subtilem ꝛ clarū inter duꝫ sanguinē fluere facit: ꝛ spissum ꝛ turbidum tenet. Ampla vero velociter est ad sincopim ꝛ magis opa tiua in mundificando ꝛ tardioꝛ ad ꝯsolidanduꝫ: sꝫ tn̄ est dignioꝛ ei qui ſm putrefactionē flebotomaꝛ ꝛ in grossis. Et amplam quidem efficere in estate est dignius si necessariū fuerit. ¶ Flebotomandus preterea su pinus iaceat qn̄ flebotomaꝛ: qm̄ hoc est couenientius ad hoc vt ipsius conseruetur virtus ꝛ ne ei superueniat sincopis. ¶ In febribus autem minutione cauendū est. s. in his que vehemētis sunt calefactionis ꝛ in flammationis: ꝛ in omnibus nō acutis febribus in principio in die pe riodica. ¶ In febribus preterea cum quibus aduenit spasmus est a mi nutione cauenduꝫ: lꝫ fuerit necessaria: qm̄ cum spasmus accidit vigila re facit ꝛ sudare multum ꝛ deijcit virtutem: quapropter sanguinis the saurus est dimittendus. ¶ Et similiter oꝫ vt ex minutione febricitātis cuius febris nō est ex putrefactione: minoratio fiat ꝑpterea vt ad resol uendum febrem thesaurus relinquaꝛ. Et si fortis inflāmationis nō fue rit ꝛ fuerit febris putrida attende decē regulas ꝛ postea intuere in vri nali. Et si vrina fuerit grossa ꝛ rubedini attinens ꝛ pulsus etiaꝫ fuerit magnꝰ ꝛ facies tumida ꝛ febris in suo motu: nō ꝑperet flebotomare in hora qua stomcahꝰ a cibo est vacuꝰ. Et si vrina fuerit subtilis aut ignea ꝛ facies a ꝑncipio egritudinis fuerit tornatilis: caue tibi a flebotomia. Quod si interpollatio in ea fuerit ꝛ quies febris: in ipsa fiat minutio. ¶ Dispositionē quoqꝫ tremoris ꝯsidera: quoniā cum tremoꝛ fuerit for tis a minutione cauendū erit. ¶ Amplius sanguinis qui egreditur co loꝛem attende. Et si fuerit subtilis albedini attinens ipsum illico reti ne. ¶ Et sūmope tibi caue ne egrū ad vnam duaruꝫ perducas reruꝫ. s. humoꝝ colericoꝝ ebullitionem: ꝛ frigidoꝝ cruditateꝫ. ¶ Cūqꝫ in febre te opoꝛtebit flebotomare nō attendas qꝺ quidaꝫ dicunt. s. ꝙ nō est bo num vt post quartum diem fiat: qm̄ bonuꝫ est vt fiat etiaꝫ si fuerit post 40. dies: ꝛ hoc ſm sententiam Gal. lꝫ premittere ꝛ properare sit melius cum significationes certe fuerint. Qꝺ si in hoc erratum fuerit quacūqꝫ hora inueneris egrum ꝛ opoꝛtuerit flebotoma ipsum postq̄ꝫ decem re rum sollicitudinem hn̄eris. ¶ Multotiens preterea flebotomia in fe bribus lꝫ necessaria non sit: efficit vt natura foꝛtis fiat super materiam propterea ꝙ eam efficit paucam: ꝛ hoc quidem cuꝫ fuerit figura ꝛ etas ꝛ virtus ꝛ reliqua talia que permittant. ¶ In febre aūt sanguinea ne cesse est vt euacuatio fiat minutione nō superflua in pꝛincipio: ꝛ super flua cum affuerit maturatio febris que multotiens remouetur in hora flebotomie. ¶ Tibi quoqꝫ cauere debes a minutiōe in complexione ve hementis frigiditatis: ꝛ in regionibus foꝛtis frigiditatis: ꝛ in hora for tis doloꝛis: ꝛ post balneuum resolutiuum: ꝛ post coitum: ꝛ in etate que est minoꝛ. 12. annis quanto plus poteris: ꝛ in etate senuꝫ quantomagis poteris: nisi in figura confisus fueris ꝛ in soliditate musculoꝝ ꝛ vena rum amplitudine: ꝛ earum repletione: ꝛ coloꝛum rubedine. Hos nā qꝫ

ex adolescentibus ⁊ senibus flebotomare audebis. Adolescentes tamē
sm ordinem ad flebotomandū paulatī prouehere debes cū pauca mi
nutione. ¶ In corporib⁹ quoq; fortis maciei ⁊ fortis grossitiei ⁊ raris
⁊ albis ⁊ lassis ⁊ citrinis sanguinem non habentibus a minutione tibi
quantū plus poteris cauere debes. ¶ Ampli⁹ in corporib⁹ que prolixas
perpessa sunt egritudines caue tibi a flebotomia nisi sanguis affuerit
corruptio que te ad hoc perducat: quoniā tunc flebotomabis ea: ⁊ con-
sidera sanguinē. Et si ipsum videris nigrum ⁊ spissum extrahe eū. Et
si ipsum videris album ⁊ subtilem eum illico constringe: quoniam in
ipso existit vehemens timor. ¶ A minutōne preterea tibi cauere debes
super cibi repletionē ne materiā non maturam ad venas trahas loco
eius qđ ab eis euacuasti. ¶ Et oz etiam vt tibi caueas ab ea in repletōe
stomachi ⁊ intestinoꝝ facta ex fece iam consecuta ⁊ propinqua: imo in
eam euacuando stude. Et illud quidem qđ est in stomacho aut corā eo
vomitu. Et qđ in intestinis inferioribus quo poteris: ⁊ si non alio saltē
clisteri. ¶ Caue preterea tibi ne fastiditū flebotomes: sed prolonga ipm
ab hoc vt eius fastidiū digeratur. ¶ Et tibi etiam caue ne subtilitatem
sensus oris stomachi habentē aut ipsius debilitatē flebotomes. Et in-
felicem ex generatōe colere rubee in ipso. Huiusmodi nāq; sibi cauere
debet. ¶ A nimia quoq; audacia in minuendo sibi cauere dz: ⁊ proprie
cum est ieiunus. Sensus vero subtilitatē oris stomachi habentē digno
sces propterea ꝙ mordicatiua trāsicere ei nocet. Et habentem oris sto-
machi debilitatē cognosces ex desiderij ipsi⁹ debilitate: ⁊ dolorib⁹ oris
stomachi. Et habētē os stomachi aptum receptōni colere rubee in quo
ipsa multum generat dignosces ex perseuerantia nausee ipsius ⁊ pro-
pterea ꝙ colerā quaq; hora vomit ⁊ ex oris ipsi⁹ amaritudine. Istis
namq; cum flebotomati fuerint: oris stomachi conseruatiōe nō premis-
sa accidet inde timor magnus ⁊ quandoq; moriuntur inde. ¶ Subti-
litatem vero sensus habenti ⁊ debilitatē bucelle mundi panis in rob
acetoso bonum habente odorem infuse sunt dande. Et si fuerit debili-
tas complexionis frigide: sint intincte in aliquo quod sit sicut aqua cū
zuccaro cum alefeniati aut in sirupo mente muscato aut in miua mu-
scata postea minuatur. ¶ Aptitudinem vero generatiōis colere ha-
bens est mūdandus dando in potu ei multitudinē aque calide cū si-
rupo acetoso: postea dantur ei bucelle panis ad manducādū: deinde
fiat vt parumper quiescat: postea minuatur. ¶ Preparandū preterea
est vt quod ex bono sanguine resolutum fuerit restauretur si fuerit for-
tis cum assatura carnis que fit super prunas: quoniam si digeritur nu
trit multum ⁊ bene. verūtamen oportet vt sit pauca: quoniā stomachus
propter flebotomiam est debilis. ¶ Amplius vene quandoq; flebote-
mantur propterea vt fluxus sanguinis ex narib⁹ ⁊ matrice ⁊ ano ⁊ pe-
ctore ꝓhibeatur aut ex alijs exituris: ideo vt sanguis ad id quod a pte
illa est diuersum protrahatur: ⁊ hoc quidem medicamen est forte in iu-
uando. ¶ Oportet vero vt flebotom⁹ sit vehemēter strictus. Et sint vi-

in hac re medicina existit temperata. ¶ Et dicemus ꝙ omnia vlcera: aut sunt simplicia: aut composita. ¶ Et simplicia quidem cum fuerint parua ⁊ nil ex eorum humiditate corrodetur: tunc coniungenda erunt ipsoruz labia: ⁊ liganda custodiendo ne inter ipsa aliquid olei aut pulueris cadat: qm̄ consolidabuntur. Et similiter magnum de cuius substantia nil perditum fuerit ⁊ cuius vna pars alij applicari pōt. ¶ Magni vero cuius partes applicari non possunt siue sit fissura siue concauitas vel spatium plena sanie: ⁊ iam aliquid ex substantia membri perditum est: curatio est exiccatio. ¶ Si ergo illud qd̄ perditum est tantū fuerit cutis ⁊ necesse erit vt cicatricem inducat. Et hoc quidem ꝑ essentiam cum stipticis. Et per accidens quidē cum calidis cum ex eis par qd̄ sit adustum superponet̄ sicut alzegi ⁊ calcantuz: qm̄ magis iuuant in exiccando: ⁊ magis perducunt crustam. nam si multum fuerit corrodet ⁊ in vlceribus augmentum faciet. Si autem illud qd̄ perdituz fuit fuerit caro: sicut est in vlceribus ꝓfundis: nō erit festinandum in cicatrizando ea: immo primo erit studendum vt caro in eis nascatur. Et caro quidem nō generatur nisi ex eo cuius siccitas nō multuz graduz primū transcendit. ¶ Uerūtamen hic conditiones attendunt̄ de q̄bus cura est habenda. ¶ Et ex eis est consideratio dispōnis complexonis membri principalis: ⁊ complextionis vlceris. Quoniam si membruz in sui complexione fuerit multe humiditatis: ⁊ vlcus nō fuerit multe humiditatis: sufficiet siccitas pauca in ꝑrio gradu: qm̄ egritudo nō multum fuit elongata a natura membri. Sed si mēbruz fuerit siccū ⁊ vlcus humiditatis multe: erit necessarium illud qd̄ exiccet in secūdo gradu ⁊ tertio vt reducat ipsum ad suam naturalem complexionē. Et in temperatis quidem dispositio erit equanda. ¶ Et ex eis est cōsideratio complexionis totius corporis. Nam cū corpus fuerit multe siccitatis: ⁊ mēbrum augmentatū in humiditate fuerit temperatū ſm corpus equale ex temperamēto erit exiccanduz. Et similiter si corpus fuerit in humiditate augmentatū ⁊ mēbruz in siccitate. Et si ambo ad augmentū deueniunt: tunc si egressus fuerit ad humiditatē amplior exiccabit̄ siccitate. Et si fuerit ad siccitatē minori exiccabit̄ siccitate. ¶ Et ex eis est consideratio virtutis siccantiuz: qm̄ licet ex siccantibus carnē nasci facientibus exiccatio fortis nō queratur: sz exiccatio que sit talis qualis est illa que ꝓhibet materiā scilz sup̄fluam q̄ descendit ad mēbrum qd̄ sit aptum ad hoc vt carnis generatio fit ex ea multum: tamē ea querit̄ in siccantibus que nō sunt ad hoc vt caro per ipsaz generet̄ sz vt cicatrizatio fiat ꝑ ea. Ex eis eniz querit̄ vt sint plus abstergētia: ⁊ magis lauātia plusq̄ꝫ siccātia: ex quibus nō querit̄ nisi cicatrizatio ⁊ ꝯsolidatio ⁊ ꝯtinuatio. Et oēs q̄dem medicine que sine mordicatiōe desiccāt sunt ingrediētes in genus eaꝝ que carnē nasci faciunt. ¶ Omne p̄terea vlcus qd̄ in loco existit nō carnoso est inobediēs ad hoc vt cito medicetur. Et similiter rotūdum. ¶ Medicinis aūt siccantibꝰ ⁊ stipticis que in vlceribus occultis adhibent̄ sunt medicine mūdificantes: sicut mel. Et

medicine loco pprie: sicut diuretica medicinis vlcera instrumentorum vrine curātibus. ¶ Cūq3 cicatrizare voluerimus ponemus medicinas cum stipticitate sua viscosas: sicut terra sigillata. ¶ Et scito q quedaz sunt vlceris sanitatē phibētia: ex qbus est malitia cōplexionis mēbri quare studere debes vt ipsum rectifices. Et malitia cōplexionis sanguinis qui ad ipsum aduenit: quare succnrrere debes cum generatiōe bōi chimi. Et multitudo sanguinis q ad ipsuz fluit ⁊ humectat ipsum: cui succurrere debes cuz euacuatōe ⁊ subtiliatōe cibi ⁊ faciēdo vt exercitet si possibile fuerit. Et ossis corruptio qd est sub eo ⁊ qd ei transmittit saniem. Et hmōi qdem curatio nō est nisi ossis illius melioratio: ⁊ ipsius fricatio si fricatio totā ipsius corruptōez remouere poterit: ⁊ accipere ipsuz ⁊ incidere. ¶ Multotiēs pterea est necessariū medicāti vlcera vt secum deferat empl'a attractiua vt eis frusta ossium ⁊ res extranee carni infixe euellant. Et si nō: phibebūt vlcus meliorari. ¶ Vlcera quoq3 nutrimēto indigēt ppterea vt ꝯfortatio fiat. Et minoratōe nutrimenti ppterea vt saniei mā restringat. Et inter hec duo ꝯtraria existit diuersitas: qm̄ sanies debilitat: quare ꝯfortare necesse est ⁊ multiplicat: quare necesse est nutrimentuz phibere. Medicus ergo de hoc sollicit⁹ esse dz. ¶ Cūq3 vlcus in principio fuerit nō dz eger balneuz ingredi: neq3 ipsuz aqua tāgere calida: qm̄ attrahet ad ipsuz qd in apostemate augmentuz faciet. Sed cū vlcus geuerit ⁊ saniē fecerit: fortasse tunc facile fiet ei. ¶ Omne pterea vlcus qd cito reuertit postq̄ carne repletū est ꝯsiderari dz est in semita puenīēdi ad fistulaz: debes ergo semp intueri colorez saniei: ⁊ colorē labiorum vlceris. Et si pus multiplicabit sine multiplicatione nutrimēti est ibi alfase. ¶ Loqmur ergo nūc de curatione alfase. Et dicamus: qm̄ ppterea q alfase ē ꝯtinuitatis solutio aut infra cutem pfundā: māifestū est q opz vt eius medicamina sint fortiora q̄ ei⁹ qd discooptuz est. Et ppterea q multū sanguinis ad ipsum fluit est necessariuz illud qd illum resoluit. Verūtn̄ opz vt eius resolutio sit cum multa siccitate vt nō resoluat qd ibi subtile est: ⁊ faciat lapidē qd ibi spissum est. ¶ Cūq3 ex resolutione pfecerimus illud qd nobis necesse est debemus apponere consolidatiuū qd sit desiccatiuū: ne sit sanies in concauitate que exire nō valeat: ⁊ fiat lapis: ⁊ postea qualibet cā putrefiat: aut eradicet ⁊ redeat ꝯtinuitatis solutio. ¶ Cūq3 āt alfase fuerit pfundior: scarificabit loc⁹ vt medicamē magis penetret. ¶ In medicando aūt alfase ⁊ contusionē leuez fortasse sufficiet flebotomia. ¶ Quod si alfase fuerit in primis cum pcussione: medicet prius pcussio medicaminibus pcussiōi aptis donec sit possibile medicari alfase. ¶ Et alfase quidē si magna fuerit medicabit cuz siccātibus ¶ Et si fuerit parua vt punctura acus dimittat esse eius ipsi nature: si non fuerit venenosa pendēs: aut fuerit fortis doloris: aut si tetigerit neruū: ⁊ timeatur inde apostematis generatio ⁊ pulsatio. ¶ In contorsione aūt sufficit mollis ligatura: non dolorosa: ⁊ vt super ipsam ponantur medicamina contorsioni apta. ¶ In his autez que sunt sicut casus ⁊ per-

cussio necessaria est flebotomia ex parte diuersa. Et subtiliandũ est nutriens. Et dimittenda est caro: ⁊ que sunt sicut ipsa. Et regendus est ex apozimatibus ⁊ potionibus scriptis ad hoc in libris particularibus. Sermonem autem in solutionib⁹ ꝯtinuitatis factis in neruis ⁊ offib⁹ reseruabimus posterius ad libros particulares.

¶ De cauterizatione. Capitulum. 29.

Cauterizatio est medicamen valde vtile iuuans: ad ꝓhibendũ ne corruptio spargat̃: ⁊ ad ꝯfortandũ mẽbꝛuʒ cuius cõplexionẽ volumus rectificare: ⁊ ad resoluẽdum materias corruptas in mẽbro retẽtas: ⁊ ad restringẽdum sanguinis fluxum. ¶ Res vero qua cauterium fit melius est auruʒ. ¶ Et locus quidẽ qui cauterizat̃: aut est manifestus: ⁊ ponit̃ cauteriũ sup ipsum sensibiliter. Aut est ꝓfundus interi⁹ in mẽbro: sicut in naso: aut ore: aut in ano. Et hm̃oi qdem forma indiget sup quam ponatur: quod sit sicut tale: aut magra in aceto infusa. Postea ponant̃ super ipsam pãni aqua rosacea vehemẽter infrigidati aut succis aliqbus. Et mittatur in cãnalem ita vt locus cauterizãdus eius bucella fiat: deĩde imittat̃ cauteriũ ꝓpterea vt ad locũ ꝑueniat: ⁊ in circuitu nõ impediat: ⁊ ꝓpꝛie cuʒ cauteriũ subtilius fuerit q̃ forme vacuitas ne lateribus forme obuiet. ¶ Cauterizatoꝛ ꝑterea sibi cauere dʒ ne fortitudo cauterizatiõis ipsius ad neruos ꝑueniat: neqʒ ad cordas: neqʒ ad ligamẽta. ¶ Quod si ꝓp sanguineʒ qui fluit cauterizaueris oportebit vt cauterizatio sit fortis ideo vt crusta grossitiem habeat ⁊ spissitudinẽ ne cito cadat qm̃ ex casu cruste cauterizationis facte ꝓpterea vt carnem corruptã ꝓijcias: ⁊ vt sanguinis fluxus ꝓhibeat̃ ꝑuenitur ad malũ deterius eo qd̃ erat. ¶ Cũqʒ cauterizaueris ꝓpterea vt carnem corruptã ꝓijcias ⁊ terminuʒ sani scire volueris erit vbi dolet. Et fortasse necessariũ erit tibi cum carne cauterizare os qd̃ est sub ea: ⁊ supra ipsum morari donec tota ipsius destruatur corruptio. ¶ Cũ ergo fuerit quod sit sicut craneum subtiliter ipsam operare ita vt cerebrum non ebulliat neqʒ ipsius panniculi corrugentur. Et in alio osse ab ipso non cures perquirere.

¶ De sedatione doloꝛes. Capitulum. 30.

Iam sciuisti doloꝝ causas in duaꝝ cõpꝛehendi diuisionibus scilʒ mutatione cõplexionis subito: ⁊ solutione continuitatis. Postea sciuisti q̃ postremũ diuisionis eaꝝ peruenit ad malitiã cõplexionis calide: aut frigide: aut humide: aut sicce absqʒ materia: aut cum materia chimosa: aut ad vẽtositatem: aut apã. ¶ Doloꝛis ergo sedatio ex contrarietate haruʒ causaꝝ erit. Et iam sciuisti qualiter vniuscuiusqʒ eaꝝ cõtrariũ sit. Et sciuisti qũo malitia cõplexionis ⁊ apostema ⁊ vẽtositas medicent̃. ¶ Et oĩs qdẽ doloꝛ q fit fortioꝛ interficit qm̃ ex eo in pꝛimis accidit frigiditas coꝛpoꝛis ⁊ tremoꝛ: postea fit pulsus paruus: deinde destruit̃: ⁊ postea moꝛit̃. ¶ Et ad summũ id qd̃ doloꝛes sedat ẽ: aut id

qđ cōplexionē mutat. Aut qđ resoluit māṁ. Aut qđ stupefacit. Et stu-
pefaciēs qdē remouet dolorē q̄m destruit sensum: mēbri eius vero sen-
sum nō aufert nisi ꝑpter vnam duaꝝ causaꝝ: aut pp multā infrigida-
tionem: aut pp multā ventositatē que est in ipso cōtraria virtuti illius
membri. ¶ Ea quoqꝫ que fluxa faciunt sunt ex summa eoꝝ que molli-
ter resoluūt: qualia sunt anetū: ⁊ semen lini: ⁊ mellilotū: ⁊ cāmomilla: ⁊
semina apij: ⁊ amigdale amare: ⁊ oīs res in primo gradu calida: ⁊ pro-
prie q̄n fuerit cum ea glutinādi potētia: sicut gummi prunoꝝ: ⁊ amilū:
⁊ cerusa: ⁊ crocus: ⁊ laudanū: ⁊ altea: ⁊ amomū: ⁊ caules: ⁊ napi: ⁊ apo
zima eoꝝ: ⁊ adipes: ⁊ isopꝰ ceratus: ⁊ olera: sicut dicemus in antidota-
rio: ⁊ ventrē soluētia ⁊ euacuātia quocūqꝫ mō fuerint sunt istiusmodi.
¶ Et fluxa quidē faciētia sunt danda post euacuātia: si necessariū fue-
rit euacuare donec māṁ restringas que ad mēbruꝫ descēdit: ⁊ ēt illud
totū qđ apostema maturat aut qđ ea aperit. ¶ Oībus aūt stupefacien-
tibus fortius est opiū. Et ex eis sunt poma mādragore: ⁊ eius semen: ⁊
cortices radicis ipsius: ⁊ papauer: ⁊ bengi: ⁊ iusquiamum: ⁊ solatrum
putrefaciens: ⁊ semen lactucaꝝ: ⁊ ex eis sunt nix ⁊ aqua frigida. ¶ In
doloribus ꝑterea multotiēs accidit error: q̄m eoꝝ cause erunt extrin-
sece: sicut calor: aut frigus: aut ceruicalis eminētia: aut loci corruptio:
aut casus qui fit in ebrietate: aut alia ab his: ⁊ querunt eoꝝ cause in cor
pore. Et ꝓuenit error. Quapropter scire debes hoc ⁊ cognoscere: si est
ibi repletio aut nō: ⁊ si sunt ibi cause repletionis nate. Quandoqꝫ ēt
causa aduenit exterius deinde interius fit māsiua: sicut cuꝫ aliquis bi
bit aquam frigidaꝫ ⁊ accidit ei fortis dolor in parte stomachi ⁊ epatis.
¶ Et multotiens quideꝫ non est multū necessaria euacuatio ⁊ sibi simi
lia: quoniam sepe sufficit sibi balneū ⁊ fortis somnus in eo. Et sicut qui
comedit rem calidam ⁊ infert ei forteꝫ capitis doloē: ⁊ sufficit ei aquā
infrigidatam bibere. ¶ Et quandoqꝫ est res in qua fiducia est ꝙ dolor
ea remoueatur vt tarde operans ita ꝙ dolor ille vsqꝫ ad horam illam
tollerari non potest: sicut euacuatio materiei dolorem facientis colice
retente in villis intestinorum: aut cito operans est sed ex ea timetur fi-
nis vehementer malus: sicut stupefactio membri dolentis in colica cuꝫ
medicinis que hoc operari solēt ⁊ fit medicus in hoc ambiguꝰ. ¶ De-
bet ergo bone mensurationis fortitudinem habere: vt sciat quod duo-
rum temporum sit longius: aut tempus fixionis virtutis: aut tempus
doloris. Et etiam que duarum rerum sit ei deterior: an dolor: an malus
finis qui ex stupidatione timetur: vt eligat studiuꝫ ei impendere quod
magis est impediens. Fortasse enim si dolor remanserit fortitudine sui
⁊ e magnitudine interficiet. Et stipulatio forsitan non interficiet: licet
ex alia parte impediat: cuius impedimentum fortasse corrigere pote-
ris: ⁊ redibit forsitan: ⁊ tu redibis medicina conueniente. ¶ Et pre-
ter hoc totum stupefaciens complexionem considerare debes: ⁊ ipsius
qualitatem: ⁊ vt quod ex eo est facilius dones: ⁊ vt tribuas id quod
est cum suis tyriacis compositum: nisi res fuerit maxia que forti in

digeat stupefactōe. ¶ Sunt preterea mēbra de quibus nō curamus ⁊ si eis supponas narcotica: qm̄ non inde ad vehemēter maluz finem perueniunt: sicut dentes cū ei apponit̃ stupefactiuū. Et fortasse qdem etiam bibere erit melius in̄ huiusmodi sicut bibere qd̄ stupefaciat pp dolorez oculi: qm̄ ex h̄ minor malitia prouenit oculo ꝙ̄ vt interius ponatur. Et fortasse facile erit corrigere malitiaz q̄ ex potu alijs accidit membris in eo aūt qd̄ est sicut colica magnificat̃ malus finis qm̄ mām augmentat frigus ⁊ cōgelationē ⁊ clausuraz. ¶ Amplius stupefaciētia plerūqꝫ sedant dolorē: propterea ꝙ dormire faciūt: qm̄ somnus est vna ex causis ipsius sedationis doloris: ⁊ proprie qn̄ cū eo facta fuerit fames: ⁊ in dolore materiali. ¶ Et stupefaciētia qdem composita quoꝝ fortitudines alie debilitant medicine sicut tyriaca: sunt magis secura: quēadmodū filoniuz: ⁊ trocisci qbus nomē ponitur ternarij: sed eoꝝ stupefactio est debilior. Qd̄ aūt ex eis est recens maioris est stupefactionis. Et in antiquo fere nulla stupefactio ⁊ qd̄ est mediū. ¶ Et ex doloribus quidē qui sunt multe fortitudinis ⁊ sunt ad medicandū faciles in quibusdā horis sicut dolores ventosi: qm̄ quādoqꝫ sedant̃ ⁊ sufficit vt sup eos aqua calida euacuet̃. Uerūtamē in hoc timor existit: vn̄ ab eo tibi cauere debes: qm̄ plerūqꝫ cā erit apostema ⁊ existimabit̃ ꝙ sit vētositas. Et si fortasse factum fuerit ei embroca ex aqua calida ⁊ precipue in sui p̄ncipio ei affert magnū maluz. Et preter hoc qn̄qꝫ impedimētuz ventose efficit cū ventositatē resoluere nō poterit: ⁊ in quātitate ipsius spatij augmētum faciet. ¶ Et vaporationes ēt sunt ex medicationibus ventositatū. Et ex eis qdem melior est cū qua est id qd̄ exiccat sicut miliū: nisi in mēbro fuerit qd̄ illud tollerare nō valet: sicut oculus. Fiat ergo tūc vaporatio cū panis. Ex vaporationib⁹ ēt sunt q̄ cū oleo calefacto fiunt. Et ex vaporationibus quidē fortibus est vt oroboꝝ farina cū aceto coquatur ⁊ postea siccetur: ⁊ fiat ex eo vaporatio. Et minor cā ea est vt furfur coquat̃ sicut hoc. Salis aūt vapor est pungitiuus. Sed milij est melior ⁊ debilior. Et plerūqꝫ ēt fit vaporatio ex aqua in vase posita q̄ est incolumis ⁊ leuis: sed opationē efficiet quā nominauimus si illud nō fuerit obseruatū. Uentose ēt cum igne sunt istiusmodi ⁊ sunt fortes in sedando dolorez ventosuz. Et si eas iteruz adhibueris: dolor penitus destruetur. Uerūtamen plerūqꝫ ex eis accidit illud qd̄ prouenit ex eo qd̄ diximus. Ex sedantibus preterea dolorem est molliter longo tempore incedere pp illud qd̄ in ipso existit ex virtute faciēdi fluxa. Et similiter adipes subtiles noti: ⁊ olea q̄ nominauimus: ⁊ dulcis cantilena: ⁊ proprie cum ex ea prouocatur somnus. Et occupari in eo quod gaudium efficit: doloris vehementiam sedat.

¶ In quo precipit̃ a quibus curationibus incipiamus. Capi. 31.

Cum multe coniungunt̃ egritudines ab ea incipere debemus in qua vna harum trium ꝓprietas existit. ¶ Una earum est ꝙ alia sanari nō potest anteꝙ̄ ipsa sanetur: sicut apostema ⁊ vlcus cū coniunguntur. Medicamur enim apostema donec cōplexionis malitia q̄ cuz

o venit remoueatur absq3 cuius sanatione vlcus sanari non potest: po
ea medicamur vlcus. ¶ Et secunda earum est cum vna egritudo cau
a fuerit alterius: sicut cũ accidit oppilatio ⁊ febris. Medicamur eni3
ppilationem prius: deinde febrem. Et si nobis necessariu3 fuerit op
ilationem aperire cum eo in quo aliqua existit caliditas non curabi
nus de febre. Et medicamur quidem pulmonis apostema cum desicca
luis ⁊ non curabimus de febre: quoniam impossibile est vt febris re
noueatur causa ipsius remanente. Et cause quidem eius sanatio est
xiccatio que febri nocumentum facit. ¶ Tertia vero cum fuerit vna
arum de qua maior sollicitudo sit habenda: sicut si coniungatur sino
hus ⁊ paralysis. Medicamur eni3 sinochum extinguendo ⁊ fleboto
mando: ⁊ de paralysi non curabimus. ¶ Cum autem egritudo ⁊ acci
dens coniunguntur: a sanatione egritudinis incipiemus. Et si accidẽs
superauerit tunc accidentis curam habebimus ⁊ egritudinem nõ con
siderabimus: sicut in colica damus stupefaciẽtia: propterea vt doloris
fortitudo remouoatur: licet ipsi colice impedimentu3 faciat. Et cum
hoc quandoq3 tardamus quod facere debebamus: propter stomachi
debilitatem: aut propter ventris fluxum qui precessit: aut propter pre
sentem nauseam. Et quandoq3 nõ tardamus sed operamur: ⁊ tamẽ nõ
totam remouemus causam: sicut in egritudine spasmi. non enim totũ
expellimus humorem: imo ex eo aliquid dimittimus vt ipsum spasmo
sus remoueat motus ne humorem resoluat naturalem.

¶ Operationis sigillatio ⁊ gratiarum actio.

Sit qualitas huius nostri sermonis compẽdiosi de principijs vni
uersalibus doctrine medicinalis sufficiens. ¶ Deinceps autem
laboremus vt de simplicibus medicinis librum componamus si deus
voluerit. Et ipse quidem nos iuuabit: cui sint grates ẽm sui inumera
biles misericordias.

Finis.

¶ Expletus est liber primus canonis: quem princeps
Aboali Abinsceni de Medicina edidit.

¶ Liber canonis Quartus incipit de egritudinibns particularibus que cũ accidunt non appropriantur vni mem bro: continens septem Fen.

¶ Fen Prima est de febribus: ⁊ continet quattuor tractatus.

¶ Tractat⁹ Primus de febre ephimera.

¶ De diffinitiōe febris ⁊ generibus febris. Capitulū primū.



Ebris est calor extraneus accensus in corde: ⁊ ꝓcedēs ab eo mediātibus spiritu ⁊ sanguine ꝑ arterias ⁊ venas in totū corpus: ⁊ inflāmatur in eo inflāmatōe que nocet operationibus naturalib⁹: non sicut caliditas ire ⁊ laboris cū nō vltimatꝛ: ⁊ īpedit opationem ita vt retineatꝛ. ¶ Et sunt qdā hoīuʒ q diuidunt febres in duas diuisiōes prīas. s. in febrē egritudīnē: ⁊ in febrē accidēs. Et ponūt febres apatū de genē febris accidentis. ¶ Et intētio qdē sermonis eoꝝ est ꝙ febris egritudinalis est illa iter quā ⁊ cām que nō est egritudo non est mediū: sicut febris putredinis. Putredo eniʒ est cā eius absqꝫ medio. Et nō est putredo in seipsa egritudo: īmo est cā egritudinis. Febris vero apostematis est accidens apostemati existens dum est apostema sequens ipsum: ⁊ apostema est egritudo in seipso. ¶ Et contradicenti quidem inest vt dicat. Quoniam si propterea ꝙ febris apostematis sequitur caliditatem eius ⁊ sequitꝛ ex dolore ipsius est simile vt sit febris accidens: tūc oportet vt sit plurimū febrium ephimerarum accidens. Et si ipsa sequitur putredinē que est in apostemate: tunc apostema non est causa ipo. Causa igitur eius que est essentialis est putredo: ⁊ apostema non est causa eius nisi per accidens. Et dicemus ꝙ non significauerunt per febreʒ accidens hoc: īmo non intellexerunt per eam nisi ꝙ ipsa sequitur apostema hoc: ⁊ inueniunt eam per inuentioneʒ apostematis. Similiter ergo est dispositio febrium putredinis per comparationē ad putredinem. Uerum occupatio in huiusmodi cōtradictionibus est illud quod non cōfert in scientia medicine aliquid ⁊ facit medicum procedere ex arte sua ad ingsitiones: que fortasse impediunt ipsum ab arte sua. Procedamus ergo ſm id quod consuetum est. ¶ Dicamus ergo ꝙ propterea febres apostematum ⁊ oppilationuʒ sunt febres accidentes: ⁊ alie febres sunt egri

adines: tunc conueniens est vt dicamus. Quoniam propterea ꝙ om/
ia que sunt in corpore hominis sunt tria genera scilicet Membra con
inentia illud quod est in eis de humiditatibus ⁊ spiritibus: quorum
ōparatio est comparatio parietum balnei. Et humiditas recondita. ⁊
ius cōparatio est ꝯparatio aque balnei. Et spiritus animalis vitalis ⁊
aturalis ⁊ vapores effusi. ⁊ comparatio eorum est comparatio aeris
balnei. Et aer balnei quando infrigidatur illud quod est vicinū ei non
oportet vt ipse extinguaꝛ: imo possibile est vt remaneat ⁊ redeat: ⁊ cale
faciat illud quod ei vicinum est. Similiter est vnum istorum trium ge/
nerum extra quod non inuenitur in homine genus corporeum. ¶ Naꝫ
si accendatur febris in membris radicalibus accensione prima sicut ac/
cenditur adustio. verbigratia. vt in parietibus balnei: aut p follem fer/
rarij: aut per ollam coci: tunc illud genus febrium nominatur febris
ethica. ¶ Et si accendiꝛ febris accēsiōe pria in hūorib⁹: deinde accēdaꝛ
ex eis in mēbris sicut accidit vt effundaꝛ aqua calida in balneo ⁊ igniā
tur latera eius causa ei⁹: aut ius calidū in olla vt accēdaꝛ olla cā eius:
tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. ¶ Et si accenda
tur febris accensione sua prima in spiritibus ⁊ vaporibus: deinde ac/
cendatur ex eis in membris ⁊ humoribus: sicut accidit vt perueniat ad
balneum aer ignis qui accendatur in eo: ⁊ calefaciat aerem eius ⁊ per/
ueniat ad aquam ⁊ parietes: tunc genus illud febris nominatur febris
ephimera: quoniam est accensa in re subtili que resoluitur cum veloci/
tate: Et raro pertransit diem cum nocte sua nisi conuertatur ad ge/
nus illud febrium. ¶ Hec ergo diuisio febrium est per modum propin/
quum diuisioni euenienti per differentias. ¶ Et diuiduntur febres
alio modo. Dicitur eniꝫ ꝙ de febribus sunt febres acute. Et de eis sunt
non acute. Et de eis sunt cronice. Et de eis sunt non cronice. Et de eis
sunt nocturne. Et de eis sunt diurne. Et de eis sunt salubres recte.
Et de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et de eis sunt dimitten/
tes. Et de eis sunt inseparabiles. Et de eis inseparabilibus sunt que/
dam quibus sunt remissiones. Et de eis sunt quibus sunt itensiones.
Et de eis sunt quib⁹ sunt exfortiatiōes. Et de eis sunt similes. Et de eis
sunt frigide habentes rigorem aut horripilationem. Et de eis sunt ca/
lide. Et de eis sunt simplices. Et de eis sunt composite.

¶ De preparatis ad febres. Capitulum. 2.

Dixerunt quidam ꝙ corpora vehementius preparata ad febres
sunt corpora calida ⁊ humida ⁊ proprie cum humiditas est for/
tior caliditate. Et isti quidem sunt fetidi sudoris ⁊ vrine ⁊ egestionis.
¶ Et corpora calida ⁊ sicca iterum sunt preparata ad febres calidas.
¶ Et incipiunt prius ephimere: deinde festināt ad putredinem ⁊ adu/
stionem. ¶ Et qn̄qꝫ faciunt cadere in ethicaꝫ. ¶ Et sequūtur ea ambo q̄
equanꝛ in humiditate ⁊ siccitate ⁊ dominaꝛ caliditas. ¶ Et ista sunt de

genere eorũ in quibus incipit febris vaporis calidi: deinde pmutat ad febrem humor. ꝑ Postea illa in qb⁹ equant calor ⁊ frigus ⁊ multiplicat humiditas. Et istis quidem febres putredinis accidũt secundum plurimum incipientes. ¶ Et corpora frigida ⁊ humida: ⁊ frigida ⁊ sicca sunt longinquiora corpora a febribus ⁊ proprie ab ephimera.

¶ De horis febrium. Capi. 3.

Febrium hore sunt sicut reliquarum egritudinum principiũ ⁊ augmentum: ⁊ status apud vltimum: ⁊ declinatio. Et sunt quandoqꝫ particulares cause cuiusqꝫ paroxismi. ꝑ Et timor est a principio vsqꝫ ad statum. Apud declinationem vero non moritur eger ex ipsa febre: nisi per id quod dicemus de causa communiter. ¶ Et principium quidem est hora qua calor naturalis prefocatur a materia submersa in membro tandiu donec non appareat maturationi aut diuersitati eius contrarie maturationi vestigium. Et principium quidem est inuentum in omni egritudine. Uerum qnandoqꝫ occultatur: sicut est eius occultatio in sinocho ⁊ epilepsia ⁊ apoplexia. Et quandoqꝫ principium est occultum paucorum accidentium ⁊ existimatur ꝙ non sit principium in ea. Et similiter quandoqꝫ in die primo febrium acutarum videntur nubes: ⁊ signum maturitatis: ⁊ existimatur ꝙ non sit ei principiũ: ⁊ nõ est ita. ¶ Et augmentum quidē est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto: ⁊ apparent signa digestionis: aut signa contraria digestioni. ¶ Et status est hora in qua vehemens est pugna inter naturam ⁊ materiam: ⁊ apparet victoria vnius ambarum earum super aliam ⁊ est hora pugne. Et eius spatium est in habentibus paroxismos acutos paroxismus vnus. Et non cognoscitur nisi per illum qui sequitur ipsum: aut duo paroxismi. Et cognoscit in tertio eius ideo ꝙ nõ addit super illos ambos in pluribus: nisi egritudinibus macronoxijs. Fortasse enim assimilantur paroxismi plures in omnibus iudicijs suis. Et illic apud statum completur vestigiũ digestionis aut contrarij eius. ¶ Et declinatio quidem est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei ⁊ vincit eam: ⁊ existit in congregationis eius separatione. s. rei post rem: ⁊ tunc alleuiatur caliditas caloris occulti: ⁊ expellitur ad extremitates donec resoluitur ⁊ multotiēs ingrossatur. ¶ Et status quidem diuersificatur in egritudinibus. Egritudinum enim valde acutarũ longinquior status est vsqꝫ ad quattuor dies. Et febres ephimere sunt de hac summa: verũtamen ipse nõ numerantur acute: quoniam non sufficit in acutate egritudinis vt sit status eius proximus: immo sit de egritudinibus habentibus timorem. Et sequuntur eas febres acute absolute nõ valde: ⁊ sunt ille quarũ status puenit vsqꝫ ad. 14. dies: ⁊ qđ est supra id. ¶ Et cognitio quidē egritudinum acutarum in ordinibus suis ⁊ cronicarum est iuuatiua in regimine cibi egri sm ꝙ dicimus in sequentibus. ¶ Et plures quidem febriũ complent principium ⁊ augmentum ⁊ statum in paroxismo vno: ⁊ faciunt paroxismum alium declinando. ¶ Et febres quidem diuersificā

tur in his temporibus. Et de eis quidem sunt quarum augmentum prolongatur. Et de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

¶ De cognitione horaꝝ vniuersaliū egritudinis ꝛ ꝓprie status. Ca. 4.

COgnitio horarum egritudinis vniuersaliuȝ quandoqȝ est ex specie egritudinis. Nam spasmus siccus: ꝛ epilepsia: ꝛ apoplexia ꝛ squinantia sunt ex acutis valde. Et tertiana pura ꝛ causon ð acutis nō valde. Et quartana ꝛ paralysis de macronoxijs. ¶ Et quādoqȝ ex motu egritudinis. Nam si paroxismi sunt breues significant ꝙ status est propinquus: sicut tertiana pura. Tempus eniȝ paroxismorum eius est ex tribus horis vsqȝ ad. 14. horas. Et si sint prolixi significant ꝙ materia est grossa: ꝛ status longinquus sicut in tertiana non pura. Et si fuerint illic paroxismi: immo materia eius fuerit acuta sicut synochi tunc egritudo erit acuta. Et si fuerint signa eius signa materie frigide grosse: aut decliuis ad grossitudineȝ: tunc egritudo erit non acuta. Et si remanserit cum dispositione sua: tunc egritudo non erit illius acuitatis. ¶ Et quandoqȝ est ex virtute egri cui velociter aduenit debilitas: quare est egritudo acuta. Aut non apparet illud: ꝛ est egritudo non acuta. ¶ Et quandoqȝ est ex etate ꝛ tempore. Nam in tempore calido ꝛ etate calida festinat status egritudinū. Et in temporibus frigidis ꝛ etatibꝰ frigidis tardat status egritudinū. Et similiter ē dispositio regionū. ¶ Et ex pulsu. Naȝ si est velox frequēs magnus: tūc egritudo ē ad acuitatē decliuis. Et si nō: tunc nō est acuta. ¶ Et ex rigore. Nā si est prolixi spacij: tunc egritudo est decliuis ad ꝓlixitatē. Et si est breuis spatij: tūc egritudo ad acuitatē tendit. Et quādo nullo modo est rigor: tūc abbreuiat eius extensio. ¶ Et cognoscunt hore egritudinis quādoqȝ ex ꝑte horaꝝ paroxismoꝝ. Nam si fuerint ꝓcedentes secundū antecessionem superfluentē ita vt vnus antecedat sup̄fluitatē alterius tendēs ad additionē: tunc egritudo erit in augmēto: quoniā de egritudinibus sunt que currūt vsqȝ ad fineȝ horaꝝ suaꝝ secundū augmentū: ꝛ sunt quādoqȝ de genere tertiane ꝛ de genere assidue. Si aūt steterit añcessio ꝛ steterint sup̄fluitates: tūc sine dubio erit egritudo in statu. Et seruās horam vnam est longi spacij. Et si postponunt tūc egritudo est in declinatōe. Et similiter cognoscit dispositio horaꝝ ex augmēto accidētiuȝ febris ꝛ statione coꝝ ꝛ declinatōe ipsoꝝ. ¶ Et ex additōe paroxismoꝝ eius in longitudine ꝛ breuiatōe ipsoꝝ: ꝛ fortasse diuersificant ꝛ nō assimilant. ¶ Et quādoqȝ cognoscunt ex dispositione euacuationū. Naȝ cuȝ accidit in paroxismo aliquo sudor aut vētris fluxus: ꝛ paroxismus secundus qui est post ipsuȝ est in similitudine vehemētie primi ꝛ fortitudine eius aut supra ipsaȝ: tūc euacuatio eius est ꝓpter multitudinem: non propter fortitudinē: ꝛ egritudo iudicat longa. ¶ Et quandoqȝ cognoscuntur ex parte digestionis ꝛ contrarij digestionis secundū ꝙ diximꝰ Verbigratia cū apparet sputū cum digestione aliqua: aut vrina in qua est nubes aliqua: tunc est principium augmenti. Deinde quādoqȝ multiplicatur illud ꝛ apparet aut contrariū eius: tunc est status. Et iteruȝ

quando apparet digestio aut contrarium eius velociter ex sputo aut nube: tunc scias ꝙ status est propinquus. Et si tardat: tunc scias ꝙ status est longinquus.

¶ Cognitio autez horaꝝ particulariuz sic accipit. ¶ Nam hora principij paroxismi est hora in qua coartat pulsus: ⁊ tu iaz sciuisti intentõez eius. Et plumbeus fit color extremitatuz ⁊ infrigidant extrema ⁊ proprie extremitas auris ⁊ nasi vsqꝫ ad horam in qua sentit sparsio caliditatis. Et quandoqꝫ associantur principio alteratio coloris ⁊ pigritia ⁊ angustia ⁊ tarditas motuũ ⁊ profunditas somni ⁊ mollificatio palpebraruz: ⁊ grauitas sermonis ⁊ horripilatio inter spatulas ⁊ dorsuz: ⁊ fortasse accidit in eo rigor fortis. Et quandoqꝫ accidit cursus saliue: ⁊ saltus temporum: ⁊ tinnitus aurium: ⁊ sternutatio: ⁊ commotio membrorum corporis. Et vehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem que est in principio aut statu. ¶ Et hore augmenti medietas prima est hora in qua pulsus icipit apparere ⁊ magnificari ⁊ velox fieri: ⁊ spargitur calor in toto corpore secundum equalitatem. Et medietas eius altera est hora in qua non cessat hec caliditas sparsa cuz equalitate augmentari. ¶ Et hora status est hora in qua remanet caliditas sparsa cum equalitate ⁊ accidentia cum dispositione sua: ⁊ pulsus fit maior q̃ vnq̃: ⁊ fit vehementius velox ⁊ frequens. ¶ Et hora declinationis est hora in qua incipit diminutio: ⁊ incipit pulsus temperari ⁊ equatur. Deinde illa in qua incipit corpus sudare ⁊ perducit ad eradicationem. ¶ Et multotiens quidem accidit apud mortem dispositio que est sicut declinatio: ⁊ est quasi eger euaserit: ⁊ non oportet vt tu occuperis in hoc immo cognoscas dispositionem pulsus ⁊ an magnificet ⁊ fortis fiat. ¶ Et si tibi videtur ponam tibi exemplum de tertiana. Attende ergo ꝙ cum tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio: deinde frigus ⁊ rigor: postea sedatur rigor ⁊ minoratur frigus: ⁊ incipit calefactio: postea equatur calefactio: deide additur: postea stat: deinde incipit minui vsquequo eradicetur. ¶ Et scias ꝙ egritudo quandoqꝫ prolongatur: aut propter multitudinem materiei. Aut propter grossitiem eius. Aut propter frigus eius. Et quandoqꝫ adiuuant ad illud tempus frigidum: ⁊ regio frigida: ⁊ etas frigida: ⁊ debilitas caloris innati: ⁊ soliditas corporis.

¶ De sermone vniuersali de febribus ephimeris. Capi. 5.

Cause omniuz specieꝝ febris ephimere sunt cãe ꝑmitiue calefaciẽtes essentialiter: ⁊ calefacientes per accidens: de summa occurrẽtium ⁊ assumptorum .s. in cibo ⁊ in potu: ⁊ passionum corporearũ ⁊ animalium: ⁊ ex doloribus ⁊ apostematibus apparentibus: ⁊ sunt de eis ex oppilationibus quarum causa non est primitiua. Et non proueniũt cause earum cum vehementia sua ad hoc vt pertranseat illud quod inflámat spiritum. nam si pertranseant illud: faciunt eadem in ethica:

ut in speciem febrium humorum quam dicemus. Cause enim primiti/
e plerumq; mouent antecedentes. Quod si mouerint eas ad putredi
em:erunt febres putredinis. Et sunt quidam hominum qui existimāt
ꝙ febris ephimera non fit nisi ex labore spiritus ⁊ corporis: ⁊ illud est
rror. ¶ Et iste quidem fe. ſm plurimum recedunt in die vno: ⁊ raro p/
ranseunt tertium diem. Nam si pertranseant illam quantitatem:exi/
imatur de esse earum ꝙ ipse permutantur. Et intentio quidez permu
ationis est ꝙ retentio caliditatis pertransit spiritum: aut ad corpus
ut humorem. Licet sint de hominibus qui dicant ꝙ ipsa quandoq; re
nanet sex diebus: ⁊ consumitur integra consumptione: cui non esset si/
nilis si permutaretur ad genus aliud. ¶ Et hec quidem fe. est facilis
urationis: ⁊ difficilis cognitionis. Et similiter principiuz ethice. ¶ Et
homines quidem velocius cadentes in fe. ephimeras: ⁊ qui vehemen/
ius leduntur ab eis si erretur in eis: sunt illi in quibus calor ⁊ siccitas
unt magis vincentes: quoniam perueniunt velocitet ad ethicam ⁊ ter
ianam. Deinde illi in quibus calo est plus. Deinde illi in quib⁹ ē plus
iccitas. Et cum illi qui habet complexionem siccam ⁊ calidam accidit
fames ⁊ aduenīunt cum ea vigilia ⁊ labor animalis ⁊ labor corporeus
festinat ad ipsum fe. ephimera cum horipilatione quadam. Quod si
non succurratur ⁊ cibetur statim festinabit ad ipsum fe. putredinis.

¶ De signis proprijs febrium ephimerarum distinguen/
tibus eas ab alijs. Capi. 6.

De proprietatibus earum est ꝙ ipse non fiunt a causis anteceden/
tibus. ꝓ Neq; incipiunt cum coartatione. Et est ꝙ ipse non inci/
piunt ſm plurimum cum rigore ⁊ frigore extremitatum ⁊ profundatio
ne caliditatis ⁊ declinatione ad pigritiam ⁊ somnum ⁊ submersionem
pulsus ⁊ subtilitatem eius ⁊ diuersitatem eius ⁊ prauitatez ipsius. Im
mo fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris ⁊ horipila/
tionis ⁊ punctio cuius causa est vapor chimi mali ⁊ remouetur veloci/
ter. Et accidit: sed raro rigor propter multitudinem vaporum ledentiū
lacertos propter punctionem suam superflua multitudine. ꝓ Et est ei⁹
inflammatio non mordicatiua aspersa: immo bona sicut caliditas cor/
poris laborantis ⁊ ebrij. ꝓ Et cum est vrina in primo die digesta ⁊ pul/
sus bonus: tunc iudica ꝙ est fe. ephimera. Et illud ideo quoniam vrina
non alteratur in ea inquantum ipsa est ephimera. Et est sedimen eius
digestum non decliue ad colorem humoris. Et quandoq; nubes eius
pendens. Et quandoq; est natās boni coloris. Et quandoq; accidit vt
non equetur color eius tamen eius substantia est equalis ⁊ non altera/
tur color eius: nisi propter id quod associatur ei de causa alterationis
vrine quāuis non sit illic fe. ephimera ex eo quod dicemus in tertiana
⁊ similibus ei. ꝓ Et pulsus est decliuis ad spissitudinem ⁊ fortitudinez
⁊ magnitudinem: nisi in ea que est a passionibus debilitantibus: ⁊ nisi
fuerit in stomacho humor mordicatiuus aut frigidus aut causa alia d
his q̄ mutāt pulsuz ꝑter febrē. Et raro quidē diuersificat. Si vo diuer/

sificetur erit ei ordo. Nam si diuersificetur illud tunc erit ppter causaz aliam antecedentem febrez aut vicinantez ei: sicut est labor vehemens: aut mordicatio vehemens in visceribus: et similia his. Et quãdoqz accidit vt induretur pulsus propter frigus vehemens et inspissans et infrigidans: aut ppter caliditatez solis vehementez exiccantem: aut ppter vehementem laborem exiccantem: aut famem: aut angustias: aut vigilias: aut euacuationes. Et quandoqz festinat in eo dilatatio et tardatur cõstrictio: et nõ festinat plus q̃ naturalis nisi raro et cuz velocitate pauca: quoniam necessitas euentationis in eo est vehementior q̃ necessitas educendi vaporem corruptum. vapor nãqz in eo non est corruptus cõparatione sui ad equalez: imo est bonus comparatione sui ad eũ. ¶ Et cum ambiguus sit tibi pulsus et constrictio ipsius: tunc scias ex anhelitu. Et pulsus quidem redit post eradicationem eius ad consuetudinẽ eius naturalem in illo corpore: et hoc est signum bonum. ¶ Et scias penitus q quotiens vrina et pulsus sunt boni significãt q fe. est ephi. Et quando non sunt boni non oportet vt non sit ephi. Multotiens enim in ea est vrina tincta: et est pulsus diuersus et debilis et paruus. ¶ Et de illis q̃ significãt q ipa ẽ feb. ephimera: ẽ vt sit pricipiuz ei⁹ facile et leue: et sit augmentum eius non addens supra duas horas: et neqz associẽtur statui accidentia vehementia: et vt non accidant in ea accidẽtia praua: et non sit in ea ebullitio caloris vehemens: et minorentur cuz ea dolores. Nõ si cum ea dolor fuerit capitis aut dolor alius non sit fixus inseparabilis post eradicationem eius: et hec quidẽ significãt q ipsa est ephimera. ¶ Et plurimuz quidem eradicationis eius fit per sudorem et humorositatem similez sudori naturali nõ humoroso. Et non sit vehemẽs superfluitas iterum in quantitate sua: imo appropinquat sudori naturali in quantitate sua sicut est proximus ei in qualitate sua. Si enĩz videris sudorem plurimum: tunc feb. erit non ephimera. ¶ Et de eis de quibus fe. ephimera experitur est vt ingrediatur balneũ habens eam. Cũqz moram fecerit euenire in eo quasi horripilationez non consuetã: scitur q febris est fe. putredinis: et egrediatur habens eam ex balneo illico. et si nihil alteratur a dispositione sua: tunc fe. erit ephimera.

¶ Permutationis fe. ephimere. Capitulũ. 7.

Dum expedit vt febrem ephimeram patiens cibetur et errat medicus super eam et non cibet ipsum: permutatur fe. in corporibus colericis ad ethicã incẽdẽtẽ et in corpib⁹ carnosis ad synocã q̃ est absqz putredine: et fortasse pmutat̃ ad illã q̃ est cũ putredine. ¶ Et silr̃ qñ necessariũ est adiutoriũ in apiendo poros et rarificãdo corp⁹ et nõ fit: fit inflãmatio in humoribus retẽtis in corpore inflãmatõe eius qđ calefacit cum fortitudine eius quod putrefacit.

¶ De signis pmutationis febris ephimere ad febres alias. Cap. 8.

Significatio illi⁹ est q ipa declinat absqz sudore: aut humorositate: aut cum sudore absqz mũdificatione per sudorem. Et est declinatio longa difficilis et absqz mundificatione pulsus. Immo remanet in

pulsu aliquid. Et remanet dolor capitis si fuerit. Et hoc totum significat permutationem ad febrem putrefactionis humoris aut ethicam. ¶ Nam si cause fuerint vehementes: aut plongetur mora eius: permutabitur ad ethicam. ¶ Quod si ad ethicam permutetur videbis tactum arteriarum calidum valde: et videbis febrem similem vel fixam: et in omnibus membris additur calefactio super repletionem et in tempore acceptionis cibi: aut videbis pulsum seruare equalitatem cum duritie et paruitate. Et videbis signa reliqua que diximus de signis ethice. ¶ Et quando permutatur ad genus febrium quod nominatur synocha absque putredine: videbis additionem et repletioné caliditatis et inflammationem faciei. ¶ Et quando permutatur ad fe. putredinis apparét horripilatio et diuersitas pulsus et paruitas et coartatio: et est caliditas mordicatiua sicca et vehementia accidentium. In vrina autem fortasse remanet digestio ex substantia: et in plurimis non apparet in ea digestio.

¶ De curationibus febris ephimere secundum modum vniuersalem. Capitulum .9.

In omnibus speciebus febris ephimere oportet vt afferantur super corpora patientium eas ea que nutriant eos nutrimento bono cum velocitate digestionis: quoniam febriens est eger: et eger est lesus. ¶ Aut quibusdam eorum conceditur delitiari in eo: sicut patienti ex labore et angustia et fame: et illis in quorum corporibus colera plurima est. ¶ Et qui conqueritur se pati horripilationem in principio deglutiat cibum infusum in aqua aut vino: vt sit magis penetrans. Et isti quidem cibantur etiam in principio fe. ¶ Et quibusdam prohibetur delitiari in ea: et innuitur eis vt fiant subtiliatiua sicut in patiente ex oppilatione et soliditate et ex apostemate. Et melius quidem est vt postponatur cibatio vsque ad declinationem nisi in illis quos excepimus. Et aqua frigida quidem oportet vt non prohibeatur in principio rei: quoniam virtus est fortis: quare non timetur debilitas eius: et est melior cura infrigidando. Uerum si fuerit illic debilitas in visceribus et fe. iam extenditur aut fuerit vehemens: tunc melius est vt de ea non multum sumatur. Et conceditur eis balneum cum eorum paroxismus consumitur in febribus ephimeris propter accidentia de quibus est humectatio et de quibus est sudatio et rarificatio pororum: et de eis est infrigidatio in quieta dispositione. Et prohibetur vbi timetur casus putredinis. Et non oportet vt euitet balneum nisi habens eam ex oppilatione propterea quod balneum generat egritudinem putridam. Et similiter patiens eam ex satietate nauseatiua: nisi in fine rei: et cum dilatantur pori et descendit nauseatiua satietas. Illic enim oportet vt balneet. Et habens catarrum non balneet nisi sit adustiuus. Et omnes habentes fe. ephimeras oportet vt non prolongent moram in aere balnei: imo in aqua eius quantum volunt: nisi habentes eam ex soliditate et ex spissitudine. eis enim conuenit vt plongent moram in aere balnei donec sudent. Embrocatio autem si fuerit infundendo aut linfendo tantum oppilat poros. Et in curatione omnis fe. ephimere que est ab oppilatione extrinseca aut intrinseca fricatio aperit

poros habentis eam: deinde si obuiat humiditati plurime resoluit eas: et si obuiat humiditati parue exiccat eam. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum: nisi habens oppilationem repletionalem: et habens nauseatiuam satietatem: et qui habet febrem ephimeram ex soliditate cuius corpus est repletum.

¶ De speciebus febris ephimere. Capitulum. 10.

De febribus ephimeris sunt que omnino comparantur ad dispositiones animales. Et de eis sunt que comparantur ad dispositiones corporeas. Et de eis sunt que proportionantur ad res que eueniunt de foris. ¶ Et de comparatis ad dispositiones animales est illa que fit ex angustia. Et illa que fit ex tristitia. Et illa que fit ex existimatione et cogitatione ira et vigilijs et somno et tranquillitate et timore et gaudio. ¶ Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt ille que comparantur ad res que sunt actiones et motus: et de eis sunt que comparantur ad non actiones et motus: et ad contraria eorum. ¶ Et comparata ad res que sunt motus est que fit ex labore: et illa que ex tranquillitate: et illa que fit ex euacuatione. Et de eis est febris ephimera que est cum syncopi. Et de eis est illa que fit ex fame. Et de eis est illa que fit ex siti. ¶ Et de comparatis ad ea que non sunt actiones est illa que fit ex oppilatione. Et de eis est illa que fit ex nauseatiua satietate. Et de eis est illa que fit ex apostemate. Et de eis est illa que fit ex soliditate. ¶ Comparate autem ad res que accidunt de foris sunt sicut illa que sunt ex adustione quecunque adustio fuerit. Et sicut que fit ex frigore et soliditate et ex ablutione. Dicam itaque vnamquamque earum cum curatione sua.

¶ De fe. ephimera ex angustia et signis eius. Caplm. 11.

Quandoque accidit ex motu spiritus ad interiora et occultatione eius in eis propter superfluitatem angustie febris spiritualis. ¶ Cuius signa sunt igneitas vrine: et acuitas eius: ita vt habens eam sentiat acuitatem ipsius propter dominium siccitatis in ea. Et est motus oculi ad clausionem decliuis: et est oculus submersus propter resolutionem cum quiete et subclusione. Et facies est tendens ad citrinitatem propter profunditatem claritatis. Et pulsus est ad debilitatem et paruitatem decliuis et forte declinat ad duritiem.

¶ De cura. Capitulum. 12.

Oportet vt habens eam multiplicet introitum tine: et ponat plurimum sue intentionis in balneatione cum aqua balnei absque aere eius. Et multiplicet etiam inunctionem cum fricatione post illud. Oleum enim aliquod est magis iuuatiuum ei quam balneum. Et vtatur linificationibus et odoriferis frigidis. Et ponat super pectus suum epithimata infrigidantia ex mucilaginibus et succis et aquis bonis. Et sumat in potu vinum plurime commixtionis: est enim bonum medicamen ei.

¶ De febre ephimera ex tristitia. Capitulum. 13.

Quandoq; accidit ex multitudine tristitie propter rem quesitam motus laboriosus spiritum calefaciens faciens cadere in febrē. ¶ Cuius signa sunt similia signis eius que est angustia. Nisi q: motus oculi cum profunditate sua propter resolutionem est ad partez extrinsecam. Et pulsus non est dimissus depressus: immo est in eo cum debilitate: s; est cū eo saltus. ¶ Et cura ei⁹ est sicut cura eius q̄ est ex angustia.

¶ De febre ephimera ex cogitatione. Capitulum. 14.

Quandoq; accidit ex multitudine cogitationis in rebus feb. similis illi que est ex tristitia. Nisi quia motus oculi est equalis nō ad clausionem neq; ad exitum declivis ꝛ est declivis ad ꝓfunditatem. Et pulsus est diversus in dilatatione ꝛ constrictione: ꝛ plurimuz quidem est equalis. Et facies est ad citrinitatem declivis. ¶ Et cura eius est cura illius que est ex tristitia.

¶ De febre ephimera ex ira. Capitulum. 15.

Quandoq; accidit propter superfluitatez motus spiritus ad exteriora in dispositione ire calefactio superflua adurens spiritum ꝛ se. ¶ Cuius signa sunt rubedo faciei: nisi permisceatur ei timor: quoniaz citrinatur. Et inflatio faciei similis ei qui inflatur in dormitione. Et sunt oculi rubei tendentes exterius ꝑpter vehementiā motus spūs ad exteriora. Et quandoq; accidit quibusdā eoꝝ tremor pp motū; humoris: aut pp debilitatez naturaruz. Et est aqua rubea acuti tactus pp acuitatē suam. Et quandoq; est cū ea aliquantulum claritatis. Et pulsus est grossus plenus pulsans frequens.

¶ De cura. Capitulum. 16.

Fac eos quiescere. Et fac vt occupent letificantibus ꝛ narrationibus ꝛ vocibus bonis ꝛ ludis mirabilibus. Et fac eos ingredi balneum in aqua tepida non plurimi caloris. Et inungantur plurimū cū aliquo oleo plurimo. illud eni; est magis ꝯveniens eis q̄ꝫ aqua calida. Et cibentur eis que infrigidant ꝛ humectant. Et prohibeantur a vino omnino: ꝛ non est eis via ad ipsum.

¶ De febre ephimera ex vigilijs. Capitulum. 17.

Quandoq; etiaz accidit ex vigilijs feb. ephimera. ¶ Cuius signa sunt antecessio vigiliarum: ꝛ gravitas palpebrarum: quoniā fortasse non aperit eas. Et profundatio oculi propter resolutionez. Et inflatio palpebraꝝ propter corruptionem cibi ꝛ multitudinem vaporis. Et conturbatio vrine ꝑpter privationez digestionis. Et debilitas pulsus. Et citrinitas faciei popter malitiam digestionis. Et inflatio eius propter excitationem ex malitia digestionis: sed non est cum rubedine sicut in illa que est ex ira.

¶ De curatione. Capitulum. 18.

Curatio autez eius est ociari ꝛ quiescere ꝛ dormire. Et embrocare caput cum eis que infrigidant ꝛ humectant. Et balneum humidum. Et cibi bonoꝝ chimoꝝ. Et inunctiones humectantes. Et vinum est ex rebus magis ꝯferētib⁹ eis. Et sumāt in potu ipm sine timore: nisi

fuerit dolor capitis.

¶ De fe. ephimera ex somno ⁊ quiete. Caplm. 19.

A Spiritu quãdoqꝫ resoluũtur vapores calidi per vigilias ⁊ mo-
tus. Cuꝫ ergo prolongatur somnus ⁊ tranquillitas ⁊ nõ resoluũ
tur: accidit ex eis calefactio spiritus ⁊ fe. eius. ¶ Cuius signa sunt ista.
Significant eniꝫ eam antecessio somni. Et tranquillitas plurima: ⁊ ꝓ-
prie que nõ est in ꝯsuetudine: ⁊ cadit ꝯtrariũ ꝯsuetudinis. Et significat
ipsam resolutio vaporosa ⁊ pulsus.

¶ De curatione eius. Caplm. 20.

Curatio eius ẽ sudatio in aere balnei. Et ablutio equalis cũ aq̃ ca
lida. Et paucitas cibi ⁊ declinatio eius ad id quod infrigidat ⁊
humectat ipsam. Et exercitium temperatũ. Et nõ opꝫ vt bibat vinũ.

¶ De febre ephimera ex gaudio. Caplm. 21.

Quandoqꝫ accidit ex gaudio fe. sicut illa que fit ex ira. Nisi q: for
ma oculi est forma gaudẽtis non forma irascentis. Et est frequẽ-
tia in pulsu minor. ¶ Et cura eius est ꝓxima curatõi eius que ẽ ex ira.

¶ De febre ephimera ex timore. Caplm. 22.

Quandoqꝫ accidit ex timore febris ſm semitam que accidit ex an-
gustia. Proportio nãqꝫ timoris ad angustiam est proprie ire ad
gaudium: ex hoc ꝙ motus timoris est ad interiora: ⁊ ire ad exteriora: ⁊
fit subito: ⁊ alioꝝ modoꝝ fit gradatim. ¶ Cuius signa sunt ꝓxima si-
gnis eius que fit ex angustia. Nisi q: diuersitas in pulsu ẽ vehemẽtior.
Et forma oculi eius est forma territi. ¶ Curatio eius est proxima cura-
tioni eius que fit ex angustia. Et opꝫ vt securet a timore. Et veniat ad
eum cum nuncijs gaudere facientibus. Et letificãtia sunt iuuatiua ei.

¶ De fe. ephimera ex labore. Caplm. 23.

Labor qñqꝫ peruenit ad summũ in calefaciẽdo corpus ⁊ spirituꝫ:
ita vt fiat fe. nocens oꝑationibus: ⁊ est plurimi nocumenti: ⁊ gra-
uitas ipsius super vitalem ⁊ animalem. ¶ Signa sunt antecessio labo
ris. Et additio calefactionis iuncturaꝝ super alia. Et tactus lassitudi
nis ⁊ siccitas corporis. Et qñqꝫ accidit in fine eius humectatio: si fue-
rit labor temperatus in eo: idest qñ non est in eo exiccatiuũ aut frigus
prohibens sudorem. Si autẽ labor fuerit suꝑfluus minorat humecta-
tio ⁊ sudor: ⁊ qñqꝫ seqt ipm tussis sicca ꝓpter cõitatem pulmonis. Et
quandoqꝫ declinatio complexionis est. Et pulsus eius paruus debilis
⁊ quandoqꝫ declinat ad duritiem. Et vrina est citrina calida propter
motum subtilem ⁊ propter resolutionem:

¶ De cura. Caplm. 24.

Curatio eoꝝ est tranquillitas. Et balneatio in tina. Et iunctio fri
cando ꝓprie super iuncturas. Et acceptio cibi boni chimi hume
ctantis ſm quantitatẽ qua digeratur de genere carniuꝫ pulloꝝ ⁊ hedi
⁊ piscium paruoꝝ. Et qñ virtutes eoꝝ sunt debiles: tunc nõ opꝫ vt cõ-
fidant de se posse digerere qd̃ digerebant in dispõne sanitatis: imo mi-
nus illo. Et ꝓpter hoc cibentur eis quoꝝ paucum nutrit plurimum:

sicut ea que diximus: et sicut vitelli ouoꝝ sorbilium: et testiculi galloꝛuꝫ sunt eis boni. ¶ Quidam tamē existimauerunt ꝙ opꝫ vt patientium laxitudineꝫ regimen plus subtilietur ꝙ͂ alioꝝ. Sed illud nō est rectū. Et opꝫ vt sumant de fructibus humidis. Et sumant in potu vinū plurime cōmixtionis si fuerint assueti: aut iubel: et aliud si nō fuerint consueti. Et opꝫ vt eoꝝ inunctiō sit plurima ꝙ͂ inunctio alioꝛuꝫ cum oleo aliquo vt humectent eoꝛuꝫ membꝛa et iuncture ex siccitate: et iterum vt mollificet illud qđ accidit eis de tensione: et oleum viol. est de oleis melioꝛibus eis. Et opꝫ vt cōmunicet inunctio eoꝝ coꝛpoꝛi et ꝓpꝛie capiti collo et spondilibus doꝛsi et iuncturis oībus et ꝓpꝛie post balneatōem. Et opꝫ vt sternant strata eoꝝ: et aromatizent indumenta eoꝝ et sedilia eoꝝ. Et si indigent iteratione balnei ꝓpter reliquias iterentur omnia que scripta sunt in capitulo suo.

¶ De fe. ephimera ex euacuatōe. Caplm. 25.

Quandoqꝫ accidit ex cōmotione humoꝝ post ventris solutioneꝫ motus spirituū superfluus et inflāmans in ipso febꝛem pp multitudinem lassitudinis que sequit ipsam. ¶ Et qñqꝫ faciunt eaꝫ medicine solutiue propterea ꝙ calefaciunt. ¶ Et qñqꝫ seqtur flebotomia propterea ꝙ redire facit humiditatem et vapoꝛem et sanguinitateꝫ eoꝝ ad furiositatem colericam.

¶ Curatio. Caplm. 26.

Opoꝛtet vt subtilietur in retinendo vꝛinam per ea que sunt oꝛdinata in capitulis suis. Et vt cibetur eger cum eo qđ ꝯfoꝛtat plus: et ſm quantitateꝫ qua digerat de eis que infrigidant et humectant. Et sint in eo pōtica stiptica. Et ponant sup stomachū emplastra et embroce ꝯfoꝛtantia calefacta nō tepefacta. Nam omne tepidum est mollificatiuum et resoluit virtutē. Et de hac summa est lana infusa in oleo nardino aut oleo frigidioꝛe eo aromaticato: et expꝛimatur adeo donec separētur ab ea partes olei et ponant sup coꝛ et epar ea que infrigidāt.

¶ De fe. ephimera ex doloꝛe. Caplm. 27.

Doloꝛ qñqꝫ calefacit spiritū adeo donec inflāmetur fe. ¶ Signa. Doloꝛ in capite aut oculo: aut aure: aut dente: aut iuncturis: aut extremitatibus: aut colica: aut hemoꝛoidibus: aut alijs doloꝛibus furunculoꝛum.

¶ De cura eius que fit ex doloꝛe. Cap lm. 28.

Regatur doloꝛ cum eo qđ opoꝛtet in capitulo suo: deinde curetur cura eius que fit ex laboꝛe. Quod si timeatur ex potu vini motus doloꝛosus: non detur in potu.

¶ De fe. ephimera ex syncopi. Caplm. 29.

Quandoqꝫ accidit ei cui superuenit syncopis ꝓpter cōmotioneꝫ spiritus diuersa calefactio et conuertit in febꝛem. Et quandoqꝫ remanēt de ea post ablationem timoꝛis in syncopi reliquie. ¶ Signa. Uicinitas syncopis et casus virtutis absqꝫ signis febꝛiuꝫ aliaꝝ que nō sunt ex febꝛibus ephimeris. Et pulsus in ea est diuersaꝝ dispositionū:

quandoqȝ enim cadit ꝛ destruitur: quādoqȝ vincit frigus: ꝛ quandoqȝ fit velox ꝛ apparet cum dominatur caliditas: ꝛ similat pulsui patientium extenuationē exiccatiuam in duritie cum vermicatione.

¶ Curatio. Capitulum. 30.

CUra eius est cura syncopis. Et dare cibos velocis digestiōis boni chimi ꝛ de illis quos sciuisti. Et si indigueris vt des in potu vinum: fac ꝛ nō cures de febre. Cum ergo liberat ex syncopi ꝛ remanet fe. similis ei que est cum extenuatione: curetur cum eo qđ est in canone de infrigidatione ꝛ humectatione.

¶ De fe. ephimera ex fame. Caplm. 31.

QUandoqȝ acuūtur vapores in corpore quādo nō inueniūt nutrimentum ꝛ generant febrem. ¶ Et eius pulsus est debilis paruus. Et qñqȝ declinat ad duritiem. ¶ Curatio. Cibatio quidem in febre est sicut ex sorbitionibus factis ex kist ordei cuȝ oleribus. Et post illas cū cibis bonis ꝯfortantibus. Balneet ꝛ effundat super caput eius aqua plurima tepida: ꝛ sedeat in ea. Et humectetur corpus eius cuȝ eis que sunt sicut oleum viol. ꝛ ros. ꝛ cucurbitinum.

¶ De fe. ephimera ex siti. Caplm. 32.

HEc proxima est ei que est ex fame. Et est dignior vt accidat ꝓpter defectum eius quo sedatur de aqua caliditas fortis in vaporib⁹. ¶ Curatio. Dare in potu aquam frigidam ꝛ aquas fructuū frigidoruȝ ꝛ proprie granatoꝝ: Et humectare corpus cum tina. Et si possibilis est ei balneatio cum aqua frigida faciat.

¶ De fe. ephimera ex oppilatione. Caplm. 33.

OPpilationes fiunt in poris cutis ꝓpter spissitudinē eius: ꝛ paucitatem ebullitionis: ꝛ multitudinē ciboꝝ: ꝛ ꝓpter frigiditatem: ꝛ propter ablutionem cuȝ aquis frigidis stipticis: ꝛ propter adustionē solis. Et quandoqȝ fit in vijs venarum ꝛ meatibus earum ꝛ orificijs ipsarum: ꝛ cursibus ꝛ vijs earum. Et cum dicitur fe. ephimera ex oppilatione nō innuitur nisi ad hanc speciem. Nam plerunqȝ accidit vt minoretur resolutio ꝛ multiplicetur repletio ꝛ coartatio ꝛ priuetur respiratio ꝛ aggregatur vapor plurimus ꝛ nō resoluitur: ꝛ tunc eueniet caliditas superflua. Et dum perseuerauerit eius inflāmatio in debiliori ex corporibus quod est spiritus erit fe. ephimera. Cum ergo inflāmat in sanguine est species famosa synoche quam dicemus. Et est illa que est de summa febrium humorū. Et non est propter putredinem: immo est propter inflāmationem ꝛ ebullitionem. Quod si pertranseat illud ad putredinem quam facit oppilatio ꝛ priuatio respirationis permutatur ad fe. putredinis. ¶ Et huiusmodi quidem oppilatio: aut fit ex multitudine humorum ꝛ sanguinis: aut ex grossitudine eorum aut ex viscositate eorum: aut propter casum rei de causis oppilationis in instrumento non in cursu: immo sicut frigus ꝯstringens: aut apostema coartans: aut nascentia rei: aut illud de illis quarum te oportet rememorari. ¶ Et hec quidem fe. de febribus ephimeris parum permutat ad

thicam: qm̄ corpus in ea est plurime materie. Et in hac feb. iterum est
itis ⁊ inflāmatio ⁊ adherentia caliditatis: ⁊ vrina media inter igneaꝫ.
Et hec fe. est difficilis ad cognoscendum: cuius similitudo est proxima
imilitudini febrium humoꝝ. Et hec fe. quandoqꝫ remanet vsqꝫ ad diē
ertium: ⁊ in eo quod est post ipsum sunt oppilationes plurime fortes:
: non sunt inspissantes: ⁊ non ꝯdensantes deforis: ⁊ si sunt parue festi-
nat eius eradicatio si n̄ fuerit error. Et hec fe. inter fe. ephimeras qn̄qꝫ
ccidit ⁊ redit propter fixioneꝫ oppilationis que est causa quare fiunt
i paroxismi. Et hec quideꝫ fe. multotiens permutaꝶ ad frigus ⁊ hori
ssilationem: ⁊ significat ꝙ ipsa sit putrida. Et cum illa que est ex oppi-
latione facit accidere dolorē post flebotomiā in latere sinistro nō est ex-
cusatio iteratōis flebotomie p̄cipue cū sedaꝶ fe. ⁊ pseuerat dolor.
¶ Signa. Qn̄qꝫ accidit fe. ephimera nō ea causa primitiua ⁊ est longe
declinationis: tunc existima ꝙ ipsa est oppilatio: ⁊ proprie qn̄ declinat
ine euacuatione ⁊ humectatione. Et verificant existimationem tuam
igna repletōis ⁊ in corporibus plurimi sanguinis ⁊ generantibus eū:
aut grossoꝝ humoꝝ viscosoꝝ. Et differentia quidem inter ea ambo ē:
qm̄ si oppilationes in eis sunt propter grossitudinem humoꝝ ⁊ visco-
sitatem eoꝝ significāt ea signa nota eis ⁊ non est illic inflāmatio corpo
ris ⁊ rubedo ⁊ extensio: ⁊ ad summū signa multitudinis. Et illis in q-
bus causa est repletio sunt signa repletiōis ex rubedine faciei ⁊ exube-
ratione venaꝝ ⁊ inflatione ⁊ tensione ⁊ alia apparentia. Et si supfluūt
oppilationes pulsus est paruus: ⁊ si non superfluunt oportet vt mino
retur pulsus.
¶ Cura. Cum causa est multitudo humoꝝ ⁊ repletio: tunc oportet vt
in principio properes ad flebotomiaꝫ ⁊ euacuationē. Et vt flebotomes
eū cū iā nō febrit tūc ē meli⁹. Et qn̄ febrit si nō fuerit necessitas: tunc sta
tio est magis cōueniēs. flebotomia enim facit humores currere ⁊ per-
miscet inter eos. Si aūt non fuerit excusatio: tunc non oportet vt post
ponatur ⁊ tardetur flebotomia ⁊ euacuatio: deinde fiat occupatio in
eis que aperiunt oppilationes ⁊ mundificant meatus. Et non prope-
res ante euacuationē ad mundificandos meatus ⁊ apertionem: illud
enim fortasse fit causa ad attrahendū humores subito ad quosdā mea-
tus ⁊ inuiscādū in eis: ⁊ illud est res in qua fiunt errores plurimi: ⁊ for
tasse addit in oppilatōibus si fuerint grossi: ⁊ ꝓprie si meatus in crea-
tione sua fuerint stricti. Cū flebotomia iteꝝ ⁊ eūatio qn̄qꝫ educāt sup-
fluitates viscosas fumosas faciētes coartatōe sua hāc febrē: ⁊ ꝓhibeāt
vt ꝑmuteꝶ ad putredinē: ⁊ ꝓprie cū ad vltimū facis eā ꝑuenire ⁊ facis
approximare sincopi. Et si nō sentis multidinē humoꝝ: imo sentis op-
pilationes: ⁊ ꝙ ipse sunt accidentes a grossitudine eoruꝫ ⁊ viscositate
ipsoꝝ: tūc fortasse nō indiges flebotomia supflua: ⁊ euacuatōe supflua:
imo indiges aptione: ⁊ aptio qdem est cū abstergētibus ex medicinis ⁊
cibis. Et ꝓpterea ꝙ egritudo est fe. nō est possibile vt redeas in apertē
do ad abstergentia calida: immo ad illa que sunt inter sirupum ace-

tosum purũ vsq3 ad illum qui est cum seminibus ⁊ aqua endiuie vsq3 ad aquam feniculi. ¶ Et cibꝰ sit ille i quo est ablutio: ⁊ non in quo est viscositas sicut kist ordei. Et zucaruz cum hoc ꝙ ipsum est propinquũ cibo est in ipso apertio ⁊ abstersio: non est ergo malum si misceatur cuz kist ordei. ¶ Demũ oportet vt consideres cum euacuaueris si necessaria fuerit enacuatio eius ⁊ apparuerit diximus an minuatur fe. ⁊ deficiat: ⁊ an si paroxismos habuerit frangatur ⁊ debilitetur paroxismꝰ eius secundus a primo. Et cõsidera vrinam: ⁊ si inuenis eaz non priuatam digestione: ⁊ in pulsu si inuenis eum nõ significare putredinez procedes ꝺm hoc regimen. Et intromitte egrum in die tertio post paroxismum in balneuz hora mollificationis paroxismi expectati si fuerit fe. vsq3 ad quinq3 horas. Et inunge eũ. Et frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio equalis: sicut quod est inter farinam fabaꝝ vsq3 ad farinam horobi ⁊ farinam radicũ liliȷ ⁊ aristologie emollite cum aliquantulo mellis ⁊ aque. Quod si fueris ausus vti fortiori hoc: tũc vtere spuma baurac. Et si existimas ꝙ balneum alterat naturã eius in aliquo ⁊ facit accidere quasi horripilationẽ: nõ moretur in eo ictu oculi: oppilationes enim iste nõ sunt de genere earum quas aperit balneũ. Cum ergo egreditur de balneo non oportet vt approximet cibo neq3 vino: nisi post securitatez ex paroxismo. Si aũt exigit dispositio vt cibeť aliquantuluz ⁊ non tollat: deť in potu id in quo est aptio sicut aqua ordei subtilis: plurime aque: pauci ordei: plurime decoctiõis decocta cum apio. Qđ si paroxismus non iteratur ei: tunc balnea eum secundo si desiderauerit illud ⁊ ciba ipsum. Et si fuerit paroxismus diminutus a paroxismo primo ⁊ vrina fuerit bona: tunc confide in veritate curationis ⁊ paucitate oppilationis. Et cura eũ post eradicationẽ eius sicut curasti ⁊ ciba ipsum. Et si venerit paroxismus sicut fuit fortior illo ⁊ vrina nõ fuerit sicut oportet: tunc egritudo est tẽdens ad putredinem ⁊ curatio eius est curatio putredinis.

¶ De febre ephimera ⁊ nauseatiua satietate ⁊ repletione. Cap. 34.

Quandoq3 accidunt ex nauseatiua satietate vapores mali ex quibus accidit caliditas ⁊ inflãmãtur spũs: quare accidit fe. ¶ Et proprie in corporibus colericis. Et in illis qui non habent amplos poros. Nam plurimũ superfluitatũ earum vaporat vaporationes fumosas. Et minoratur in eis eructuatio acida. ¶ Et de illis qui sunt vehementius dispositi ad illam sunt illi qui incipiũt post nauseatiuã satietatez vti exercitio ⁊ motu ⁊ ire sub sole ⁊ balneatione postꝙ accidit eis hoc: multiplicanť eniz in eis vapores fumosi: ⁊ ppꝛie quãdo habuerit in corporibus suis dolorem ⁊ proprie in visceribus eoꝝ. ¶ De materia vero eructuationis acetose ⁊ in habentibus eam raro contingit vt generet fe. Si aũt genereť erit debilis: imo nõ generať. Et existimamꝰ qđ gñatur ab eructuatiõe acetosa: nõ est nisi satietas nauseatiua. ¶ Et isti quidẽ cũ eoꝝ soluũtur nature iuuanť valde: ⁊ remoueť fe. eoruz ppter expulsionẽ supfluitatis superflue fumose. ¶ Et diuersificatur quidem

[...]ratio eius cuius retinet natura ex illis et cuius soluitur. ¶ Et si na[...]ra illius qui febrit ex nauseatiua satietate leniatur duabus ascella[...]onibus aut tribus: deinde flebotometur: fortis fit super eam fluxus [v]entris. ¶ Et fortasse fiet fluxus epaticus quem significabunt pulsus cor[...]is et nigredo lingue. ¶ Et similantur accidentia fe. ephimere ex reple[ti]one accidentibus febris ex ira. rubent enim oculi et facies valde et fit [i]nflamatio vehemens et magnificatur pulsus: et fit velox et rubet vrina. ¶ Amplius cum plus remanet non excedit tres dies. ¶ Et scias quod fe. [e]phimera ex nauseatiua satietate quandoque venit cum periodis quat[t]uor aut septem: et cum hoc est feb. ephimera: verum pulsus est sanus.

¶ Signa. Signa eius est alteratio eructuationis ad acetositatem aut fu[mo]sitatem. Cum ergo alteratur eructuatio ad sanitatem indicat sani[t]atem. Et vrina quidem istorum est priuata digestione aquosa. Et [q]uando causa nauseatiue satietatis est vigilia est in facie et faucibus eo[r]um inflatio: et in palpebris eorum est grauitas.

¶ De cura. Capitulum. 35.

Patiens hanc nauseatiuam satietatem non euacuatur quin aut sit natura eius non soluta: aut soluta. ¶ Quod si natura eius fue[r]it non soluta: tunc procul dubio oportet vt solues eam. Et si fuerit ali[q]uid cibi: aut fecis: aut grauitatis remanens in stomacho: tunc oporte[b]it vt facias vomere ipsum: deinde solue eum. Et considera vbi inue[n]it grauitatem. Et considera tunc an sit rectius euacuare illud cum cli[s]terijs et suppositorijs: aut cum aliquo quod bibitur desuper vt soluat: [a]ut deponat: aut digerat. Et significat illud quod rectius est de hoc di[s]positio eructuationis. Fortasse enim necessarium erit si fuerit cibus stans [f]ortiter: et sit difficilis vomitus: vt non aspiciatur ad febrem: sed admi[n]istretur diapipereon vt precipitetur et descendat cum digestione: aut [a]dministretur quod est debilius eo: et administrentur embroce et emplastra di[g]estiua cognita in ca. digestionis: et solutiua cognita in ca. solutionis. Cum ergo descenderit: tunc aut egredietur per seipsum aut iuuabitur cum [s]uppositorio et tolleretur fames super eum tadiu donec non remaneat hesi[t]atio in destructione satietatis nauseatiue: deinde sumat cibum leuem [v]elocis digestionis boni chimi. Et sit intentio ad famem et somnum tantum quod excusat sollicitudinem in alleuiatione repletionis. ¶ Quod si [n]atura fuerit soluta considera an res que euacuatur sit illud quod est corru[p]tum. Et si fuerit illud: non retineatur donec totum euacuetur tamen vsque ad postremum eius. Et expecta declinationem paroxismi. Et fac ingredi ip[s]um tunc balneum. Et ciba ipsum nisi fuerit illic superfluum destruens for[t]itudinem: tunc enim non facias ipsum ingredi balneum: imo ciba ipsum [e]t conforta stomachum eius cum rebus quas scies: quarum quedam scri[p]te sunt in capitulo de solutione ventris. Et de illis est lana infusa in oleo in quo est virtus absinthij aut etiam in oleo nardino postquam fue[r]it expressa et separata fuerit ab ea maxima pars olei. ¶ Et si perseue[r]at solutio et inuenis id quod egreditur absque genere eius quod corru[ptum]

ptum est administra oleum de cidonijs tepidum recens scdm hunc modum: et oleum de mastice. et non est iterum in oleo nardino contrarietas eius. Et fortasse administramus cerataria: et proprie quando non suffert dispositio stricturam eorum super ventres eorum. Et quandoque indigemus emplastris fortioribus hoc de emplastris predictis in colirica passiõe. Et da ei in potu aquas fructuũ si tollerat eas. Et da ei ad comendendum illud cuius alleuiatur nutrimentum et facilis fit digestio: sicut testiculi galli et pisces aradrach. Et premitte super illud aliquid õ fructib⁹ et succis et robub stipticis. ¶ Et si abscinditur de appetitu aliquid: admoue ipsum cum eis que sciuisti: et proprie cum eis que fiunt ex cidonijs. ¶ Et cum euacuatum est non est malum vt administres ei electuarium forte de illis que digerunt et confortant stomachum et aperiunt oppilationes: et illud post ablationem feb. et accidentium. ¶ Et iter quidam ad flebotomiam est vt non fiat in ea donec declinet: tunc enim fiat. Et illud quod prius datur in potu est aqua ordei. Et cibus sit sicut ille qui fit de acresta cum cucurbita et amigdalis paucis. ¶ Et infrigidetur locus eius et odoramentum eius trocisci de camphora in quibus non ponitur reubarbarum.

¶ De febre ephimera ex apate. Cap. 36.

Febres sequentes apostemata interiora sunt putride. Et quandoque associatur eis ethica et non sunt de numero febrium ephimerarum. Apostemata vero apparentia sicut sunt furunculi: et exiture: vel bubones que eueniunt in ea: et proprie apostemata magna que fiunt in membris glandulosis: et in carnibus que vocantur molles: sicut illa que fiunt in inguinib⁹ a superfluitatibus epatis: et in ascellis a superfluitatibus cordis: et sub aure a superfluitatibus cerebri. Quandoque sequuntur febres et non euacuantur quin aut sit illud quod peruenit ex eis ad cor donec igneat ipsum calefactio sola: aut cum putredine. Quod si fuerit calefactio sola: tunc erit de genere febrium apostematum intrinsecorum. ¶ Et plurimum quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequentia causas primitiuas ex vlcerib⁹ et scabie et doloribus et percussionibus et casibus ad que expelluntur materie et retinenf in vijs apud carnes molles est de genere febris ephimere. ¶ Et plurimum quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata quorum cause sunt antecedẽtes sicut repletiones et oppilationes preterite sunt putride. ¶ Et secundum plurimum fe. sunt radices et apostemata sequentia: licet quandoque accidat econtrario. Hypocrates nominauit has fe. malignas: que ex his sunt ephimeres. ¶ Et fe. quidem sequentes ea secundum plurimum sunt ephimere. Et si non sunt ephimere sunt male. ¶ Et plurimum quidem harum sequuntur apostemata sanguinea. Et quandoque accidunt sequentes herisipilam et similia ei.

¶ Signa. Signa earum sunt ea que diximus de antecessione apostematum ante eas. Et facies est inflammata et rubea: et est additum in ea

per dispositionem sanitatis. Et non est caliditas vehementer mor/dicans: quāuis sit multitudo eius in eis quoniam huius apostemata sunt sanguinea: nisi sint fe. sequentes herisipilam. Et tunc istis febri/bus succedit humectatio. Et est pulsus in eis velox magnus frequens propter repletionem. Et est vrina aquosa alba propter cursum mate/rierum ꝛ apostemata ꝛ vlcera.

¶ Cura. Oportet vt antecessio fiat in ea cum flebotomia ꝛ fluxu vētris. Et curetur apostema cum eo quod oportet in capitulo suo. Et subtilie/tur regimen. Et non bibat vinum omnino. Et non cibetur nisi post de/clinationem completam. Et necessaria sunt ei extinguentia ꝛ infrigi/dantia ꝛ humectantia ꝛ emplastra infrigidata cum niue super mēbrū infirmum apostemosum ita vt non noceāt apostemati: neq; faciant ip/sum crudum: immo infrigidetur via inter ipsum ꝛ cor infrigidatione penetrante in profundum.

¶ De febre ephimera ex terrestreitate idest quādo cutis fit dura vt testa. Capitulū. 37.

Hec febris iterum sequitur priuationem resolutionis propter op/pilationes non profundatas. Et plures quidem hominum cum dimittunt consuetudines suas balneandi febriunt. Et plures eorum sunt illi in quorum corporibus generatur vapor colericus propter cō/plexionem corporum eorum: ꝛ ciborum ipsorum: ꝛ aquarum ipsarum malarum: ꝛ propter dispositiones eoꝝ antecedentes ex vigilijs. ¶ Cu/ratio eius est extinctio balnei: ꝛ sudare in eo post declinationem. Et fri/cari cum eis que sunt sicut furfur ꝛ farina fabarum ꝛ amigdale ama/re: ꝛ semen melonis ꝛ aliquid alusen ꝛ baurac. Et sit cibus eius extin/guens ꝛ humectans. Et vinum eius sit plurime cōmixtionis. Et iteret balneum multotiens.

¶ De febre ephimera ex calore. Capl'z. 38.

Quandoq; accidit ex calore aeris ꝛ calore balnei ꝛ similiū fe. ephi/mera. Et plurimum illius non accidit nisi ex vehementia calo/ris solis: ꝛ est prima suspensio eius cum spiritu animali: cum primum quod ei leditur sit caput. calefacit enim aer eius ꝛ peruenit ad cor vt sit fe. deinde spargitur in totum corpus. Et quandoq; fit eius suspen/sio cum corde propter caliditatem anhelitus ꝛ quandoq; custoditur caput a calore. Sed illa que ex sole accidit plurimum incipit in ce/rebro ꝛ capite: ꝛ propter illud qui non est mundus impletur caput ei⁹. Et illa que non fit ex sole sed fit ex diebus canicularibus ꝛ ex balnea/tione ꝛ ex alijs impressionem facit in cor.

¶ Signa. Signa sunt causa eueniens ex vehementia inflammatio/nis capitis in parte solari cerebri. Et fortasse est cum grauitate ꝛ re/pletione: si non fuerit corpus mundum. Et magnitudo anhelitus in parte cordiali. Et illud quod apparet de corpore vehementis cale/factionis calidius interiore eius. Et de illis quibus scitur illud est quod sitis eius est minor siti illius cuius caliditas est illa caliditas: ꝛ

est in hac habitudine cõtraria vel diuersa ei que est ex densitate.
¶ Cura. Est necessarium vt incipiatur in curatione eius cum eo qđ infrigidat ex embrocis super caput ꝛ pectus ꝛ ex oleis frigidis ꝛ ꝓprie oleo ros. infrigidato super niuem quod fundatur super caput ꝛ pectus ex loco longinquo. Et detur in potu aqua frigida ꝛ que currunt cursu ei° ꝛ sine cessatione eius fiat illud vsquequo declinet fe. Cumqꝫ aufert ingrediatur tinam: ꝛ non tangat eum tina si fuerit cum eo fe. ꝛ balnea ipsum aqua tepida: ꝛ non permittas aerem eius calefacere ipsum: ꝛ nõ timeas ex effusione aque calide super caput eius: quoniam ipsa humectat ꝛ resoluit febrem: ꝛ necessitas ad balneandum plus est ꝙ necessitas ad vngendum. Cum ergo egreditur: tunc frica caput eius cum oleis frigidis: sicut est oleum rosaceum de nenufare.

¶ De febre ephimera que accidit ex frigore ꝛ balneatõe. Cap. 39.

Quandoqꝫ accidit ex frigore ꝛ balneatione cum aquis frigidis vt condensentur pori apparentes ꝛ coartentur vapores fumosi secundum ꝙ dictum est in illa que fit ex testuositate: quare accidit fe. Et multotiens perducit ad putridam. Et non perducit ad illam febrẽ nisi qñ vapor ꝑfocatus est acut° non suauis. Suauis enim non generat eã.
¶ Signa eius sunt cause. Et ꝙ corpus in ea in primis cum tangit non est vehemẽtis caliditatis. Cumqꝫ figitur manus sentitur calor eleuari. Et pulsus non est in paruitate in qua est illa que fit ex angustia ꝛ tristitia ꝛ fame: quoniam non est illic resolutio. Sed est velox propter necessitatem scilicet attrahendi aerem: nisi sit frigus vehemens. Et fortasse declinat ad duritiem. Et oculus non est profundus: immo quãdoqꝫ est inflatus propter vaporem coartatum. Et vrina quãdoqꝫ est alba qm̃ caliditas est prefocata. Et quãdoqꝫ est tincta: quoniam caliditas que resoluitur ex poris expellitur ad viam vrine.
¶ Curatio. Cooperiantur in febre donec sudent. Cum ergo declinant ingrediantur balneum ꝛ balneentur cum aqua ad caliditatem decliui ꝛ cum aere calido. Et embrocentur super ipsos aque in quibus decocta sint sicut amaracum ꝛ anetum ꝛ sisimbrium. Et fricetur cum eis que diximus que abstergunt poros ꝛ mollificant eos. Et postponatur in eis inunctio vsquequo sudẽt. Et fricẽt. Et balneent cũ aqua calida valde. Et opꝫ vt antecedat balneatio cum aqua balneationẽ cum aere. Deinde iungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros. Et fundat super capita eorum sicut oleum de aneto ꝛ keiri ꝛ camomilla. Et cibent cibis leuibus ꝛ aromatizentur. Et sumant in potu vinum album subtile cõmixtum. Et est melius eis ꝙ aqua propter id quod est in eo de sudatione ꝛ prouocatione. Et inunctio cum oleo aliquo patientibus ex labore est magis iuuatiua ꝙ patientibus ex soliditate.

¶ De febre ephimera ex soliditate ꝛ ex aquis stipticis. Ca. 40.

Quandoqꝫ accidit illis qui balneantur in aquis stipticitatem facientibus sicut super quam vincit virtus aluminis aut draganti vt vehemens fiat spissitudo pororum apparentium: quare comprimun

r eorum vapores:⁊ accidit eis quod diximus aliquotiens. Et multo-
ns quidem perducit ad putredinem.

¶ De signis. Capi. 41.

S Ignificāt eam cause. Et quod significatur de nigredine cutis q̄si ipsa extensa sit preparata preparatione qua preparantur corla: ⁊ ut si tangatur cutis infusa in aqua draganti. Et est dispositio in ad-
tione caliditatis post tempus: idest non statim ex tactu cutis: sicut in
ijs de illis que accidunt ex oppilatione pororum. Et pulsus est debi-
or ⁊ minor ⁊ vehementioris velocitatis. Et vrina est vehementius al-
a ⁊ tenuis sicut vrina mulieris. Et non est in corporibus eorum dimi-
utio. Neq; in oculis eorum profundatio.

¶ Cura. Oportet vt curetur cum propinquitate curationis eorum qui
nt ante eos. Uerūtamen eis non datur in potu vinum: nisi post fidu-
lam vehementie amplitudinis poroꝝ: nisi sit condensatio parua: for-
asse enim tunc aperit eam vinum. Et oportet vt subtiliatio regiminis
psorum sit maior. Et mora eorum in aere balnei: ⁊ balneatione eorum
um aqua calida maior. Et oportet vt tardetur inunctio eoꝝ plus.

¶ De febre ephimera ex vino. Capi. 42.

Q Uandoq; accidit ex vino febris ephimera.

¶ Cura eorum est cura ebrietatis. Et fortasse indigent solutione
um aqua fructuum ⁊ similibus: ⁊ flebotomia: ⁊ vomitu: ⁊ proprie cum
seuerat dolor capitis eoꝝ. Et oꝫ vt ingrediat̄ balneū post declinatōeꝫ.

¶ De febre ephimera ex cibis calidis. Capi. 44.

C Ibi calidi faciunt febrē ephimerā. Et sicut illa que est ex sole secū-
dum plurimū est cerebralis ⁊ in spiritu animali. Et illa que fit ex
balneo est cordialis: ⁊ in spiritu vitali. Similiter illa que fit ex cibo est
epatica ⁊ in spiritu naturali.

¶ De cura. Capi. 45.

C Uius curatio est prouocatio cū infrigidātibus notis. Et solutio
nature est melior cum siracost ⁊ tamarindis. Et rectificare epar
cum eis que sunt aqua endiuie. Et oleum ⁊ sirupus acetosus ⁊ empla-
stra infrigidātia ex sandalis ⁊ canfora ⁊ aqua ro. ⁊ oleo ⁊ succo ei⁹ ⁊ ex
succis oleoꝝ infrigidatis actu. Et extinctio cū cibis frigidis ⁊ hūidis.

¶ Principiuꝫ sermonis de febribus putridis: ⁊ complementuꝫ sermonis est in febribus sanguineis ⁊ colericis.

¶ Tractatus Secūdus cōtinet capitula. lxviij.

¶ Sermo vniuersalis de febrib⁹ putridis. Capitulum primum.



Putredo accidit aut propter cibum malum cum est preparatus vt putrefiat illud quod generaf ab eo propter malitiam sue substantie. Aut propterea ꝙ velociter recipit corruptionez quãuis sit bone substantie sicut lac. Aut quoniam est aquosus nutrimenti mali: cuius aquositatem recipit sanguis sicut illud quod generatur a fructibus tardis humidis valde. Aut quoniam est ex illis que non conuertũtur ad sanguinem bonum: immo remanet humor malus frigidus quẽ abhorret calor innatus: ꝛ succedit ei extraneus: sicut ille qui generatur a cucumere ꝛ citrullo ꝛ piris ꝛ similib⁹. Aut malitia artificij eius. Aut hora ipsi⁹. Aut ordo eius secundum quod scis. ¶ Aut propter oppilationem prohibentem respirationem ꝛ euentationem propter complexionem corporis malam cum non potest digestionem facere bonaz. Et sunt iterum virtutes de illis que non faciunt in cibo aut humore aliqđ propter priuationem respirationis humorum quare dimittunt euz crudum. Et huiusmodi quidem complexio aut generat humorem maluz: aut corrumpit quođ generat propter abbreuiationem suam in digestione: ꝛ quia mouet eum motu pigro. Et iste cause sunt iuuantes in generatione oppilationis generantis putredinem. ¶ Aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis: sicut est aer pestilentie: ꝛ aer lacunarum: ꝛ locorum infusorum in quibus madefiunt res vt linuz ꝛ aspaltum. Et quandoq; aggregatur de eis numerus reruz plurimus. ¶ Et plurimum causarum putredinis humorum est: aut propter multitudinem humoris: aut grossitudinem suam: aut viscositatem sui. Et cause multitudinis humorum ꝛ viscositatis ꝛ grossitiei humorum sunt note. Et inceptio oppilationis est nota. ¶ Ergo quando fecerint oppilationes accidit putredo propter euentationis priuationem. Et quando fuerint succedentes motibus in non hora sua super repletionem ꝛ nauseatiuam satietatem. Et balneationes similiter. Aut sol calidus. Aut summere calefacientia super repletionem. Et dimissio cautele obseruationis digestionis in stomacho ꝛ epate ꝛ succurendi defectui si acciderit propter calefactionem amborum in epithimatibus ꝛ vaporationibus. ¶ Et putredo quidem quandoq; est cõmunis corpori. Et quandoq; est in membro propter debilitatem suam: aut propter vehementiam caliditatis sue extranee ꝛ sue acuitatis aut doloris eius. ¶ Et humor recipiens putredinez: aut est colera talis modi vt ab ea vapor egrediatur qui sit subtilis fumosus valde. Aut sanguis talis modi vt euaporet ab eo vapor subtilis. Aut flegma talis modi vt illud quod euaporat ab eo sit

vapor spissus. Aut melancolia talis vt illud quod euaporat ab ea sit va
por fumosus purulentus. ¶ Et putredo quidem colere facit tertianã.
¶ Et putredo sanguinis facit continuam. ¶ Et putredo melancolie fa
cit quartanam: ⁊ que currunt cursu eius. ¶ Et putredo flegmatis simi
liter vt multum facit quottidianam: ⁊ que currũt cursu eius. ¶ Et san
guinis locus est intra venas. ¶ Colera autem ⁊ flegma ⁊ melancolia
quandoqꝫ putrefiunt intra venas. Et quandoqꝫ extra venas. ¶ Et quã
do putrefiunt extra venas: si non est causa alia: neqꝫ est putredo in apo
stemate intrinseco quod det cordi putredinem continuam: faciunt pe/
riodos quos diximus. Sed vnicuiqꝫ accidunt ⁊ eradicantur quãuis
flegmatica non eradicetur quin ibi sint reliquie occulte. ¶ Et quando
putrefiunt intra venas faciunt adherentiam febris: ⁊ non eradican/
tur: neqꝫ est proxima ei que eradicatur: immo est assidua inseparabi/
lis. Sed ei est vehementia per quam cognoscitur paroxismus qui est
ei. ¶ Et quando putredo est intrinseca dominans super venas omnes
aut super plurimum eius quod sequitur ex eis: non sunt forsitan ad/
ditiones ⁊ diminutiones apparentes. ¶ Cum autem est secundum cõ
trarium eius: apparent alterationes manifeste. ¶ Et febris putre/
dinis quidem extrinsece non eradicatur ⁊ redit nisi quoniam mate/
riei que putrefit superuenit putredo in tempore paroxismi: ⁊ finit
eius humiditates ex quibus pendebat caliditas ⁊ resoluuntur ⁊ egre
diuntur ex corpore: quoniam non sunt retente in venis: ita vt prohi/
beat eas illud a complemento resolutionis ⁊ remaneat cinereitas eius
⁊ ipsius terreitas que non sunt vehiculum febris ⁊ caliditatis: sicut vi/
detur de dispositione cumulorum stercorum paulatim paulatim do/
nec fiat cinis totum: deinde non remanet caliditas. Et quando non re
manet in humore adusto per putredinem caliditas: destruitur febris
quousqꝫ aggregetur vice alia ad locum putredinis. Et iam remanse/
runt in ea reliquie caliditatis ex putredine prima quãuis non rema/
neat materia: Aut propter inuentionē cause prime putredinis in ma/
teria secunda ſm semitam putrefactionis. ¶ Res ergo putredinis re/
soluitur secundum inuentionem caliditatis non deficientis putrefa/
cientis ⁊ resoluentis ⁊ facientis cinerem ⁊ pertranseuntis ad vicinum
donec abscindat terminum ⁊ finiat materiam ⁊ non inueniat vicinum
aliud ⁊ remaneat febris expectans materiam aliam ⁊ attrahat ad lo/
cum suum. ¶ Cum autem putredo est intra venas: tunc accidit vt sit
resolutio cõpleta difficilis. Et non resoluitur putredo per ꝯtinuitatē
que est in qbusdã venis cũ alijs ⁊ putrefit oīs res que vicina ē ei: deinde
resoluit ad vicinũ aliud. Et iterũ illud qđ ꝯprehẽsū est in venis est ve/
hementioris continuitatis ad cor. ¶ Et iste quidē febres quibus sunt
paroxismi eradicationis ⁊ temporis quandoqꝫ dimittunt ordinē suū
propter diuersitatē materierũ in multitudine ⁊ paucitate ⁊ grossitudi
ne ⁊ tenuitate: ⁊ propter diuersitatē in eis in genere: ita vt permutētur

quedaz materie: ⁊ fiant de genere materiei alterius que diuersificatur
in eis in specie: non in multitudine ⁊ paucitate ⁊ tenuitate ⁊ grossitie
tantum. Et quandoq; fit ex malitia regiminis egri: aut propter debili-
tatem eius: aut propter multitudinez sensus eius. ¶ Et paroxismi qui-
dem qui eradicantur incipiunt scōm plurimum cum horripilatiōe aut
frigore aut rigore ⁊ resoluuntur per sudorem. Et non incipiunt cū fri-
gore: aut horripilatione scōm plurimum: nisi aut propter frigus humo
ris: aut propterea q̄ humor mordicat lacertos: aut propter profunda-
tionem caliditatis ad interiora redeuntis ad partem materiei: aut pp
debilitatem virtutis: aut propter frigus aeris sicut contingit tempore
hyemis. Et illud quod fit ex mordicatione caliditatis est dignius vt p-
portionetur ad horripilationē q̄ ad frigus. Et plurimū quod accidit
de eo vt sit sicut punctio acuum in omni membro. Uerum resolutio
materiei cum sudore est: quoniam caliditas putrefiens vel putrida re-
soluit humiditatez ⁊ remanet cinereitas. Cum ergo sit illa humiditas
non obsessa in venis facilis fit expulsio eius p sudorē in poris. ¶ Pa-
roxismi autem inseparabiles minuuntur ⁊ non eradicantur per sudo
rem: neq; incipiunt cum frigore nisi propter debilitatem virtutis: aut
propter profunditatem caloris innati: tunc enim infrigidantur extre-
mitates ⁊ illud est signum malum. Et in quibusdaz febribus componū
tur frigus ⁊ horripilatio quoniam materia que putrefit est composita
ex frigido ⁊ mordicatiuo. ¶ Et quandoq; componūtur quedaz febres
putredinis tali compositione qua fiant in forma inseparabiles: ⁊ illud
est verbigratia quando incipit humor putrefieri in loco: ⁊ cuz superue
nerit ei putredo putrefit tota ⁊ consumit ab ea quando incipit humor
de genere eius: aut non de genere eius putrefieri: tūc obuiat poxismus
scd̄us tempori eradicationis paroxismi primi: deinde continuatur res
ita. Et quandoq; componuntur febres putredinis modis aliis compo
sitis quos distinguam in capitulis suis. ¶ Et paroxismi quidē febriuz
prolongantur quandoq; ⁊ abbreuiantur. ¶ Prolongatio eorum est er-
go aut pp grossitudinē materiei ⁊ viscositatē eius ⁊ multitudinē eius:
aut ipsius quietem: aut pp debilitatē virtutis: aut pp debilitatē sensus:
aut pp spissitudinē pororum quare non resoluitur humor. ¶ Et eoruz
abbreuiatio est propter contraria eorum. ¶ Et paroxismi iterum festi-
nant ⁊ tardantur. ¶ Et tarditas eorum est: aut propterea q̄ eorum ma
teria est pauca: aut tardi motus ad mineram putredinis propter gros-
sitiem suam: ⁊ hoc quidē est sicut materia quartane. ¶ Et velocitas eo-
rum est: quoniam ipsa est multa sicut flegma: nisi sit vitreum: quoniaz
paroxismi eius quādoq; tardantur: aut subtilis sicut colera. ¶ Et de-
teriores quidez febres sunt inseparabiles in quibus putredo est intra
venas: deinde ille que eradicantur in quibus est putredo in toto corpo
re: aut in partibus cordis. ¶ Et parum quidem accidit senibus febris
valde accensa propter frigus complexionis eorum: ⁊ paucitatem car-
nis ipsorum. ¶ Pulsus vero dispositiones diuersificantur in febribus

putredinis ẜm diuersitatem earum in generibus suis: ⁊ ẜm diuersitatẽ speciei vnius earum in vehementia ⁊ debilitate: ⁊ in fortitudine accidẽtium ⁊ debilitate eorum. ¶ Et quandoq; accidit ei durities: aut ꝓpter apostema calidum vehementis extensionis: aut propter apostema calidum in membro duro: aut propter vehementiaʒ siccitatis: aut cuʒ dominatur frigus in principijs. ¶ Et quandoq; fit lenis propter materiã lenem flegmaticam ⁊ sanguineam. Et propterea ꝙ apostema est in mẽbro leni sicut illud quod est in epate: ⁊ peripneumonia: ⁊ lethargia: aut propter humorositatẽ cum expectatur quando vult vt sudet. ¶ Et pulsus quidem fit in principio paroxismorum debilis coartationis ꝓpter aduentum virtutis super materiam ⁊ occupationẽ eius in mundãdo ⁊ euentando.

¶ De sermone vniuersali de signis febrium putredinis. Cap. 2.

Significant febres putredinis aduentus causarum antecedentiũ eas: ⁊ proprie quãdo non est in eis causa primitiua. ¶ Et pulsus ⁊ anhelitus cuius constrictio est velox quoniam necessitas est ad mundificandum vehemens valde. Et est caliditas mordicatiua non suauis sicut est caliditas ephimere febris. ¶ Et plurimuʒ quidem febrium putredinis antecedit almelileti. Et almelileti quidem est dispositio cui admiscetur caliditas non perueniens ad hoc vt sit febris: ⁊ associatur ei lassitudo ⁊ pigritia ⁊ alices ⁊ saltus ⁊ cõmotio somni ⁊ vigilie ⁊ constrictio anhelitus ⁊ tensio venarum ⁊ hypocundrioꝝ ⁊ dolor capitis ⁊ pulsatio capitis. Cum ergo prolongatur facit cadere in febres putredinis: aut facit accidere debilitatem ⁊ citrinitatem coloris. Et qñq; associantur almelileti antecedenti febres multitudo superfluitatis ⁊ mucus nausea ⁊ vrina plurima ⁊ egestio pulruma putrida ⁊ grauitas capitis ⁊ excitatio. Et accidit frequentia in pulsu non a causa intrinseca: immo ex labore aut ira aut alijs. Cũ ergo accidit in eo coartatio tũc iaʒ peruenit paroxismus. Et coartatio quideʒ est submersio pulsus ⁊ paruitas diuersi in quo accidunt pulsationes magne fortes: ⁊ non est velocitas eius fortis. ¶ Sed diuersitas in principio ⁊ in augmento est ex ꝓprietatibus significantibus putredinem: quãuis non appareat in tertiana plurima apparitione propter leuitatem materiei. ¶ Et de signis quidem ꝙ febris sit putrida est euacuatio periodi prime sudoris ⁊ humectationis. Ephimera eniʒ est ecõtrario illius: licet in initio sit in tertiana propter leuitatem predictã vt sit similis ephimere que tamẽ ephimera non permutatur ad putredinem. Et si fuerit augmentum eius non permixtum non proportionatuʒ non simile. ¶ Et prolixitas augmenti iteruʒ significat ꝙ ipsa est putrida. Et additio pulsus in magnitudine ẜm processionem significat augmentum. ¶ Amplius si est interpollata incipit cuʒ rigore aut horripilatione: ⁊ dimittit ẜm plurimũ cum sudore ⁊ humorositate: ⁊ resoluitur cum paroxismis; aut est inseparabilis cuʒ tempore. ¶ Et non est similis ephimere in vrina ⁊ pulsu ⁊ complemento mundificationis ⁊ quiete accidentium. ¶ Et plurimũ

quidem putride sunt accidētia plurima ex siti ꝛ dolore capitis ꝛ nigredinis lingue: ꝛ proprie apostematū: ꝛ multiplicatur inquietudo ex angustia ꝛ agitatione vehementi quam facit pugna materiei ꝛ virtutis: quādoqꝫ enim eleuatur materia: ꝛ quandoqꝫ consurgit virt⁹. Et pulsus similiter quandoqꝫ tendit ad magnitudinem ꝛ fortitudinē: ꝛ quandoqꝫ ad paruitatem ꝛ debilitatem ꝛ coartationē. ⁋ Durities autem fit quandoqꝫ. Et non oportet semper vt sit nisi sit cum febre apostema durū in quocunqꝫ membro fit: aut apostema in membro duro quāuis nō sit durum: aut iam acciderit potus aque frigide: aut aliquid aliud de illis q̄ indurant p ulsum de illis que dicuntur in libro pulsuū. ⁋ Diuersitas autē in principio ꝛ augmento est ex proprietatibus febris putride. Et de significationibus eius fortibus quanuis non appareat in tertiana plurimum propter leuitatem materiei. Et dum non sit pulsus fortis: ꝛ non sit velox velocitate predicta: tunc febris adhuc est ephimera: ꝛ nō permutatur ad putredinem. ⁋ Et est vrina in principio indigesta: aut paruū digesta: ꝛ fortasse est acuta. ℭ Et scias ꝙ a febribus acutis interficientibus raro fit euasio: nisi cum contractione membri. ℭ Et quando alleuiatur febris post quietem apostematis in pleuresi ꝛ similibus: tunc scias ꝙ de materia remansit aliquid: ꝛ ꝙ materia declinat ad locum vbi apparet dolor.

ℭ De signis inseparabilibus. Capitulum. 3.

In continua est diuersitas pulsus que est ſm febrem apparens valde. Et est in plurimo eius non habens ordinē neqꝫ pondus. ⁋ Et perseuerat: ꝛ non separatur post. 24. horas. ⁋ Et nō associatur ei quod diximus de dispositionibus eradicabilibus ex antecessione rigoris ꝛ alijs. ⁋ Et de illis que significant eam est eius assiduitas ꝛ vehementia diuersitatis dispositionis eius apud augmentum: minuitur enim quādoqꝫ ꝛ augetur vice alia.

ℭ De rebus in quibus differunt febres putredinis: ꝛ in quibus communicant Capitulum. 4.

Febris que est propter putredinē colere motus est tertianus: siue sit motus principij paroxismi aut principij vehementie: nisi species eius que dicitur adusta cuius motus est occultus valde: ꝛ est sicut inseparabilis conclusa. ⁋ Et tertiana quidem pura est acuta propter subtilitatem materiei. Et eius caliditas est magna mordicatiua ꝑpter fortitudinem colere. Sed est salutifera: propterea ꝙ colera est leuis super naturam: ꝛ quoniam ipsa facit quietem. Tertiana vero non pura est longioris spacij ꝙ̄ pura. Et pura quidem raro pertransit septē periodos nisi ab errore. Continua quandoqꝫ cōsumitur in hebdomoda. ℭ Et illa que est ex putredine sanguinis est cōtinua inseparabilis. Et eius calor est plurimus communis cum lenitate non cum mordicatione colere. Et quandoqꝫ ꝑuenit ad statum in quattuor diebus. ℭ Flegmatica accessionem faciens omni die est leuis caliditatis per comparationem ad colericam longam: ꝑpter viscositatem materiei: ꝛ frigus

eius & multitudinem eius. Et est magni timoris: quoniā habet paruū spaciū interpollationis & quietis: & quoniā ipsa associatur corruptioni & debilitati in ore stomachi que non excusatur: & illud est de illis que attrahunt accidentia mala ex syncopi & pulsu cordis & casu appetitus. Et que de ea est inseparabilis est res magis similis ethice: si non esset lenitas pulsus: quāuis quandoqꝫ fiat durus etiam. Et quantum est minus pura est minoris & breuioris paroxismi: nisi declinet cuꝫ paruitate sue puritatis ad malitiam. ¶ Quartana autem est nō acuta ꝓpter frigus materiei: longa ꝓpter illud. Et fortassē extenditur que de ea pura est anno vno. Et non pura est breuioris spacij. Uerum in ea non est timor: quoniam quietem facit in spacio longo: & quoniāꝫ ipsa non est talis acuitatis quam sequuntur accidentia vehementia. ¶ Et quartana quidem & tertiana assidua & interpollata consumuntur per vomituꝫ & solutionem ventris aut sudorem aut prouocationē vrine. In continua autem consumitur per huius fluxum sanguinis narium. ¶ Et scias ꝙ principium prolongatur in tertiana. Et status in conclusa. Et declinatio in incessiua. Et status & declinatio in continua. Et status & declinatio in quotidiana: quāuis raro inueniatur quartana continua: & quotidiana integre eradicationis. ¶ Et febres quā non curantur ſm qđ oꝫ & ꝓprie apostemose ꝯuertuntur ad arefactionē: & ꝓprie in febribus acutis in quibus oportet vt patientes eas cibentur: & non cibantur ꝓpter intentionem vt perueniat natura super materiam. Aut oportet vt detur in potu aqua frigida: & non datur in potu propter intentionem vt non fiat cruda: & non succurritur cum extinctione alia. Quoniaꝫ si fuerit alia intentio qđ dicturi sumus in cibatione & dando in potu aquā frigidam fortior duarum intentionū predictarū premittatur super eas ambas: & dimittatur obseruatio illarum duarum.

¶ De significationibus accidentium febrium. Capi͂m. v.

Scias ꝙ acceptio significationum febrium est ex regimie antecedēte & quomodo fuit. Et ex dispositionibus antecedentibꝰ. Et ex regionibus. Et temporibus. Et ex etate. Et complexione. Et ex pulsu. Et vrina. Et vomitu. Et egestione. Et fluxu sanguinis nariū. Et ex dispositiōe febris in rigore: & sudore: & qualitate caliditatis. Et ex ꝑoxismis. Et ex dispositione appetitus. Et ex dispositione anhelitus. Et ex coniunctis: sicut dolore capitis: & vigilijs: & alienatione: & inquietudine: & alijs. ¶ Febribus enim adsunt accidentia ex quibus significantur dispositiones earum de quibus sunt accidentia significantia magnitudinem earum: & ipsarum paruitatem: sicut qualitas caliditatis: & quantitas ipsius. Et de ea est que est mordicatiua vehementer ex quo prius inuadit vsqꝫ ad finem suum. Et de ea est que mordicat in primis: deinde minuitur ꝓpter resolutioneꝫ materiei & lenitur. Et de eis sunt que mordicant. Et de eis sunt quaꝝ caliditas est humida. Et de eis quaruꝫ caliditas est sicca. ¶ Et sunt accidentia que significant genus earum: sicut accidentia ꝓpria cum tertiana: sicut principiū paroxismi cū pun

ctione ⁊ horripilatione ⁊ mordicatione caliditatis in eo. ¶ Et acciden/
tia significãtia malitiaꝫ eoꝝ sunt: sicut inquietudo ⁊ alienatio ⁊ vigilie.
¶ Et accidentia significãtia digestionẽ ⁊ indigestionẽ sunt: sicut illud
qḋ diximus de dispõnibus vrine. ¶ Et accidentia que significant crisiꝫ
que dicemus. ¶ Et accidentia que significant sospitatẽ ⁊ contrarium
eius ⁊ dicemꝰ omnia illa. ¶ Et forme insunt iudicia plurima: sicut ille
cuius cõuertit color ad plumbeitatẽ ex albedine ⁊ viriditate: ⁊ signifi/
cat frigiditatẽ humoꝝ ⁊ paucitatem coloris innati aut excitationem ⁊
inflãmationem: sicut accidit ei cuius causa est satietas nauseatiua. Et
sicut velocitas tumitionis faciei: ⁊ tornatilitas eius: ⁊ tenuitas nasi: ⁊
significant aut vehemẽtiam caliditatis: aut subtilitatẽ humoris ⁊ ve/
locitatem resolutiõis eoꝝ: ꝓpter amplitudinẽ poroꝝ ⁊ motus in seip/
sis: ⁊ exitus eoꝝ a ꝯsuetudine: aut casus eoꝝ habent significatões ⁊ res
de illis quas dicemus. ¶ Et accidẽtium febrium quedaꝫ sunt quorum
hora est hora status: sicut alienatio ⁊ cõmixtio mentis ꝓpter inflatõem
capitis. Et de illis sunt quoꝝ hora est principiũ: sicut horripilatio ⁊ fri
gus: ⁊ sicut ꝓfunditas somni que ꝯsequit plurimũ principioꝝ febrium
ꝓpter debilitatẽ cerebri: ⁊ declinatio caliditatis ad interiora corporis
vbi est materia ⁊ multitudo vapoꝝ eleuatoꝝ ab eo per cõmixtionẽ in.
cipientem in corpore vsquequo resoluit eos inflãmatio: ⁊ adiuuat illõ
frigus cerebri in seipso ⁊ frigus humoris qui vult putrefieri ⁊ calefit.
¶ Et res ex quibus scitur dispositio febris ⁊ ex qua specie fit sunt. Di/
spositio febris in acuitate sua: ⁊ sua leuitate. Et dispositio febris in hoc
ꝙ ipsa accidit a causis primitiuis ⁊ antecedentibus ſm conditionem
predictam. Et dispositio febris adherẽtia sua ⁊ eradicatõe. Et disposi/
tio febris in acuitate sua cum rigore ⁊ frigore ⁊ horripilatione: aut eius
contrario ⁊ qḋ est ex eo. Et dispositio febris in diuisione sua cũ sudore
plurimo aut pauco. Aut dispositio preteriti regiminis: ⁊ etas: ⁊ forma:
⁊ tempus: ⁊ ars: ⁊ dispositio pulsus: ⁊ vrine.

¶ Sermo de rigore ⁊ frigore ⁊ horripilatõe ⁊ fractõe. Cap. 6.

Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in
frigore ⁊ punctione in cute ⁊ lacertis. Et antecedit eam pigritia
⁊ fractio. Et quasi fractio est maneries eius. ¶ Frigus autẽ est vt sen/
tiat in membris suis ⁊ dorsis lacertoꝝ suoꝝ frigus purũ. ¶ Rigor vero
est vt nõ possit continere mẽbra sua ex cõmotione ⁊ tremore euenien te
in eis ⁊ motibus inuoluntariis. Et fortasse est frigus forte. Et nõ fit ri/
gor fortis sicut in febribus flegmaticis ⁊ quartana. ¶ Et de causis ve/
hementie rigoris est vehementia virtutis expulsiue in lacertis. Et pro/
pter illud quãto causa frigoris est viscosior: est rigor vehemẽtior. ¶ Et
sanguis submergitur cum rigore ad interiora. ¶ Et scias ꝙ humor fri/
gidus est quietus: qm̃ iam consueuit mẽbrũ in quo est: ⁊ quiescit passio
eius ab eo quare nõ sentitur frigus ab eo. Cum ergo mouet ⁊ spargit
sparsione plurima aut pauca ꝓpter aliquaꝫ causaꝝ scilꝫ ꝓpter calidi/
tatem separantẽ aut aliud patitur ab eo mẽbruꝫ qḋ erat nõ occurrens

ei ⁊ sentit frigus eius ꝓpter causam cõplexionis diuerse. Et tu quidez
sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus scientie medicine. ¶ Et multo-
tiens quidem accidit a flegmate vitreo sparso in corpore rigor nõ per-
ducens ad febrem. Et qñq3 sunt ei periodi ⁊ nõ est fortitudo eius forti-
tudo rigoris perducẽtis ad febrem. Et materia que facit lassitudinem
rigoris per paucitatẽ suam facit rigorez per suam multitudinẽ anteꝙ̃
putrefiat: nam si nõ putrefit nõ perducit ad febrem. ¶ Et qñq3 accidit
frig⁹ ⁊ rigor ꝓpter subuersionẽ caloris in corpore causa cibi ⁊ que sunt
ei similia. ¶ Et rigor ⁊ frigus antecedunt febres: qm̃ humor crudus
effundit ad lacertos in primis ⁊ nocet frigore suo per cõparationẽ ad
lacertos: deinde cum incipit putrefieri incipit calefieri. ¶ Et qñq3 an-
cedit rigor febres ꝓpter mordicationẽ humoris ⁊ fortitudinẽ virtutis
expulsiue que est in lacertis: sicut excutitur homo effusione aque cali-
de valde sup cutem: ⁊ ꝓprie cum est salsus. Et fortasse fit nocumẽtum
eius qđ mordicat eam vt refugiat calor innatus ad interiora ⁊ dñetur
frigus: quare fit cuz mordicatione caloris frigus quasi frigus dñetur.
Et mordicatio quidem caloris est apud pániculum tegentez interius.
¶ Et qñq3 accidit rigor ꝓpterea q: refugit calor ad interiora: sicut fit
in apostematibus intrinsecis. Et qñq3 significat rigor ⁊ horripilatio sa-
nitatez in febribus inseparabilibus: qm̃ significant ꝙ materia expellit
in venis ⁊ egredit. Uerum qñ non est cuz digestione ⁊ in hora cretica: ⁊
nõ sequitur eaz leuitas est significatio ꝙ expulsio illius quãtitatis nõ
est: qm̃ virtus est vincẽs: imo qm̃ materia multa expellitur ꝓpter mul-
titudinem suam. Et de rigore est qui significat mortẽ: ⁊ est ille quem se-
quitur debilitas virtutis ⁊ casus caloris innati ⁊ siccitas. ¶ Horripila-
tio vero fit ex causis paucioribus causis rigoris. ¶ Et cõmotio anime
⁊ periodi indicat periodum. ¶ Et senum qđẽ febres sunt sepulte. ¶ Et
qñq3 est causa in longitudine febris grossitudo in visceribus quare re-
supinetur febriens ⁊ extendat pedes suos ⁊ tangant viscera sua. ¶ Et
qñ denigratur lingua febriẽtis cuz alleuiatione febris: tunc febris eius
est sepulta. ¶ Et qñq3 associat febri paralysis: ergo curetur febris in pri-
mis. ¶ Et de eis q̃ ꝯueniũt illis est sirup⁹ acetosus pmixt⁹ cũ gelen iabiz
⁊ aqua ciceris cum oleo si tollerat febris. ¶ Et rasio capitis est ex eis q̃
inspissant cutẽ eius quare reuertunt vapores ⁊ fit fortis febris.

¶ De intentõe ad curatões vl'es febriũ putredinis: Ca. 7.

SCias ꝙ intentio in medicando has febres: qñq3 vertit ad partez
febris: quare est necessarium vt infrigident ⁊ humectent. Et qñq3
ad partẽ materiei: vbi necesse est vt maturet vel digerat: aut necesse est
vt euacuetur. Et digestio qđem in grossa est equatio eius cuz subtilia-
tione. In subtili est equatio eius cum ingrossatione. Et qñq3 contraria
sunt illa que reqrit febris de infrigidatiõe: ⁊ illud qđ reqrit humor de
digestione ⁊ euacuatione ⁊ resolutione. Quandoq3 enim est digestiuũ
AQue delectabiles ⁊ fluuiales conseruant humiditateꝫ radicaleꝫ: ⁊ causant egressium fecum ⁊ superfluitatum: digeruntqꝫ ⁊ deducunt cibum per venas. 132.

MElior est ex aquis pluuialis munda: quoniaꝫ nihil admiscetur ei quod inferat eis nocumentum. 133.

EX eis aūt sunt egredientes a naturali dispositione earū quarum propria actio est ſm complexionem eius qđ admiscet eis. 134.

OMne quod bibitur ex ceruitijs lacte ⁊ vino nutrit corpus. 135.

POtus conuertens corpus ad sui naturam est sicut oximel ex sui suuamento. 136.

SOmnus est quies virtutum animalium motiuarum ⁊ sensitiuarum. 137.

IPse enim calefacit corporis interiora exquo fit cibi digestio laudabilis ⁊ melior. 138.

SI autem somnus multum prolongatur: replebitur caput humoribus. 239.

IPse enim humectat corpora: ⁊ relaxat: extinguitqꝫ calorem viuificantem ipsa. 140.

TEmperata vigilia excitat valde sensus: ⁊ dispōit vires ad exercēdum operationes suas: ⁊ cum hoc mundificat corpus a fecibus ⁊ superfluitatibus. 141.

EX longa autem vigilia contingit expergefactio ⁊ insomnietas generans anxietatem ⁊ angustiam anime. Ipsa etiam dissoluit spiritus: ⁊ corpora sedat: ⁊ corrumpit splendorem ⁊ claritateꝫ corporis ⁊ colorem eius: ⁊ profundat oculos: nocetqꝫ digestioni: ⁊ mentem tollit: ⁊ corpus infrigidat. 142.

EX exercitijs decet qđ fiat tēperatū moderatū ⁊ equale: nam equat ⁊ tempat corpora: ⁊ efficit egressuꝫ supfluitatū ⁊ hūiditatū. 143.

DIsponit etiam corpus ad hoc vt nutriatur: ⁊ disponit paruum vt augeatur. 144.

IMmoderatum ex eo proprie dicitur labor: qui quidem spiritum euacuat: ⁊ educit: ⁊ emacerat pingues ⁊ carnosos: ⁊ inflāmat calorem extraneū: ⁊ ducit etiaꝫ humiditates a corpore: ⁊ debilitat neruos ex violentia doloꝝ: ⁊ facit corpus senescere an̄ etatē senectutis. 145.

VLtimata quies ē icōueniēs: neqꝫ est iuuamētū in vltimitate eius:
imo ipsa replet corpus humiditatibus sicut ⁊ glādulis ⁊ nodis:
neqꝫ disponit corpus ad aliquem cibum.
COrpus indiget vniuersali eūatione omniū membrorū corporis p 146:
flebotomiam ⁊ farmaciam: ex qua quidem est perfectum iuua-
mentum in vere.
VOmitus fiat in estate. Sed melancolia educatur in autum- 147.
no.
GArgarismata ⁊ dentifricia purgant ⁊ mūdificant palatum ⁊ den 148.
tes.
PRouoca vrinam: alias incidēt in idropē. Et prouoca mēstrua: sin- 149.
aūt: corrūpent corpora eorum.
DUc feces in colica: nam in eaꝝ eductione curabitur patiēs. 150.
151.

VTere balneo ad tollendum sordes ⁊ immundiciam: neqꝫ sis in
hoc piger si velis educere superfluitates a corporis supficie ⁊ cu-
tem ab accidentibus immundicie mundam facere.
COitus cōmendatur iuuenibus quatenus per eum a nocumentis 152.
pernitiosis liberentur.
NEquaquam tamen concedatur macris: senibus: aut etiam debi- 153.
libus.
INcurrit podragram ⁊ dolores alios ille qui vtitur coitu imme- 154.
diate post cibum sumptum.
MUltus coitus debilitat corpus: facitqꝫ ipsum hereditare varias 155.
species nocumentorum ⁊ dolorum.
IRa anime vel timor incitat frigiditatē qui quādoqꝫ magnificatur 156.
in tantum donec ledat in vltimo.
MAgnum ⁊ multum gaudium impinguat corpus ⁊ ideo multum 157.
ledit pinguez ⁊ crassum.
IN lamento quidem ⁊ tristitia fertur iudicium nocumēti sup ma- 158.
crum. Et confert indigenti dissolutione.
MOrbi ex superfluo calore in membris consimilibus absqꝫ super- 159.
fluitate generati sunt sicut morbus febrilis: ⁊ consumptiuus si-
cut in ethica et ptisi.
MOrbus autem ex calore cum humore est sicut febris putrida. 160.
161.
EX eis autem sunt morbi frigidi absqꝫ materia: sicut congelatio
contingens ex niue grandine vel frigore. Et ex eis est frigus cū
mā sicut paralisis cū magna quātitate flegmatis.
EX eis est humidis absqꝫ superfluitate: sicut hitudo corporis que 162.
laxa vel mollis videtur. Et ex eis est morbus humidis cum mā
humorali: sicut repletio ventris in hidrope.
MOrbus siccus cum materia est sicut cancer vel glandula. Sed 163.
siccus preter ꝙ in corporibus sicut materia est sicut spasmus ex
inanitione.
164.

IN membris organicis existunt morbi cui accidit in plasmate le/sio vel nocumentum. 165.

EST autē morbus in augmēto si fuerit caput nimis magnū. Et in diminutione: si fuerit stomachus nimis paruus. 166.

SI videatur forma capitis lata vel compressa erit error vel pecca/tum in plasmate. 167.

EX eis etiā est morbus in cōcauitate: cum accidit ei nocumentuꝫ sicut cum planta pedis carne repleatur. 168.

AUt si accidat ꝛ interponatur aliquid in poris ꝛ meatibus: sicut contingit in oppilatiōibus ex lapidib⁹ renū ꝯtingentibus. 169.

AUt si membrum quod debet esse asperum sit lene: vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat. Aut si quod dꝫ eē lene ex/asperetur: sicut cāna pulmonis cum exiccatur. 170.

EST aūt numerus a nā egrediēs in sex vel quattuor digitis. 171.

INterdum vniuntur duo digiti ꝛ iungūtur. Et interduꝫ crura in/naturaliter separantur. 172.

SOlutio diuisi in alias vnionis existit in coniunctione membrorꝫ aut in separatione. In coniunctione quidem sicut ex dislocatiōe brachij ꝛ incisione pedis vel manus. 173.

SOlutio in ossibus est fractura. In tunicis autem ꝛ venis dicitur ruptura. Sed solutio facta secundum latum vel longum in ner/uis dicitur fixura vel punctura. 174.

SOlutio facta in ligamētis vel chordis dicitur quassatio. ꝛ arabice dicitur rabat. Sed facta in carne dicitur vulnus. Si tn̄ ꝓduceret tēpus eius diceretur vlcus. Sed facta in sola cute dr̄ excoriatio. 375.

CAuse diuiduntur in manifestas apparentes que. s. contingunt cu ti ꝛ superficiei corporū sicut ignis ꝛ nix: percussio aut ruptura cō tingens ex saltu. 176.

EX causis etiam sunt que dicuntur coniuncte. Et ipse quidē sunt inter has species differentes: ꝛ hoc quia quādiu cōtinuatur pu/trefactio cōtinuat̄ ꝛ febris putrida. Ex causis etiā sunt que anteceden tes appellant̄ omni repleto corpori cōgruentes. 177

EX causis efficientibus vir est quicquid corrūpit membri comple/xionē ex infusione humoris ad ipm. 178.

HEc sunt potētia impellentis ꝛ debilitas seu in potentia recipien/tis ꝛ multitudo mali humoris fluentis: latitudo meatuū: ꝛ debi/litas nutritiue. hec enim est sufficiens summa earum: necnō etiā qꝛ vi/debis qualitatē in substātia corporis existentem superari: ꝛ ad sui con/trariam declinare. 179.

QUod generat in eo calorē est quidē causa quare cōtingat corpi il lud qđ inde eidē ꝯtingere ꝯsueuit. Usus aūt ꝛ esus allei ē calidū in potētia. Sꝫ calidū in actu est sicut calor solis. 180.

EX his sunt mot⁹ aie sicut ira. Et mot⁹ corpis sicut labor. Et corru/ptio ꝛ putrefactio. Et cibi paruitas. Et quod poros corporis cu/

tis claudit & constringit sicut aer. 181.

Causa vero harũ egritudinũ est qcqd in eo frigiditatẽ generat. Et quãdoq3 soluit ex eo dissolubile: cuius virtus: aut est in potentia velut cõtingit in iusquiamo assumpto: aut i actu sicut in niue. 182.

Famis est cum pabulum spirituu3 terminat. Et sic cõtingit cũ terminatur & cõsumit oleum in lampade vel furcibulo. Uehemens etiã saturitas & crapula calorẽ suffocat & extinguit. 183.

Motus aũt fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituum & infrigidationis corporis. Quiete etia3 infrigidat calor sicut flãma fumo extinguitur. 184.

Fortis & valida corporis densitas concludit calore3 in corpore donec extiguatur corpus. imoderate rarum seu spongiosu3 de facili infrigidatur cũ sit propinquum & dispositum ad hoc vt in eo calor de facili dissoluatur. 185.

Cunq3 sunt numero scripta humiditatẽ generãtia ex quib9 aqua calida dulcis super totum infusa est humida in actu. 186.

Ex humectãtib9 aũt in potẽtia est vsus pisciu3 delectabiliũ: casei recẽtis: quies corpis: & imoderata refectio vel saturitas. 187.

Cunq3 sunt siccitatẽ generãtia sensu intellectu ve apprehensa: ex quibus queda3 actu existunt sicut boreas: & quedam in potentia sicut esus sinapis & tanta famis seu abstinẽtia per qua3 humiditas corporis cõsumatur: & omnis motus fortis & violentus. Contingit etiam corporis exiccatio ex ventris solutione. 188.

Cause magnitudinis membrorum sunt fortitudo & potentia formatiue & etiam nutrientis. 189.

Cause paruitatis membroru3 sunt contrarie eis que magnitudinem efficiunt in eisdem. 190.

Cause corruptionis formarũ est in numero similitudinũ: qđ quidẽ ratione malitie cõplexiõis existẽtis i matrice cõtingit: aut paruitate spermatis: aut malo egressu fetus in ortu suo ex cuius tortura contingit peccatum in figura & forma. 191.

Ex his etiam est nutrix si deliquerit fasciando ipsum aut eleuando vel deprimendo ipsum. 192.

Uel si forsan augeatur in eo cibus: aut ad nutriendum qui malus existat. 193.

Aut si puer õbilitate sua cadat cũ nõ regit ab alio & ipsi9 tibia aut crus inde frãgant: vel eius nasus pcutiat taliter q inde tensionẽ & pressionẽ patiat. Non enim põt mã ratificari si moueat qs impotens se sustinere rõne fracture ossis nondu3 perfecte cõsolidate. 194.

Hec etiam facit multitudo humorum in leprosis & paruitas coruidem & cõtinuitas febres facientib9. 195.

Aut tortura oris & faciei ↄtingens ex mollitie & relaxatatõe nerui aut corrugatione & tensione nerui ṽsus collũ declinãte. 196.

Uestigia apostematũ & cicatrices vlcerũ & vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt. 197

SApientes dederunt operaȝ in collectione eorum que sunt de genere claudētiuȝ ꝛ obturātiū poros ꝛ meatus: ex quibus sunt fortitudo retētiue ꝛ dbilitas expulsiue. interdū ēt frigus est cā hui⁹. 198.

SIccitas etiā coartat eos valde ꝛ similiter faciunt ligature. apostema etiaȝ angustat ꝛ obliquat per cōstrictionem exterius in aliquo mēbro generataȝ. stringit etiam eos medicina stiptica. 199.

HOc etiā cōtingit interdū consolidatiōe vulnerū ꝛ vlcerū: ꝛ etiaȝ verruca seu porro ꝛ carne innaturaliter augmētata. 200.

HOc etiam humor facit aut sanies vel sanguis lac coagulatum ꝛ aqua. 201.

HOc etiaȝ faciunt vermes lapis ꝛ fex sicca dura ꝛ aer. 202.

CAuse operationis meatuum sunt fortitudo expulsiue ꝛ debilitas retentiue. 203.

EX his etiam est omnis medicina aperitiua calida ꝛ humida necessario. 204.

QUicquid augetur ꝛ excedit numero in nobis: augetur sic ex multa materia vt digit⁹ si fuerit materia laudabilis: aut rana si materia illaudabilis. 205.

QUicquid minuitur in nobis numero: contingit contrario eius cuius rememorationem fecimus. 206.

CAusa generans asperitatem est ablatio humiditatis: que interdum ex humore frigido contingit puluere stipticitate ciborum ꝛ medicinarum. 207.

CAusa leniens asperitatem est sicut humor viscosus: ꝛ omne pingue vnctuosum. 208.

PRoculdubio omne illud de cuius natura est vt stet separatum ab aliquo: cum aliquo modo ei vnitur si cum eodem coniungeꝶ. Si vulnus nō debite solideꝶ: ꝙ res in mēbro inopinata ostendeꝶ. 209.

EX hoc etiam est fortitudo in mutatione: ꝛ debilitas informatiue. 210.

QUāuis separatio cōtingens cuilibet ex eis de quoꝛuȝ natura est vt sunt in situ coniūcta sit de genere ꝛ numero egritudinū situs ꝛ positionis in mēbris organicis: ꝛ nihilominus etiaȝ proprie de genere solutionis diuisi seu continuitatis: cuius quidem solutionis cause he referuntur. 211.

HUmor quidē habēs viȝ ꝛ qualitatē vstiuā ꝛ calefactiuā ꝛ corrosiuaȝ vel sanatiuā: aut hypostasis impulsa seu imbibita cōtusioneȝ inferens: vel viscositas relaxās qđ mouere deberet: vel saltus contundens lanians ꝛ disrumpens vel lapis offendens ꝛ cōtundēs. 212.

EX eis sunt medicine corrosiue ꝛ vstiue: vt ferrum corrodens ꝛ lanians. Et quādoqȝ vētus scindit rōne tensionis. Ideȝ etiaȝ agit ignis sicut in ceteris. 213.

QUedam accidētia reperiunꝶ in operationibus ꝛ quedam in qui-

busdam corpori contingẽtibus: ⁊ quedã in egrediẽtibus ab eodem pu-
ta in fecibus: egressu .s. sanguinis sudore ⁊ vrina. 214.

EGressus naturalis operationis a dispositione sua est triplex .s. ip-
sius debilitas: ipsius ablatio: ⁊ ipsius imutatio seu corruptio: qđ
in quolibet morbo est etiam manifestum. 215.

DEbilitas eniȝ operatiõis visus est cuȝ aliquis debiliter videt. Et
ipsius ablatio cũ oĩno visus ꝓhibet vel aufert. Et ipsius corru-
ptio ⁊ incõueniẽs imutatio cũ imaginat se videre q̃ nõ videt. 216.

EXempla accidentium proportionabilia reperiuntur in acciden-
tibus contingentibus aliis operationibus. 217.

SEnsus visus attingit ⁊ ꝑcipit interdũ aliqđ ex accidẽtibus quali-
tatuȝ corpori cõtingẽtibus citrinitatẽ ⁊ tumorẽ visu ꝑceptibileȝ:
Et interdũ attingit ⁊ ꝑcipit auris aliqđ ex eisdẽ sicut sonũ vẽtris in hy
drope. Percipit etiã ex eis aliqđ sensus odoratus quẽadmodũ fetoreȝ
cõtingentẽ in vlceribus putridis ⁊ corruptis. Ex eis ẽt est qđ suo sapore
ꝑcipit ⁊ sic ꝯtingit cũ acredo vel acetositas in ore ꝑcipit. Tactũ etiã qđ
ex eis cognoscit .si eniȝ per tactũ cognoscit cãcri durities. 218.

SUper accidentia ab egredientibus a corpore sumpta excitantur
siquidem quinqȝ sensus. 219.

SIcut in vrina si rubea sit vel nigra. Et sputo si fuerit vel sanguis
vel sicut butyrũ. Et in eo qđ quidẽ rõne dissolutõis vel resolutõis
egredit sicut cõtingit vẽtositate sternutatiõe oscitatiõe. In vomitu etiã
reperit interduȝ acetositas amaritudo vel stipticitas. Et cuȝ vrina fue-
rit fetida significat quidem super vesice vlcera. Et si in sudore sentitur
si frigidus fuerit vel calidus tenuis vel viscosus. 220.

ET q̃dã accidẽtia sunt patientiuȝ passiões ⁊ apud nos signa ⁊ de-
mõstrationes. Et postq̃ feci rememoratiõẽ de his quasi trãsito-
rie ⁊ in generali: faciã nũc rememoratiõẽ de eisdẽ in speciali. 221.

OMne signum sicut dictum est rememoratiuum aut presentis indi
catiuuȝ: vel futuri pronosticũ. Est tñ vtile non necessariũ nobis ꝙ
referimꝰ ex eo qđ p̃teriit sicut humiditas termiati sudoris. 222.

OMne illud quod significat super illud quod iam existit neqȝ non
etiam ꝙ significat super illud quod speramus est quidem multũ
necessariũ: cura eiȝ ꝯueniẽs fit a nobis cũ auxilio huiꝰ rei. 223.

EX his quidẽ signis sunt quedã generalia: ⁊ quedã spãlia: ⁊ parti
cularia alicui ex mẽbris de quibus quidẽ specialius faciã reme-
moratiõẽ in arte seu parte artis curatiue. 224.

OMne signum generale sumit a mẽbris principalitateȝ ⁊ dominiũ
habentibus: puta ab epate cerebro ⁊ corde. hec enim secundum
veritatem dicuntur principalia. 225.

ET cum est recte formationis seu imaginationis ⁊ rõcinatiõis seu
cogitationis sane memorie ⁊ recordationis. 226.

MOtus etiam ⁊ sensus laudabilis significat super capitis sanita-
tem; Et nocumenta eius cõtingentia denotant proculdubio ꝙ

morbi existant in cerebro. 227.

CUm cor incedit recte in passione sua: tunc eius dispositio est pacifica ⁊ tranquilla. 228.

NEquaq̄ fuerunt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapientis. Quorum quidem primus ab estimatione dilatationis est assumptus. ipse enim significat super dominium ⁊ fortitudinem virtutis ⁊ ipsius equalitatem. 229.

MAgnus autem est cuius dimensiones eminent ⁊ descendunt. Et significant super fortitudiuem ſm suā existimationē. 230.

PAruus pulsus est contrarius in virtute. Et etiam pulsus longus ⁊ breuis. 231.

EX eo strictus ⁊ latus necnō etiam eminens ⁊ profundus. 232.

GEnus eius relatum temperiei motus est varius ⁊ diuersus. Ex quo est pulsus velox magne iactantie: ⁊ significat quidem super vim ⁊ calorem. Ex eo etiam pulsus est tardus dominans congelatiōis vnde significat super debilitatem cum frigiditate. 233.

GEnus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species. s. in frequentem spissum ⁊ sine quiete significantem super debilitatem virtutis ⁊ caloris. Et in tardo sibi contrarium qui super laxitatem ⁊ frigiditatem attestatur. 234.

GEnus sumptum a dispositione virtutis diuiditur in fortem pulsantem ⁊ magnum ⁊ in sibi contrarium debilem: cuius pulsatio profunda est ⁊ exilis. 235.

EX genere sumpto a corpore vene per tactuȝ pulsus durus qui attestaᷣ super siccitatē. Et ex eo est qui tactu mollis ⁊ humidus reperitur significans super sui corporis mollitiem. 236.

GEnus sumptū a prima qualitate corpis vene significat recte sup cōplexionē. s. frigidus sup frigidā: ⁊ calidus sup ꝯtrariā. 237.

GEnus sumptū ab eo ꝙ repleᷣ vena declarat dispositiōeȝ ⁊ esse humoruȝ eius. Plenus eniȝ sup humorū abundātiā. Et vacuus sup ipsorum diminutionem habet attestari. 238.

GEnus sumptum ex motionibus ⁊ quietibus pulsus detegit quidem ad sensum species eorum. Est autem ex eo species iusti ponderis: ⁊ conueniens pulsibus etatum temporuȝ anni ⁊ regionis. Ex eo etiam est egrediens a debito consueto. 239.

EX eo etiam est sine pondere contrarius ei quem premisi sine pondere. 240.

ALiud genus eius sumitur ab equalitate vniformitate aut diuersitate ⁊ inequalitate ipsius. 241.

QUi recte incedit vniformiter ⁊ ordinate diciᷣ vnitus siue equaľ. Qui ṽo claudicat ⁊ deuiat in hoc inequalis diᷣ ⁊ diuersus. 242.

IN diuersitate generis sumpti in numero percussionum arterie sunt differentie. 243.

Differens plurib' pcussionib' diuidit in duas species. 244.

Inequalitate & diuersitatibus ordinatum: & ordine carentem quez scilicet anima percipere nequit. 245.

Dominus huius ordinis dicitur reuersiuus. Et est fm dictum nostrum ille qui postq̄ nunc sic percussit & reuertitur consequenter ad percutiendum sicut prius. 246.

Ex eo etiam est cuius regressus minime sunt vniformes: & talis est qui cauda sorcis appellatur. 247.

Et etiam ex eo qui differens seu diuersus in vnaquaq3 percussione reperitur cu3 mensura quattuor digitoru3 capitis. 248.

Ex his quidem est pulsus intercisus & dominus cōiunctionis. Ex his etiam est altus humilis & depressus. 249.

Ex his etiam sunt in cuius percussione duo sunt ictus. Et ex eis etiam in quo sunt plures. 250.

Est etiam ex eis vermicularis. Et serrinus. Similiter formicularis. Et vndosus. 251.

Ex his etiam est ille qui tremulus dicitur exquo est significans super ethicam. 252.

Omnes quidē pulsus cōtinet duas spēs. Est etiā vna equalis que ex ābabus contrarijs descendit seu reponit in gradu. 253.

Inter species vero generalis diuersitas non est equalis & media in diuersitate. 254.

Ex pulsu tēperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet: donec scias ex eo cui lateri equatur aut inequalis efficiat. 255.

Omnis pulsus egrediens a dispositione conuenienti dicitur comparari ad egressum complexionis eius. 256.

Scito esse varias species pulsuu3 in diuersis etatibus quattuor anni temporibus & diuersis regionibus. 257.

Et etiam in diuersis complexionibus hominum & habitudinib' masculis & mulieribus. 258.

Pulsus velocitas cum magnitudine est in calido. Sicut etiam & in etate iuuentutis. Et in masculo. 259.

Talis autem est in regione & habitatione meridionali: macro: in pregnante: & estate. 260.

In frigido enim est pulsus paruitas & tarditas. Et cōsimilis quidem est in senibus & autumno. 261.

Consimilis quidem est in mulieribus: & in pingui carne3 laxa3 habenti. talis etiam est in septemtrionali. 262.

Cuiuslibet sicci quidem pulsus est durus. Et cuiuslib3 humidi est quidem pulsus mollis. 263.

Pulsus cuiuslibet habentis complexionem equalem & temperatā similatur quidem pulsui perfecto ipsius veris. 264.

Quartu3 clima sequit complexione3 predictā. 265.

Pulsus infantis freq̃ns est mollis. Pulsus autem senis est tardus et durus. 266.

Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem ferentis est valde plenus. 267.

Omne corpus vacuũ a materia habet pulsum illaudabilem et vacuum. 268.

Pectus et pulmo sunt organa anime: que siquidem sana fuerint vite conseruabuntur. 269.

Si operationes eorum decliuant ad aliquam maliciam: cor siquidem ignietur ex sui inflãmatione. 270.

Et sputum quidem habet significare super accidentia pectori cõtingentia in quacunq̃ egritudine eidem contingente. 271.

Ablatio sputi ꝓculdubio super principium attestatur. significat enim q̃ materia in nullo est digesta. 272.

Si autem fuerit paruum et tenue: habebit super digestionem debilem attestari. 273.

Si vero fuerit medium et equale: in hoc quidem significatur q̃ morbus iam ad medium augmentum ꝑuenerit. 274.

Si autem fuerit multum spissum: tunc proculdubio est morbus in statu. 275.

Tenuitas etiam sputi significat q̃ humor faciens morbum leuis sit et subtilis. 276.

Tale etiam significat q̃ morbus sit velocis et cite digestionis. Si vero fuerit grossum significabit su pra contrariũ et tardũ. 277.

Nigredo sputi significat super violentiam vstionis. 278.

Sputum vero viridis coloris significat super coleram citrinam et porrinam. 279.

Sputum habens citrinitatem claram significat super coleram vitellinam. 280.

Sputum album significat super humorem flegmaticum. Et rubeum super sanguinem. Et sputum cuiusq̃ fetidum est proculdubio putrefactionis significatiuum. 281.

Omne sputum sine fetore significat q̃ in eius nulla sit putrefactio. 282.

Si sputi figura rotunda sit: et cum hoc patiens febrem patiatur: hoc erit quidem q̃ in diafragmate eius sit apostema. 283.

Si patiens non cessauerit tussire: iam quidẽ incidit in ptisim. Sputum autem egrediens sine tussi et difficultate significat super perfectam digestionem. 284.

Generatio .iiij. humorum est in epate ex cuius augmento augetur humor in corpore. 285.

Omne membrum ratione ipsius augetur: est nihilominus in ipso membro propria operatio. 286.

Ex vapore autem ipsius fit spiritus. 287.

Ex reliquo corpore seu humore eius sano fit corpus sanũ. est autẽ humor sanus cum epar sanum fuerit. 288.

Et aque quidem deuehũt cibum ad ipsum: miscenturq; cuilibet humori super eum dominanti. 289.

Que etiam mittũtur ab ipso epate ad eius colatoria: et ipse nihilominus cum humoribus cõmiscetur. 290.

Et ipsa quidem aqua fert secũ colores eorũ: necnon etiam omne illud quod est necessariũ in declinatione et significatiõe eius. 291.

Et proculdubio quicquid duximus est manifestũ super cuius veritatem sensus etiam attestatur. Sunt eniz apud nos ex vrina significantes qualis sit processus patientis. 292.

Albus color vrine est exsignis super multitudinẽ cibi et potus seu nauseatiuã satietatem significantibus: aut sup dñsuz frigoris vel hũiditatis flegmatice: aut sup fluxũ vrine vel oppilatõis epatis. 293.

Cum autem vrina videtur modicum citrina significat quidẽ sup paruitatem colere. Sed cum est in colore ignea significat super multitudinem colere. 294.

Et color quidem clarus sub rubeo ponit: in eo tamen est amplior colera rubea. 295.

Valde autem rubeus erit color eius a natura sanguinis: nisi tamẽ fuerit talis ex assumptione croci aut applicatione alicuius ꝯtingentis: neq; ex colica. 296.

Si autem videat nigra: postq̃ visa fuerit fusca significabit quidẽ super fortem algorez. Si vero talis appareat postq̃ pcessit valde rubea significabit super fortem humoris vstionem. 297.

Iudica aũt super morbuz ex colore vrine: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente puta oleribus cassiafistula et omni re eaz breuiter tingente sicut almuri et similibus. 298.

Tenuitas quidem substantie in vrinis significat super paruitatez digestionis. 299.

Et proculdubio efficitur vrina tenuis per corruptionẽ cibi et oppilationem epatis et apostema. 300.

Vrine autem grossities significat super digestionem: aut sup multitudinez humoris flegmatici in corpore existentis. 301.

Cum hypostasis videbitur alba in colore significabit quidez sup salutem infirmorum. 302.

Si autem color eius appareat citrinus hoc erit ex acumine colere rubee. 303.

Si vero appareat velut sanguis significabit ꝓculdubio super malitiam digestionis ipsius sanguinis. 304.

Et si talis dispositio ipsius prolõgetur neq; varietur: erit ex epate apostemato. 305.

ET si fuerit nigra post intensam rubedinẽ ꝛ petens fundũ postꝗ̃ prius apparuerit in alto: significat quidem ꝙ iam peruenit patiens ad hoc ꝙ anima separetur ab eo ꝛ potissime cum casu virtutis neqꝫ est spes de eo aliqua: neqꝫ potest ei quicꝗ̃ ꝓficere cum sit mors propinqua ex violentia vstionis. 306.

ET si appeat nigra post eius fuscedinẽ p̄ter ꝙ morbi materia sit acuta: ꝛ potissime si cum tali fuscedine affit aliquod signum laudabile: ꝛ radix morbi fuerit ex melancolia: significabit quidẽ sup morbi consumptionẽ: ꝛ hoc ſm plurimum. 307.

SI appareat nubes supernatans in superiori parte vasis significabit sup cruditatẽ: lꝫ sit in ea aliquid digestionis que ex vẽtositate cõmiscente se ei impeditur ꝛ inde sursum eleuatur. 308.

ET scito ꝙ si videatur pendere in medio ꝙ parua ventositas est in tali hyhostasi. 309.

ET scito ꝙ si p̄eũte citrina fuerit alba lenis ꝛ ꝯiuncta inferius depressa ꝛ talis ꝯtinuo appeat: ꝙ digestio morbi sit ꝯpleta. 310.

CUm autem apparet hypostasis non continuata significat super debilitatem virtutis. 311.

SI vero fuerint contenta in ea similia fragmentis ordei: significabit quidẽ sup rasurã venaꝝ. Sed si assimilet̃ furfuri ꝛ sine fetore: significabit super vlcera vesice. Si autẽ similetur squamis metallorũ: significabit super vstionem ꝛ laminationem continentem. 312.

SI sanies appareat in vase significabit super apertionem apostematis. 313.

SI vero prolongetur egressus eius cum sanguine corrupto significabit super apostema flegmonicum. 314

CUm autem hypostasis petit fundũ ꝛ spermati similatur est quidem ex humore grosso ꝛ crudo. Et si cum eadem sit arena mixta scito illum cuius est esse calculosum. 315.

PRiuatio quidem fetoris contingit ex priuatione coctionis ꝛ digestionis: aut ex indigestione ratione cibi indigestibilis. 316.

OMne illud qđ est vltimati fetoris est vltimate corruptionis. 317.

SI autem odor eius sit extraneꝰ horribilis scito illum cuius est pati morbum vesice. 318.

IAm quidem retuli genera vrine simplicia. Ex dictis meis poterit quis vti in iudicijs compositoꝝ ex eis. 319.

INterdum attestant̃ feces super stomachum ꝛ interdum super intestina: ꝛ ipsum epar. 320.

FEces quidem minuunt̃ ratione magne trãsmutationis alimenti cum ꝯuertitur in membris: nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis ꝛ attractiua fortis: ratione alicuius nocumẽti contingentis. Et hoc quidẽ significat repletionẽ corporis patiẽtis ex malis humoribꝰ. 321.

SI autem fuerint magne in quãtitate: erit quidẽ signũ ꝙ cibus nõ p̄beat augmentũ corpori: aut ꝙ attractiua sit in eo debilis ꝛ di-

minuta ꝛ expulsiua fortis ratione alicuius morbi vel ñocumẽti. 322.

SI autez feces fuerint albe erit oppilatio vel sclirosis in meatibus kistis fellis ꝛ icteritia quidẽ ex significantib⁹ sup hoc sensibiliter. Sub hoc etiam genere est vrine citrinitas:nisi cũ corpus humore fleg/matico vel mala complexione frigida inficiatur. 323.

SI vero appareant rubee vel ignite significant sup excessum ꝛ do/minium colere rubee. 324.

SEd si similentur porro aut viridi eris in colore significabunt qui/dem morbum ꝛ malitiam magnam. 325.

CUm aũt apparebũt nigre in colore:hoc quidez continget ex forti ꝛ antiqua frigiditate corporis cuius sunt. Et si tales appareãt in morbo acuto significabunt super mortem futuram in ꝓpinquo. 326.

SI autem feces fuerint dure significabunt super fortitudinem at/tractiue:aut super calorem vrentem:vel super cibum stipticum ꝛ constrictiuũ. 327.

SI vero fuerint feces molles ꝛ liquide non erit fortis attractiua in corpore:aut in corpore erit frigiditas mala:aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis:vel ex cibo qui soluit ventrem ꝛ molli/ficat per naturam suam. 328.

SI differatur ꝛ tardetur egressus fecum post cibum sumptuz:hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum:aut dimi/nutione ꝛ debilitate expulsiue:aut forti frigiditate:aut ex ventrem ne/cessario constringentibus. 329.

SI autem citius debito egrediantur:hoc quidem erit ratione cibi non constrictiui sed potius per naturam suam mollificãtis ꝛ sol/uentis:aut ratione humoꝝ ꝛ humiditatũ ad eas fortiter impulsoꝝ:vel ratione meatuum sugentiũ ꝛ attrahentiũ:aut ratione nocumentoꝝ in intestinis ꝯtingentiũ vtpote apostematis in al'. vlceris corruptiõis di/gestionis ꝛ aliaꝝ specieꝝ morboꝝ eisdem contingentiũ. 330.

SI egrediãtur cum sono significabunt super magnam ventosi/tatem.

SI vero fuerint mixte saniei significabunt super apostema in orga nis cibi existentia. 331.

SEd si appareat sanguis cnm eis significabit quidem sup vlcera ꝛ tenasmonem. 332.

SI aũt sun t multũ fetide significabunt sup magnã corruptionem. Si vero velut oleũ supnatat eis significabunt super liquefactio/nem pinguedinis corporis. Et erunt ꝓculdubio odoris acetosi ex hu/more acetoso. 333.

SUdor mult⁹ in morbis hũidis factus quidẽ est ex accñtib⁹ vim ꝛ nãm ipsoꝝ referẽtib⁹:neqꝫ est sicut ille ex quo fit iuuamẽtũ. 334.

SUperfluus autem in vltimo cum casu virtutis patientis contin/git proculdubio ex labore ꝛ debilitate virtutis ꝛ nature:vñ mors est in propinquo. 335.

SEd paruus sudor in morbis super oppilationem ⁊ clausionē cutis ⁊ grossitiem humoris ⁊ debilitatem expulsiue ⁊ paruitatē digestionis ⁊ ventris mollitiem ⁊ fluxum. 336.

SI appareat sudor valde albus in morbis significabit super humorem flegmaticum. Si vero sit citrinus significabit super coleram citrinam. Et si niger super melancoliā. Si aūt sit rubeꝰ erit morbus ex sanguine. Et similiter prebet nobis signa suo sapore. 337.

SUdor subtilis contingit ex subtilitate humorum. Et grossus ex grossitie eorundem. 338.

SI autē fuerit vniuersalis in toto corpore est bonus. Sed si sit pticularis ⁊ spālis in vno loco est malus ⁊ illaudabilis. 339.

QUi etiā cōtingit tpe suo vna cum circuitibus ⁊ paroxismis febrium: aut in die cretica: est qdem bonus ⁊ laudabilis. Contrarij aūt bonitas longinqua est ⁊ remota. 340.

PRonosticatio diuiditur in referentem: ⁊ significantem morbū futurum generari in sano: ⁊ in significantez quod debet contingere patienti in morbo suo. 341.

SIgna autem referentia super egritudinez futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem vel euacuatiōez cerebri aut residui corporis. 342.

SIgnificat aūt sup repletionez qes: multitudo cibi: raritas balnei ⁊ exercitij: ex his nāqꝫ accidētibus ꝯtingit repletio. 343.

GEnus repletionis diuiditur in repletionē penes virtutē anime: que si fuerit respectu imutatiue ⁊ digestiue nequaq̄ erit appetitus comedendi laudabilis: eritqꝫ egestio mollis ⁊ liquida: neqꝫ erit digestio in vrina. 344.

SIgnificatur autē super repletionem respectu virtutis motiue ex grauitate ⁊ lesione motus. 345.

SI autem sit repletio respectu pulsatiue: erit quidem patens debilitas ⁊ pigritia pulsationis eius. 346.

CAusa vero debilitatis aiaꝝ seu potētiaꝝ est illud qđ nequeūt pati ex chimis: nam paꝝ ex eis ledit ⁊ grauat eas: nō aūt ideo qꝛ mēbrorum ꝯtinuitates ex eis repleantur. 347.

ESt autem alia repletio a predicta penes concauitates organorū scilicet cum non poterunt tollerare ex eo quod membrorum concauitates replebuntur. 348.

HOc aūt genus contingit ex repletōe: aut sanguinis puri ⁊ mūdi: aut colere: aut humoris flegmatici. Interdū aūt anime sue potētie fortes sunt: nec grauant eas chimi. 349.

CUm dominatur sanguis alijs humoribus assunt somnus ⁊ dolor capitis in excessu cum tumore ⁊ rubore venaꝝ. Estqꝫ possibile qꝫ inde cogitatōes mutent̄ cum grauitate capitis ⁊ debilitate ⁊ fatigatōe sensuū. Reperitur enīz tactu calidus cum grauitate humoꝝ ⁊ scapularum ⁊ cuz oscitatione. Et sunt interdum grauia latera ⁊ hypocūdria.

Et manifestus fluxus sanguinis a naribus cum alcibus. Et etiam venter est laxus non tamen multum cum delectatione ⁊ suauitate vite. Et apparebunt somnia letitie ⁊ iocunda cum varietate ⁊ multitudine colorum. Accedet etiā pruritus in loco flebotomie cuz rubedine oculi insolita ⁊ apostematibus aut variolis aut pustulis corporis. Et opinabitur se comedere dulcia in somnis ⁊ videbit ꝙ gustet dulcia: ⁊ si prius ea non comederit. Unde si hec accidentia sint in vere aut in pricipio iuuentutis nouelle significabunt qdem nobis sup egritudines ex sanguine generādas: que qdem de facto ꝯsequēter apparebunt. 350.

CUm dominatur colera citrina aut crocea apparet quidem color cutis citrinus cū debilitate ⁊ casu appetitus cibi. Et reperit ille in quo dominatur oris amaritudinem ⁊ mordicationem ex ipsa colera rubea in stomacho contingentem. Acciditq; ei ventris solutio cū qua est colera rubea ⁊ insonnietas cum profunditate oculorum ⁊ siccitas oris ⁊ lingue. Et eius vrina est in colore valde citrina. Acciditq; ei sincopis. Et riget cutis eius cum permixtione ⁊ perturbatiōe. Acciditq; ei sitis post ieiunium. Et apparent ei in somno coruscationes cū subtilitate pulsus ⁊ calore corporis. Sunt etiam ex his accidētibus multa ⁊ frequens balneatio in aquis calidis ⁊ sulfureis. Et motus laboriosi q fiunt in regionibus ⁊ villis septentrionalibus. Et frequēs ⁊ cōtinuus esus acutoꝝ ⁊ maxime si fiat tempore estiuo. 351.

SI vero colera nigra in corpore dominet erit quidem fuscus color corporis cuz forti ⁊ iugi meditatiōe ⁊ cogitatione ⁊ appetitu cibi forti. Et reperietur in ore sapor acetosus. 352.

EST etiam cuz malitia anime intuitus fortis ⁊ affixus. Et pulsus durus est ⁊ tardus. 353.

ET vrina quidem tenuis ⁊ cruda nec in digestione decoctio. 354.

ET cibus siccus aridus anxietas timor continnus ⁊ tristitia. 355.

VIdetur etiam ꝙ interficiat in somnis: apparentq; in somno eius omnia eum exterrentia. 356.

ETas senuz autumnus ⁊ habitationes meridionales ⁊ corporis macies. 357.

SI dominet humor flegmaticꝰ in corpore aggrauabit caput eius. Somnus eius longus. Et fatigabit iter agendo de facili. Et erit eius appetitus debilis cum repletione penes virtutem ⁊ turbationem seu permixtionem ⁊ sopita laxitate. 358.

EX his etiaz est fluxus saliue ⁊ sputi ⁊ tumor vultus ⁊ color patiēris albꝰ. Et erit in pulsu eius occultatio ⁊ tarditas. Et in vrina turbulentia ⁊ grossities ⁊ cruditas. 349.

NEc est in eo sitis: nisi fuerit flegma salsum aut putrefactio affuerit. 360.

EX his etiā accidētibus sunt vsus oium ciboꝝ humidoꝝ ⁊ frigi-

doꝝ. Et etas senectutis. Et tēpus hyemale. Et priuatio exercitij ꝛ balnei. Et excedēs quātitas cibi. Et habitatio humida ratiōe fluminum. Et apparitio mariū in somnis. Et querimonia ex incubo facta. Et impotentia digestionis chili. 361.

CUm autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de necessitate super aduentum egritudinum significantia: esto sollicitus in ablatione eorundem. 362.

EX signis pronosticis est significans mortem futuram. Et ex eis est ꝙ significat futuram sanitatem seu euasionem. Et proprie ex his est scientia pronostica. 363.

EX sciētia istoꝝ videbit medic⁹ ꝛ sciet qs moriaꝛ retrahetqꝫ inde manus suas cura eius: sicut ēt videbit ex sciētia eorūdē qs euadē debeat: ꝛ curari pro tāto notificabit ꝛ ꝓnosticabit illud. 364.

PRincipiū huius sciētie est sciētia de tpibus morboꝝ ꝛ eo ꝙ appet in eis de dispōne morboꝝ. Est etiā scia de longitudine ꝛ breuitate ꝛ fortitudine ꝛ violētia debilitate seu tranqllitate egritudinū. Et ēt de iudicio eius qḋ dꝫ generari ex crisi in tpibus morbi. 365.

IN quolibet morbo sunt diuisa tempora. In quoꝝ aliquo cōtingit mors ꝛ vita vel salus: ꝛ sunt principium augumentum status. In quolibet pōt mors ꝯtingere. In quarto aūt qḋ declinatio appellaꝛ nō contingit mors: nisi contingat error vndecunqꝫ. 366.

PRincipium aūt est in quo contingit nocumentū operationibus: ꝛ debilitas in negocijs assuetis. 367.

ET hoc qdem tempore durat: donec digestio appareat in hypostasibus: sputo: fecibus: ꝛ vrina. Et post ipsum apparet ꝛ cognoscitur augumentum ex longitudine paroxismorum febrium: ꝛ operationibus: ꝛ accidentibus. 368.

STatus vero est cū regimē post dictū ꝑfcta digō appebit: ꝑoxismi morboꝝ augebunꝛ: ꝛ accidētia in quātitate equabunꝛ. 369.

ACcipit etiā morbus diminutionē ꝛ fit interdū crisis perfecta. Vñ cum hoc signū videbiꝛ pronosticetur pax ꝛ salus patientis. nam mors minime accidit in declinatione: nisi errore super patiente commisso: aut aere cōplexionis male ꝛ illaudabilis: necnon etiaꝫ omni extrinseco contrario eidem contingente. 370.

SCientia autē nostra per quam cognoscimus terminum ꝑincipij confert quidem in subtiliando cibum ꝛ dietā sicut decet. ꝛ in mediando subtilitatē eius in augumento. Nam hoc expedit patienti donec morbus ad statum peruenerit: tunc aūt decet medicū esse sollicitū ad subtiliandum perfecte dietam. 371.

OMnis morbus perficitur in mensura. Que si fuerit breuis diciꝛ acutus. Et hic aut interficit in breui tempore: aut per crisim laudabilem terminatur. 372.

IPse etiam est cite digestionis: ꝛ breuium temporum: austerus: ꝛ periculosus. 373.

COgnoscitur autem ex breuitate sui principij: pro tanto regatur dieta conuenienti. 374.

NOn eniȝ sunt multe aggrauãde eius virtutes. Nec ẽ auferẽdus ⁊ phibendus ei cibus oĩno a principio: nã forsitan caderet virtus eius. Nec etiã est debilitãdus ante statũ ipsius: sed est potius prudẽter in quãtitate reficiẽdus sufficiẽti ſm exigentiã sui itineris. 375.

SI aũt videas difficultatẽ ⁊ malitiã signoꝝ ⁊ periculoꝝ ⁊ dolores fortes ⁊ violẽtos cũ mala dispõne ⁊ casu virtutis ⁊ rõe diminuta ⁊ pmixta ita ꝙ virtus nequeat morbi malitiã tollerare, pnostica mortẽ eius futurã ante statum: qm̃ quidẽ ex malitia accidentiũ ex morbo colico contingentium pronosticabis. 376.

EX morbis ẽt ẽ diu durãs ⁊ longi tpis q cronic⁹ seu tpalis appellaꝛ. Qui qdẽ minime corpus celeriter cõsumit ⁊ dissoluit: sȝ aut necat ipȝ cũ ptisi ⁊ ethica egressu sanguis aut macie: aut patiẽs ẽt lõgo tpe curabiꝛ: ⁊ morb⁹ p paulatinã dissolutõeȝ ⁊ digõnẽ ꝯsumeꝛ .377.

COgnosces aũt ipsum ex leuitate ⁊ facilitate accidentium eius: ⁊ frigiditate cuiuslibet ex his morbis.

NOn cibes ipsum patientem modico cibo: quoniam caderent virtutes eius. 378.

INter aũt morbos sunt alij medij quoꝝ .s. tpa nõ sunt absolute breuia nec longa: tũc cibus eoꝝ in subtilitate medietur nũꝗ sit multus neq; paruus. 379.

SCito ꝙ crisis est velox ⁊ subita mutatio que suo tempore ex difficultate seu malitia accidentiũ ⁊ pugna existente inter virtutem ⁊ morbũ generaꝛ vt celeriter ad vitã vel mortẽ perueniatur. 380.

SEx sũt spẽs mutationum in morbis ꝯtingentiũ. Nam aut nequaȝ tardantur: aut citaꝛ in eis: vnde interdum conuertitur in tẽporibus breuibus corpus ad bonum ⁊ vitam. 381.

SI fuerit laudabile qd̃ precedit eam: pronosticabit sic super ipsam scilicet super crisim securam ⁊ laudabilem. 382.

EST aũt alia mutatio velox ad predicta que quidẽ significat mortem. In hac quidẽ veloci malitia est angustus processus medici: nam hec crisis est necans ⁊ perniciosa. 383.

TErtia ex predictis mutatõibus ⁊ mutatio tarda inducens ad dispositionẽ sanitatis ⁊ curans morbũ: nõ tñ cuȝ crisi: sed potius p dissolutionem paulatinã in ea contingentem. 384.

QUarta autem species predictaruȝ mutationũ est mutatio parua ducens patientẽ ad interitũ: nec fit cum euacuatione: sed potius cum ethica dissoluente corpus patienis. 385.

QUinta autem ex predictis est inter eas media cum inducit mortẽ ⁊ malitiam vltimatam. 386.

SExta vero perducit ad vitam in medio temporum. 387.

HE aũt crises sibi inuicem dicuntur contrarie ꝯposite. 388.

C Risis quidem laudabilis accidit in statu cum perfecta digestio/ne ⁊ virtutis fortitudine. Contraria vero ei puta illaudabilis fit in augmento. 389.

T Ria oportet scire in crisi. 390.

S Cientiam videlꝫ de pnosticatione eius. Et de diebus creticis. Et scientiã ẽt ei⁹ qḋ significat̃ p signa nobis significãtia in quã crisis spẽm terminet̃ cũ pficiet crisis cuiuslibet morbi. 391.

O Mnis autem crisis pronosticatur ex violentia accidentium que dicimus. 392.

E T sunt permixtio sensus ⁊ intellectus: ⁊ dolor aurium: ⁊ capi/tis. 393.

E T fluxus lachrymе: angustia parua: famis seu casus appetitus: motus laboriosus: ⁊ vigiliarum instantia: ⁊ dolor in pectore vel collo: ⁊ illaudabilis excitatio a somno cum motu ⁊ rubedine ocu/lorum. 394.

E T frendere dentibus: ⁊ limatio eorũdem in somno: ⁊ eorundem percussio: ⁊ fortis fricatio nasi patientis. 395.

E T interdũ insinuabit aliquis conuendo cũ labijs suis. Videbit qꝫ interdũ suggere ea. 396.

E T velocitas quidem anhelitus ⁊ desideriũ trahẽdi aerẽ frigiduꝫ cum angustia. Et velocitas pulsus ⁊ frequentia. Et tussis cũ in/fusione ⁊ sonitu ⁊ gargarismatis. 397.

E T pulsatio cordis continua: ⁊ sincopis: ⁊ conatur patiẽs a lecto suo surgere ⁊ recedere. 398.

E T dolor gutturis ⁊ meri cum angustia: que si perseuerauerit cõ/tinget ei syncopis magna ⁊ fortis. 399.

E T pulsatio in lateribus ⁊ dorso cum torsionibus violentis ⁊ for/tibus ⁊ continuo dolore stomachi cum querimonia stomachi vel epatis: aut dolor ventris aut circa pecten: aut etiam in renibus ⁊ vesi/ca: aut dolor fortis circa virgã vel in virga: aut in matrice aut in oibus iuncturis: aut quibusdã aut ex eis intus vel exterius. 400.

C Um ergo videbitur augumentum horum accidentiũ in die cre/tica: erit proculdubio bonũ ⁊ laudabile. ⁊ potissiue si prius dige/stio apparuerit. Sin autem: erit quoddã cõtrarium manifestuꝫ. 401.

C Ausa quidem crisis si sit eorum relatio vera est quoniam luna va/riat actionem in morbis. 402.

T Am quidem peragrat ⁊ abscindit celeriter circuluꝫ suum. est qui/dem causa celeris motus ⁊ mutationis. fortificatur quidem inter/dum in hoc: ⁊ interdum debilitatur. hoc autem notum est in arte astro/nomorum. 403.

N Equaꝙ̃ est operatio vel actio sue actionis sensibilis in eius aug/mento: sicut quidem est ad sensum. visibilis est eius figura ex eo quod in ea existit de claritate vel lumine solis. 404.

C Jus aũt quarta relucet in q̃rto. Et eius medietas in septia. 405.

ET morbus quidē minime contingit nisi ex dispositione qua debilitatur opus nāe. Qui si cum auxilio ꝓducat curabitur quidē patiens ⁊ vita prolongabitur. Sed si cum detrimento: morietur quidē ⁊ vita perdetur ⁊ separabitur. 406.

CRises contingūt interdū in quaternis. Et interdū in septenis. Et ille quidē bone sunt ⁊ laudabiles quibus coniunguntur digestio ⁊ pronosticatio attestantes super ipsas. 407.

IN aliis quidem ab istis nequaquam circuitus ⁊ periodi reperiūtur ratione turbationis ⁊ dubitationis cōtingentis in eisdē. 408.

IN nō habētibus vero digestionē ⁊ ꝓnosticationē contingit quidem dubium in accidentibus. Nec contingit crisis in his diebus nisi cum contingit cōsequēter aliquod sinistrum. 409.

CUm videris morbū sanguineū aut austerū ⁊ violentū valde cū illaudabili ⁊ impetuoso motu cuius signa patula sint in capite ⁊ manifesta que vsq; ad oēs sensus extendant cū rubore ⁊ pruritu nasi: erit ꝓculdubio crisis eius ꝑ fluxū sanguinis nariū. 410.

SI vero accidētia ipsius deorsū ⁊ in parte inferiori appareant cū dolore ꝯtinuo vmbilici ⁊ ꝓcesserit retentio menstruoꝝ: continget quidem crisis per fluxum menstruoꝝ. 411.

SEd si pars suprema corporis incolumis fuerit ⁊ a dolore in humeris cum dolore tū hypocūdrioꝝ ⁊ patiens querulosus sit de epate ⁊ dolor vsq; ad anū extendat: nequaq̄ q̄dē cōmittet error si ꝓnosticet crisis illa futura per fluxū sanguinis hemoroidaꝝ. 412.

SI autem morbus ex colera rubea sit in statu: acciderítq; apostema capiti: ⁊ dolor capitis ⁊ angustia augeant: nequaq̄ quidē est desperandū: quoniā ꝯtinget crisis eius ꝑ fluxū sanguinis nariū. 413

VErum si eius accidentia sint in stomacho ⁊ cum hoc prius ꝯquestus fuerit patiens de epate cum angustia ⁊ syncopi valida: erit quidem crisis eius per vomitum. 414.

SI vero caput eius fuerit sine dolore ⁊ cū angustia ventris ⁊ eminentia vmbilici ⁊ precedente ventris constipatione: ꝓnosticanda quidem erit futura crisis per fluxum ventris. 415.

QUod si venter eiꝰ pacē hūerit ⁊ digestionē laudabilem preter ꝙ morbus eius violentus sit austerus cum aliquantulo tamen labore ⁊ vigiliis circunscriptis accidentibus sudoris: morbo quidem sic molli ⁊ lento existēte cū doloribus pectinis: erit sermo meus veridicus scilꝫ ꝙ crisis huius patiētis ꝯtinget per vrinam. 416.

VErum si cum pace ⁊ quiete predicta retineat vrina preter ꝙ morbus sit in vltimo acuminis cū apertione tū poroꝝ sine forti dolore ⁊ vigiliis ⁊ siccitate: erit quidē crisis eius forsitan cū sudore. 417.

SI autem dolor membri vel iuncturaꝝ in acutis: continget ꝓculdubio crisis earum per apostemata. 418.

VEre laudabili regimine ex signis super mortem euasionem seu quietem ⁊ pacem significantibus. 419.

Ex his quidem sunt horror luminis ⁊ lucis ⁊ fluxus lachryme cũ rubore motu forti ⁊ vertigine. 420.

Et paruitas oculi in vno latere. Et apertio oris absq; oscitatione. 421.

Et cũ quis iacet ⁊ dormit resupinꝰ manibus ⁊ pedibus suis protensis ⁊ relaxatis. 422.

Ex his etiaȝ est si videatur patiens descendere in lecto suo ⁊ manus ⁊ pedes suos detergere. 423.

Necnõ mala ⁊ illaudabilis imaginatio qua videatur fila a pãnis suis euellere. 424.

Ex his etiam est vltimata grauitas: aut eius manifesta suspensio. 425.

Et etiam frendere dentibus preter solituȝ: ⁊ apponere manus super caput ⁊ puluinar. 426.

Aut etiam si imaginet̃ ꝙ vespillonẽ nigri coloris capiat ⁊ velit eũ interficere. 427.

Nam hoc contingente in morbo acuto: mors quidem appropinquabit. 428.

Ex his etiam est si tacitus efficiatur verbosus: ⁊ mitis pacificus iurgiosus. 429.

Aut si conqueratur de cecitate ⁊ surditate vel casus virtutis ratione violentie morbi. 430.

Vel etiam si videatur patienti dum dormit in statu ꝙ cadat nix super caput eius. 431.

Et anima quidem inquieta domina magne frigiditatis: est res mala ⁊ illaudabilis. 432.

Ex his sunt vigilia nocturna ⁊ somnus diurnus: aut omnimoda priuatio somni. 433.

Nec non si dispositio egri in somno ⁊ post somnum deterioretur ⁊ cum dolore efficiatur. 434.

Si etiam medicus ordinate ⁊ recte operetur preter ꝙ operationis intentum erit malum. 435.

Ex his aũt sunt facies mortuoꝝ faciebꝰ cõsimiles cũ planitie seu extẽsione tẽpoꝝ ex morbo ꝯtingẽte ⁊ ꝯstrictõe aurium ⁊ ipsarum frigiditate ⁊ eaꝝ inuersatione ⁊ oculoruȝ profunditate. 436.

Etiam rubor vel nigredo oculorum aut eoruȝ eminentia vel p̃ncipium fuscedinis ipsorum. 437.

Aut etiam si quieuerint vel si fuerint infrigidati aut palpebrarum tortura. 438.

Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua fronte ex latere labij contracto vel marcido. 439.

Rigiditas quidem extremorum patientis cum vlcere ⁊ nigredine lingue laboriosa ⁊ similia cruciantia: sunt quidem illaudabilia cum febre vrente. 440.

Ex his etiam viridis rubor vnguium et viror in corpore cum vestigio nigredinis. 441.

Ex his etiam est ictericia si ante septimã diem apparet cum macie ipocundriorum. 442.

Et si frigiditas sit in manifesto et superficie corporis et talis fuerit et sit interius. Et psertim adhuc sit et remãserit sup mẽbra pncipalia. 443.

Et tumor quidẽ vultus cũ tumore extremitatũ ante duo septenaria est quidẽ terribilis. nã huius patiẽtis materia velox ẽ et cita: vñ nõ vr qp ad terminũ duorum septenariorũ valeat peruenire. 444

Aut si quiescat et cesset febris absqz crisi: aut si eius fortificatio palaz augeatur in diebus paribus. 445.

Ex his quidem est fex nigra vel viridis fetida pinguis rubea et sicut aq butirosa et alba. He nãqz male sũt et illaudabiles. 446.

Necnon etiam si appareat diuersorũ colorũ: hoc nãqz mortez aut crisim futurã significat. 447.

Et si cum casu appetitus egestio sit colerica cum qua egrediatur frustum sanguinis congelatum primo et consequenter frustum carnis. 448.

Et etiam si post egressum colere appareat sanguis absqz punctione et stimulatione. 449.

Et si post extenuationem et emacerationem corporis appareat et egrediatur fex nigra. 450.

Et constipabit venter in febre vrente: et vexabit cerebrũ. 451.

Si etiam egrediatur ventositas cum sono inuerecundo preter solitum erit malum. 452.

Et vrina quidẽ nigra tenuis et pauca significat patientis interitum. Est qz timẽdum vtplurimũ et periculosum cũ accidit pmixtio rationis et intellectus cũ tenuitate vrine. 453.

Ex his etiam sunt vomitus et fluxus cũ nigredine. Et fetor cũ ex putrefactione cõtingens. 454.

Frequens etiam tussis cum modico sputo est signum malum et illaudabile. 455.

Sputum etiam diuersorum colorum in pleuresi cum tussi laboriosa et difficili significat mortis ppinquitatem. 456.

Et sudor solius capitis ad quem seu ad cuius euacuationez non subsequit quies est malus. 457.

Si facies eorum appareant quales fuerint tpe sanitatis: eorum quidem cura et certa euasio erit manifesta. 458.

Ex his etiam est vniformitas et equalitas caloris circũscripta macie hypocundriorum. 459.

Ictericia post septimã diem mãifesta et perfecta ratiocinatio absqz malitia et vigor motus et sensuum omniũ ꝯcomitante facilitate et lenitate sui corporis: et solitus decubitus et somni aductus in nocte vtplurimum sine somno diurno cum vigore patienti post somnum. Dis

tas: sed neqȝ in facie neqȝ in oculis fuerit rubedo neqȝ tensio: in prin/
cipio soluatur venter: deinde fiāt ea que diximus. Naribus aūt inijcia
tur oleum violatū: aut oleum cucurbite dulcis: aut nenufaris oleū: aut
oleum de floribus salicis: quoꝝ quodlibet sup niueȝ infrigidatū capiti
supfundatur ⁊ nutriatur vt prediximus. Eger quoqȝ odoꝛet campho/
ram ⁊ aquaȝ roſ. ⁊ salices ⁊ violas ⁊ his similia. ¶ Qđ si egritudo mul
tuȝ inualescat: sumaſ opij ⁊ camphoꝛe vniuscuiusqȝ quantū ponderāt
duo grana oꝛdei: que dissoluta in oleo de salicibus mittanſ in nares ⁊
aures. ¶ Qđ si cū soda non fuerit aliquid eoꝛum que diximus de rube
dine in facie: fueritqȝ egritudo antiqua: in principio venter cum pillu/
lis cochijs soluatur: quas ego feci. ¶ Pillule cochie. ℞. pulueris pigre
ʒ. x. coloquintide. ʒ. iij. ⁊ tertiā: scamonee. ʒ. ij. ⁊. ß: turbit sticados anā. ʒ.
v. fiant pillule ex istis: ⁊ sunt doses. x. ¶ Postꝙ̄ vero venter solutus fue
rit infundatur caput ex oleo sambacino ⁊ oleo de ben: ⁊ mittatur in au
res. ¶ Eger quoqȝ odoꝛet algariā ⁊ insuffleſ muscus in naribus. ¶ Qđ
si egritudo multuȝ infestauerit: sumaſ euforbij ⁊ castoꝛei amboꝝ anā. se/
xta pars. ʒ. vnius ⁊ dissoluta in pauco oleo sambacino mittātur in na/
res ⁊ aures. ¶ In cephalea vero calida emplastruȝ hoc fronti ⁊ timpo
ribus est imponendū. Emplastrum in cephalea calida. ℞. seminis la/
ctucaꝝ siefmemithe sandalum rubeum ⁊ albuȝ faufel rosas opiuȝ: fiat
ex eis emplastrum postquam aceto ⁊ aqua rosata consperſa fuerint: ⁊
fronti imponaſ super qđ mittatur pannus aceto ⁊ aqua roſ. infusus.
Qui cū tepefactus fuerit iteruȝ infundaſ ⁊ desup ponaſ. ¶ Linimētū
vero cephalee frigide. ℞. castoꝛeū euforbiū piper sinapim stoꝛacē rutaȝ
marubiū: que siccata ⁊ puluerizata ⁊ etiaȝ triconizata misceanſ ⁊ coñ/

spergantur vino veteri ex quibus fiant trocisci ⁊ desiccent̄. Cūqꝫ neces-se fuerit ex vno in vino veteri: aut oleo costino vel camomellino disso-luto: frons multotiens liniat̄. Hoc enīꝫ linimentū omni antique cepha-lee confert nō soluꝫ suppositū: sed etiā auri iniectū que sequit̄ illud tp̄s postq̄ȝ in aliquo de predictis oleis resolutuꝫ fuerit. Egro vero vinū ve-tus ⁊ forte dandū est. ¶ Cuꝫ aūt cephalea p̱ hebdomodā vnam pseuera-uerit eger in balneū mittēdus est atqꝫ super caput ipsius aqua in qua camomillia ⁊ sansucus ⁊ sticados arabicꝰ ⁊ nemen cocta fuerint simul aut sigillatim infundēda est. ¶ Qꝺ si cephalea quotidie ante comestio-neꝫ inuadat ⁊ post comestionem recedat succurrendū est infirmo ante horam qua venire ꝯsueuit dando eis bucellas panis in succo granati: aut vue acerbe: aut horum similium infusas. ¶ Si autē cephalea ꝯtin-gat ꝓpter multaꝫ in sole morā sufficiēter ex oleo ros. ⁊ aceto infrigida-tis curari poterit: que tñ si ex hoc nō quieuerit: ex aliȷ̄s infrigidātibꝰ curāda erit. ¶ Si āt soda adhuc pseuerauerit ⁊ fortior fiat neqꝫ vllo mō remoueat̄ ⁊ timeatur ne eger visuꝫ amittat ⁊ aqua ad oculos descēdat: timporuꝫ arterie sunt incidende ⁊ extrahende. Hoc tamen qꝺ nunc lo-quimur est preter nostrā intentionem in hoc libro.

¶ De scothomia Cap. 2.

CUm aliquis illud qꝺ ante eū est circulariter moueri viderit: ⁊ ocu-li tenebrescunt ⁊ cadere voluerit: ⁊ facies ⁊ oculi rubuerint in ea-deꝫ hora: vene quoqꝫ que sunt post aures grosse appuerint: ex ipsius ve-nis faciēda est flebotomia. Et vētose in collo ⁊ tibiȷ̄s sunt ponēde. Qꝺ si predicte vene nō apparuerint ⁊ facies fuerit rubea: sanguis ex basi-lica erit minuēdus: ⁊ ventose in tibiȷ̄s erunt ponēde.

¶ In hac preterea scothomie specie ⁊ in ea quā ante diximus caput ex oleo ro. ⁊ aceto est infundēdū. ¶ Eger quoqꝫ calida cibaria vitare dꝫ. Venter vero ex apozimate mirabol. citrinoꝝ qꝺ in. c. de cephalea dixi-mus soluendus est. ¶ Cuꝫ aūt neqꝫ in facie rubedo neqꝫ febris cū scho-tomia fuerit: attēdendū est an sit stomachi subuersio ⁊ nausea: que si af-fuerint prius vomere cogēdus est: deinde de pillulis cochiȷ̄s dosiꝫ vnā sumat: ⁊ a frigidis abstineat cibis. ¶ Si aūt neqꝫ anime subuersio neqꝫ nausea fuerint neqꝫ caliditatis signa appuerint: vēter ex pillulis cochiȷ̄s multotiēs soluatur. Cibaria quoqꝫ frigida omnino vitet. Et gargaris-mus fiat quo flegma deponat̄. ¶ In naribus quoqꝫ post illud ponatur aliquid de his q̄ nominauimus quo caput calefiat.

¶ De frenesi. Cap. 3.

QUando aliquē febris ꝯclusa inuaserit cum forti capitis ⁊ oculoꝝ grauedine: ⁊ in facie atqꝫ in oculis vehemēs fuerit rubedo ⁊ ca-pitis dolor ⁊ horror luminis affuerint ⁊ in pulsu velocitas ⁊ frequētie supfluitas inueniant̄: signa frenesis certissima indicabunt̄. Qꝺ si lin-gua nigra aut citrina fiat: ⁊ pmisceat̄ intellectus: ⁊ multū fuerit aliena-tus: ⁊ vigilauerit multuꝫ: iam frenesis perfecta erit. ¶ Egro igit̄ anteq̄ȝ predicta compleant̄ accītia est subueniēdū ex sanguinis detractione ⁊

ventris solutõe cũ succo fructuũ. Nutrimẽtũ vero eius sit aqua ordei semel aut bis in die sumpta ꝭ cõsuetudinẽ quã in tpe sanitatis hũit. Caput aũt oxirodino infundẽdũ erit. ¶ Qđ si multe affuerit vigilie su matur violarꝫ siccarꝫ corticũ papaueris albi ordei excorticati seminis la ctucarum radicum mandragore omniũ aã. ℳ.i. Que omnia in cucu ma plena aqua tãdiu coquant donec aq̃ rubea fiat. Deinde aq̃ illa dũ est tepida ab alto sup caput fundat ⁊ fit caput sup ciminsle in q̃ aq̃ col ligat: q̃ in cucuma posita iterꝫ sup caput fundat. ¶ Hoc aũt oĩ die mul totiens fieri conuenit. ¶ Caput preterea ex oleo violato muliebri lacti ammixto inungendũ erit: qđ etiã in coto positũ est supponendũ. ¶ Cũ aũt eger in principio huius egritudinis in viriũ fortitudine pmanere inuẽtus fuerit: flebotomãdus erit nisi sup infirmũ timueris. ¶ Postq̃ vero eius egritudo minui cepit nequaq̃ flebotomet. Qđ si eius iã disso luta est virtus: ex alio preseruet regimine donec euadat.

¶ De apoplexia. Cap. 4.

Cum aliquis quasi dormiẽs iacet: ⁊ sine somno stertit: ⁊ cũ pungi tur nõ sentit: ⁊ tunc iã patit apoplexiã. ¶ Est autẽ huius egritu dinis quãtitas: ꝭm q̃ fortiter aut debiliter stertit. Si tamen spuma ab ore exierit: non est ei medicandum. Cum autem parum stertit egritudo est leuior. ¶ Hec quidem passio aut cito interficit: aut in paralisim trã sit. ¶ Cum ergo ista visa fuerit: attendendum erit an patientis facies multum rubere: aut denigrari: aut viridis fieri videatur: quemadmo dum contingit cum sanguis in aliquo membro ex coartatione retine tur. Tunc enim sanguis illico ex duabus guidegi extrahendus est: aut ex duabus cephalicis. ¶ Quod si ita nõ fuerit immo cum aerem attra hit: audit in pectore oregmõ: ex hoc clisteri erit clisterizãdus. ¶ Quod ℞. colloquintide bothormarien centauree mioris arthanithe elebori albi omnium aã. ℳ.i. Coquantur omnia in .iij. libris aque donec ad vnã redeãt. Deinde colent. Et ex media libra hui⁹ apozimatis fiat ene ma: qđ si cito exierit fiat iterũ donec hũorꝫ multitudo simul cũ eo exeat. ¶ Naribus quoq; cõdisi ⁊ eleborus albus suauiter insufflent. ¶ Et est ingeniãdũ vt anacardinũ cũ idromelle p os ad stomachũ multotiẽs descẽdere cogat quaq; die semel: ex quo vnius aurei põdus in potusũ mẽdũ est. Cuius descriptio est in capitulo de paralisi. ¶ Sartago pte rea ferrea calefaciẽda est ⁊ capiti multotiẽs adeo vicinãda: vt patiẽtis capilli adurant. ¶ Quod si hoc mõ nõ sanat: in medicãdo plus labora bimus: caput nãq; rademus ⁊ ex sinapi trito ⁊ castoreo ⁊ fortissimo ace to liniemus. ¶ In prima aũt huius passionis specie post flebotomiam stringemus fortiter adiutoria ligãdo supius parꝫ sub ꝯiunctiõe ipsorꝫ cum spatulis ⁊ stringem⁹ tibias silr. ¶ Capiti quoq; supfundendũ est oleum roseũ ⁊ acetum vini: ⁊ flebotomia facienda prius in pedibus: ⁊ postea in nasi extremitate.

¶ De graui dormitatione. Cap. 5.

Cum aliquis quasi dormiens iacet: ⁊ tamen sentit ⁊ mouetur sed

oculos secundum plurimum habet clausos: quos tamen dum vocatur cum clamore: aperit: licet iterum statim claudat: iam patitur subet qui cum clisteribus acutis que pauloāte nominauimus: curandus est. In os quoqꝫ ipsius mittemus idromel ⁊ laborabimus vt descendat. Ipsum eniꝫ nutrimentū existit ei⁹. ¶ Caput ꝑterea vsqꝫ ad diatritū primum oxirodino infundemus. Post tertiū vero diem sternutatōēꝫ ꝓuocabimus ex his que noiauimus: ⁊ radem⁹ caput: ⁊ liniemus ex sinapi: ⁊ castoreo: ⁊ aceto.

¶ De stupidis q̄ semp habēt oculos aptos. Caplm̄. 6.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet: ⁊ non mouet: ⁊ lꝫ oculi sint apti palpebras tn̄ nō mouet: cōgelatus est siue rigidus. ¶ Curandus vero est ex medicinis subet: hoc tn̄ addito vt oleum sambacinū sup caput fundat in omni libra cuius sit vncia eufor biȷ̄. ¶ Ipsum quoqꝫ caput ex castoreo ⁊ euforbio ⁊ oleo sambacino liniatur.

¶ De paralisi. Caplm̄. 7.

Cum aliquis se mouere nō valet: aut vnū vel plura ex mēbris mouere non pōt: atqꝫ eoꝝ sensum amisit: ipsum paralisim illius mēbri: aut mēbroꝝ incurrisse ꝓnunciamus. Cuius curā incipiemus pillulas fetidas quas ego cōposui dādoqꝫ. ℞. pulueris pigre. ʒ. x. collogntide interioris. ʒ. v. euforbiȷ̄. ʒ. ij. ⁊. ß. castorei piperis asse serapini opoponaci seitaragi indi sinapis oium. 7. aā. ʒ. i. centauree minoris elacteriȷ̄. amboꝝ aā. ʒ. v. gūme in succo ruthe dissoluant: ⁊ alia ex eis ꝯficiant ⁊ fiant pillule ⁊ fiant ex eis decē potiōes. Quaꝝ vnā postq̄ eger sumpserit: per tres dies quiescat. Et nutriatur tūc cum aqua ciceris ⁊ oleo ⁊ sinapi. Et deinde bibat aliaꝫ. ¶ Quod postquaꝫ ter fecerit: p aliquot dies quiescat. Et nutriat carne frustatim incisa ⁊ in sartagine frixa: ⁊ mutagenat: in quibus sint specie calide vt piper ⁊ his similia. In potu vero sumat idromel. ¶ Membra quoqꝫ eius ex oleo costino inūgant. qđ. ℞. costi vnc̄. i. piperis piretri eufor biȷ̄: oium trium aā. tertiam vnc̄. ß. castorei vnc̄. ß. dissoluant oia in. ß. lib. olei de cheiri: aut de narcisco: ⁊ vtere eo. ¶ Diebus vero q̄bus q̄escit: quaqꝫ die dande sunt due. ʒ. de anacardino: qđ. ℞. ꝫinziberis: piretri: nigelle: costi: melanopiperis: macro piperis: oggi: oiuꝫ aā. ʒ. xx. mirhe ruthe sicce asse aristologie baccaꝝ lauri castorei seitaragi indi sinapis gentiane oiuꝫ aā. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngant ex oleo nucuꝫ: ⁊ cū melle cocto ꝯficiant. Hoc eniꝫ medicamē valde ꝯfert paralisi apoplexie torture ⁊ tremori albaras morsibus scorpionis: ⁊ oibus passionibus frigidis: ⁊ spasmo humido. Cū aūt sumit: illico ꝓuocat sudorē: ⁊ infert febrē. ¶ Quod si sumptū non affert sanitatē: eger ab omni medicamine per decē dies abstineat excepta dieta: deinde ad ipsi⁹ curā redeūduꝫ est. ¶ Quod si paralisis ex ꝑcussione: aut casu euenerit: ⁊ acciderit subito: taliter ꝑmanebit. Nūquā eniꝫ sanabit. ¶ Qđ si nō repente ex predictis sed paulatim ⁊ molliter inuaserit: loco percussionis emplastruꝫ hoc apponendum erit: qđ. ℞. farinam fenugreci: semen ben: semen maalep: semen resin: bdelliū: amo

niacū: adipē anatis: cerā: oleū de lilio: ex his fiat ēplastrū ꝛ supponat.

¶ De stupore ꝛ tremore. Caplm. 8.

Cum aliquis sentit aliqđ suoꝝ mēbroꝝ sicut ē dispositio pedis cū fit stupidus: dicimus in illo membro stuporem esse: quapropter eius cura non est differenda. Quando eniȝ prolongat tempus huius egritudinis perducit ad paralisim. Curat autem hec passio ex aliqua parte medicinaꝝ paralisis ꝛ cū dieta ꝛ vnctiōe ex oleo costio. Qđ si iueterauerit passio: eger ex pillulis fetidis purgādus erit: ꝛ ꝯplexio equāda cū anacardino ꝛ dieta. ¶ Tremor autē ex eisdem curatur ex qb' sanatur stupor. Sed si ex supflui vini potu euenerit: eger ab ipso erit abstinendus. Silr si aquā que ex niue dissoluit bibēdo hāc incurrerit passionem ab ipsa abstineat: ꝛ balneū calidissimū ingrediat: in quo tādiu morā faciat donec sudet: a quo cū egressus fuerit in sole assidue moret.

¶ De tortura oris. Caplm. 9.

Cum hominis os ꝯtorquet ꝛ vnū de oculis suis claudere non vȝ ꝛ si p̄cipit ei vt sufflet: flatus ab vna tantū parte exire videtur: ipsum tunc contorsionem pati dicimus. Cuius curam incipiemus cuȝ solutione ventris ex pillulis fetidis. Nutrimentum vero eius atqȝ ipsius potum ordinabimus: vt in capitulo de paralisi diximus. ¶ Egrū preterea quotidie in mane anteq̄ comedat sinapim cum sirupo acetoso gargarizare faciemus ꝛ mittemus eum in domum obscuram: ꝛ precipiemus vt vnam nucem muscatam in parte oris que torta est teneat. ¶ Naribus quoqȝ tunc insufflabimus condisi vt sternutatio ꝓuocet. ¶ Spondiles quoqȝ colli eius ꝛ faciem eius ꝛ frontē ex oleo costino inungere ꝯuenit. Est quotidie de anacardino vnius aurei pōdus sumenduȝ. Et si passio hoc modo soluta nō fuerit: ad ventris solutionē ꝛ egri p̄seruationē redeundū est. ¶ De tortura vero que non repente sed paulatim accidit nō loquimur: ipsa nanqȝ non contingit nisi in frenesi pernitiosa morte iaȝ iminente ꝛ est ex siccitate.

¶ De spasmo. Caplm. 10.

Cum aliqđ mēbruȝ alicuius cōtrahitur ꝛ ad suaȝ redit originem aut pleraqȝ ex mēbris sic disponunt: ipsa spasmata esse ꝓnūciabimus. ¶ Spasmus aūt subito aut paulatim inuadit. Sed spasmo subito euenienti eadeȝ preparāda est cura quam paralisi cōferre diximus. In eo tamen fricatiōe manuū ꝛ inunctōe ex oleo costino plus vtimur. ¶ Spasmus vero qui non repente sed suauiter accidit post febreȝ: aut post multam ventris solutionem: aut multū vomituȝ: aut sanguinis fluxuȝ malus est ꝛ vix curabilis. Quicquid tamē accidit ei mederi incipiemus. Egro nanqȝ ordei aquam ꝛ iura vnctuosa ꝛ mollia administrabimus: ꝛ in aquaȝ dulcem tepidam ipsum mittemus: ꝛ inungemus ex oleo viol'. tepido: ꝛ oleo de seminibus cucurbite: ꝛ precipue neruorū radices in qbus spasmus existit. In tina quoqȝ diu moretur ꝛ ex oleo viol'. inungatur. De vino bibat patiens parum: qđ tamen multuȝ habeat aque admixtum: ꝛ cibis nutriatur humidis.

¶ De epilepsia. Capitulum. II.

CUm aliquis cadit in terram ⁊ torquet ⁊ cõmouetur ⁊ intellectuȝ amittit: dicimus ipsum epilepticum fore. Quia si spuma exit per os aut se cõmingit aut sperma egredit aut egestio: passio tunc est grauior ⁊ vehementior. Si autem eger ante accessionem sentit quasi aliqđ ex aliquo suorum membroꝝ eleuari ⁊ ascendendo caput petere: ⁊ deinde sincopizat ⁊ cadit: tũc oportet in hora qua sentit illud anteꝗ̃ illud accidat: mẽbrum qđ prediximus a quo ꝓcedit fortiter ligare: prohibebit naꝗ̃ hoc accessionem venire. In tẽpore vero quietis corpus multotiens erit euacuandum cum pillulis cochijs. ¶ Et locus a quo exoritur passio ex sinapi ⁊ pipere ⁊ euforbio ac melle an̄acardi erit epithimãdus: ⁊ epithima dimittẽdũ erit donec loc⁹ vesicet ⁊ vesice rũpant: ⁊ aq̃ que in eis est collecta effluat. Ipse quoqȝ non cito sunt ꝯsolidãde quinimo ꝺimitende vt qđ in eis colligit emanet deinde cõsolident. Hoc.n. oĩo hui⁹ egritudis certa salus existit. ¶ Ad vltimũ ẽt vẽtose cũ parua scarificatõe supponere vtile ẽ. ¶ Eger vero si an̄ accessionẽ nauseã aut tristitiã aut cordis tremorẽ sentit: ⁊ deinde egritudinis accessio seqt: cogẽdus ẽ multotiẽs vomere ex aliquo vomitu. Deinde pigrã in potu se peaccipere ꝯuẽit. Stomacho quoqȝ emplastrũ ex spica ⁊ ros ⁊ mastice ⁊ cortice thuris cum vino odorifico ponenduȝ est. Nutrimentum vero eius totum taliter statuenduȝ est vt paucaꝝ sit supfluitatuȝ: sicut caro frixa in sartagine: ⁊ caro cocta in gazol ⁊ cibus qui fit de aue quadam que hȝ in palato dentes ⁊ vocat taguid ⁊ caro de volatilibus ⁊ edina. ¶ Quia si cuȝ epilepsia sensuum affuerit debilitas nec aliqua de predictis significationibus inueniat: egro pillule cochie multotiens sunt tribuende. Et eius conseruatio subtilianda ⁊ cibaria que diximus dãda. ¶ Gargarismus quoqȝ fieri dȝ. Et sternutatio ex his que diximus prouocanda: ac naribus peonie puluis subtilissimus qui sit similis alcohol insufflandus. Siquis autẽ cum epilepsia in facie ⁊ oculis rubedinem habuerit: ⁊ venaꝝ grossitiem: flebotomãdus erit a saphena. Sanguis aũt ex carnositate tibiaꝝ cum ventosis erit extrahendus. Capiti preterea oleum ro. ⁊ acetum superfundat. Et abstineat a vino ⁊ a cepis ⁊ alleis ac sinapi ⁊ porris ⁊ apio ⁊ fabis. Et cauebit postremo ab oĩbus fumũ caput ascendentẽ ⁊ repletionẽ generãtibus.

¶ Electuarium qđ omni speciei epilepsie remedium affert. ℞. piretri siselcos sticados oium an̄. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni recentis ⁊ acuti asse optime aristologie rotunde omnium an̄. ʒ. I. 5. deinde extrahatur succus ex squilla mixtus cum pari quantitate mellis: coquatur ⁊ conficiatur ex eo species ⁊ fiat electuarium ex quo patiens quotidie sumat ⁊ caueat sibi a cibis grossis.

¶ Electuarium hoc omnibus epilepsie speciebus excepta vna sanguinea quam Gal. nominauit ⁊ nos etiam iam fecimus mentionem: opitulatur: cui dixit conferre flebotomiam ex saphena prius ⁊ postea ex basilica: deinde cuius regimen sit ex his que sanguinem in corpore mi

nuunt ⁊ ipm infrigidant. ¶ A carne preterea ⁊ vino abstineat ⁊ bibat rob acetosoꝝ fructuũ: capiti quoqꝫ supponãt ea que ipm infrigidant.

¶ De incubo. Cap. 12.

CUm quis in somno quasi rem grauẽ aliquid super se cadere senserit: incubum pati denunciandus est. ¶ In ipsius itaqꝫ cura nõ est tardandum. ipse eniꝫ epilepsie preambulus est: ipsam quoqꝫ p̃cedit. ¶ Eger ergo si in colore rubeꝰ fuerit ⁊ venas hñerit plenas ex saphẽa erit minuendus: ⁊ ventose in carnositate tibiaꝝ ponende sunt. ¶ Eger preterea a potu vini: ⁊ rerũ dulcium comestione abstinẽdus erit: ⁊ precipue ab omni re que multum generat sanguineꝫ. ¶ Quod si huic cõtrariuꝫ acciderit: venter ex pillulis cochijs multotiens erit soluẽdus: ⁊ eius regimen subtiliandum: exercitio quoqꝫ vtendum erit: ⁊ membra inferiora erunt fricanda.

¶ De melancolia. Caplm. 13.

CUm alicui cogitatiões male sine cã manifesta acciderint: ⁊ timor ⁊ tristitia in eo preualuerint: melancolie principiũ in eo erit. Cuꝫ aũt res ad hoc deuenerit: vt etiaꝫ ea que cogitare cepit ore promat: verbaqꝫ sua atqꝫ actus pmisceat: iam melancolia pfecta est. ¶ Cui ergo he male cogitationes ⁊ tristitia ⁊ tribulatio accidunt anteq̃ preualere incipiant: succurrendũ est. Quia si p̃ualuerint: cura erit difficilis. Quod si cum melancolia fuerit dolor ventris ⁊ inflatio: ⁊ malus color: ⁊ digestionis corruptio: ⁊ vomitus acetosus: ⁊ excreationũ multitudo: icipiẽda est cura cuꝫ flebotomia ex basilica: aut saluatella sinistre manus. Et si sanguis visus fuerit niger dimittat egredi in quãtitate multa. Subtilis autem ⁊ rubeus si fuerit: illico restringendus erit. ¶ Eger vero ex rebus lenientibus est nutriẽdus: vt sunt alesfidabegi que fiunt ex carne edina ⁊ arietina: ⁊ mittendus est in balneum in quo non diu moretur. ¶ Post hec autem decoctione de ephitimo quam ego composui vtat: ⁊ hec est decoctio de epithimo. ℞. mirabolanoꝝ indorum. ʒ. x. polipodij. ʒ. ß. sene: ʒ. viij. turbith. ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. passulaꝝ enucleatarum ʒ. x. epithimi cretensis. ʒ. x. Oia excepto epithimo in tribus libris aque coquenda sunt donec ad vnam libram ⁊ mediam redeant. Cumqꝫ hoc factum fuerit: addatur epithimum ⁊ illico ab igne remoueantur ⁊ dimittantur donec infrigidari ceperint. Cũqꝫ infrigidata fuerint: manibus fricata colentur. Deinde sumantur agarici due tertie vnc. vnius aloes. ʒ. i. salis indi. ʒ. ß. elebori nigri quarta vnius. ʒ. conficiant cum melle aut cum iuleb ⁊ fiant ex eis pillule que per tres horas ante decoctionis acceptionem sumẽde erunt. Postea sumat decoctionẽ. Deinde tribus diebus quiescat. In his aũt diebus quibus quiescit: nutriatur ex his que prediximus: ⁊ in potu sumat vinum subtile ⁊ claruꝫ ⁊ bene odoriferum. Post hec quoqꝫ iteruꝫ soluẽdus est vt prius. Hoc vero ita vt prediximus tertio iterãdum est. Quarta quoqꝫ potio ei danda est. ¶ Eger vero ab omnibus que coleram generant nigram: abstinendus est: vt sunt carnes siluestres oẽs: ⁊ caro vaccina: ⁊ porcina: ⁊ magnarum

caprarum ⁊ fabe: ⁊ caro salita: ⁊ caseus vetꝰ ⁊ ꝓprie lentes: ⁊ oĩa olera nisi humefaciẽtia. Uitet ꝑterea vinum grossum ⁊ laborẽ ⁊ vigilias: ne-
qꝫ patiatur famẽ neqꝫ sitiꝫ. Uino vero subtili in potu vtatur. Et ꝑcipiẽ-
dum ei vt dormiat: ⁊ studendũ in splenis curatione: ex his que in sequẽ-
tibꝰ in ca. de splenis curatõe q̄ augmẽtaꝛ dicturi sumꝰ. Os quoqꝫ stoma-
chi cõfortandũ est: ⁊ proprie ex medicinis quaꝝ mentionẽ in sequenti-
bus facturi sumus cũ egritudines stomachi nominabimꝰ. ¶ Si aũt cũ melancolia ea que nominauimꝰ nõ fuerint: acciderítqꝫ post frenesim: aut longam morã sub sole: aut ꝑcussioneꝫ in capite: in principio ex ce-
phalica flebotomia est facienda: ⁊ capiti studiuꝫ adhibendũ: ⁊ reliquo regimine qđ diximus proprie. ¶ Aqua preterea tepida ab alto loco su-
per caput fundenda est: deinde oleuꝫ roseuꝫ cũ aceto vini capiti infun-
datur: ⁊ lac muliebre desuper mulgeaꝛ. ¶ Naribus ẽt oleuꝫ de semine cucurbite dulcis: ⁊ lac muliebre iniȷ́ciaꝛ. ¶ In balneũ quoqꝫ sepe mit-
tendus est: ⁊ multuꝫ ex aqua tepida capiti est supfundendũ. Eger etiaꝫ omnia odorifera que frigida sunt odoret. ¶ Si auteꝫ cum melancolia nihil fuerit eoruꝫ que diximus: in principio matrix vena dextri brachiȷ́ aperienda erit ⁊ sanguis erit ꝯsiderãdus: ⁊ vt prediximus faciẽdum: ⁊ regendũ vt diximus. ¶ Et postq̄ hoc regimen infirmo adhibueris: per aliquot dies quiescere dimittẽdus est: deinde vt prius in cura eius inci-
piendum: donec sanitatis fiat restitutio. ¶ Studium vero totuꝫ quod erga melãcolicos est obseruandũ: est vt impinguenꝛ ⁊ carnosi fiant. Ex quo enim pingues ⁊ carnosi fuerint: illico sani erunt. ¶ Cibi aũt q̄ illis congruunt sunt caro arietina ⁊ edina ⁊ gallinacea ⁊ panis de simila. Opirus aũt panis nullo modo est eis congruus. Uinum quoqꝫ subti-
le ⁊ clarum eis ꝯueniẽs est. Uinum vero grossum nõ est eis bonuꝫ neqꝫ nigrum. ¶ Lac aũt recenter ab vberibus extractũ dum adhuc calet eis confert: ⁊ pisces recentes ⁊ sisami de zucharo facti ⁊ oleum amigdali-
num. ¶ Preterea audire cantilenas ⁊ gaudere ⁊ habere añ se res deli-
ciosas ⁊ dormire plurimũ cõfert eis. Econtrario vero cogitare: ⁊ solus morari: ⁊ vigilare maxime nocet eis.

¶ Pillule que coleram nigram expellunt ex quibus daꝛ his qui deco-
ctionem sumere nequeunt. ℞. epithimi cretensis. ʒ. xx. pollipodiȷ́ agari-
ci amboꝝ. añ. ʒ. x. ellebori nigri salis indi amborum añ. ʒ. v. sticados. ʒ. viȷ́. pulueris hyerepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iiȷ́. ¶ In diebus vero quibꝰ quiescit eger debet sumere ex electuario qđ vocaꝛ letificans: quod. ℞. mellisse: corticũ citri: gariofiloꝝ: gallie muscate: masticis: croci oriẽtalis: cinamomi: nucis muscate: cardamomi: neheremisch: been albi ⁊ rubei: zedoarie: doronici: seminis ozimi maioris: seminis ozimi gariofilati: om-
nium añ. partes equales: musci quãtum est decima partis vnius. Dein-
de sumanꝛ chebuli. xx. ⁊ embl. xx. ⁊ terantur: ⁊ in tribus libris aque co-
quantur donec ad vnam redeant: ⁊ colentur. In colatura vero mittaꝛ mellis lib. i. Deinde bulliant donec aq̃ cõsumpta sit. Post ex hoc melle conficianꝛ ꝑdicte species qđ tamẽ in pondere sit tripluꝫ ad species: de

quo cū necesse fuerit ad magnitudinē auellane sumēduz est. hoc enim medicamen letitiam ꝛ coloris pulchritudinem ꝛ digestionis bonitatez operatur ꝛ retardat canos.

¶ De catarro. Capi. 14.

Cum caput alicuiꝰ in egressiōe balnei discoopertū fuerit: aut post exercitiuz: aut post aliud: fueritqꝫ aer frigidus ꝛ vētus septētrionalis ꝛ acciderit inde naribꝰ ꝛ palato pruritus ꝛ ꝯmotio ꝛ sternutatio: pānus tunc calefaciēdus erit: ꝛ capiti superponendus: in quo tandiu moretur donec eger calorem in capitis ꝓfunditatē penetrasse sentiat. Deinde nigellam odorare incipiat: ꝛ prouocetur sternutatio: ꝛ caueat ne supinus iaceat: ꝛ comedat parum. A vino quoqꝫ omnino abstineat. Quod si passio ex appositione panni calidi alleuiata non fuerit nec minuitur per ipsum fiat flebotomia ex cephalica: ꝛ soluatur natura ex rebus que non exasperant sicut hec decoctio quam in potu sumere debet qui tussim patitur ꝛ in pectore asperitatē hꝫ: ꝛ indiget vētris solutiōe que. ℞. iuiubas. xx. sebestē. xxx. passularū enucleatāꝝ. ʒ. x. violarum siccarū. ʒ. iiij. radicis liquiritie fricate. ʒ. v. ficus citrinas. x. coquantur in tribus libris aque donec redeant ad. i. ꝛ colentur ꝛ in colatura dissoluanẜ cassiefi. ʒ. vij. tereniabin. ʒ. x. ¶ Qđ si neqꝫ flebotomia profuerit neqꝫ vētris solutio ꝛ materia ad pectus descenderit: ꝛ cōmoueātur tussis ꝛ febris: illico fiat flebotomia: ꝛ patiens a carne abstineat ꝛ vino: ꝛ in potu sumat aquam ordei ꝛ muraba violatū: quādiu calor fixus pseuerauerit: ꝛ tussis fuerit sicca ꝛ aspera. ¶ Sed postquā calor quieuerit ꝛ tussis mollificata fuerit: ꝛ screare īceperit: hec decoctio quaqꝫ die cum muraba violato danda erit: donec pectus mūdificetur ꝛ tussis sedetur: ꝛ vox clara reddatur: que. ℞. ficus citrinas. v. iuiubas. x. sebestē. xx. passularum albarū ꝛ enucleatarū. ʒ. x. liquiritie excorticate. ʒ. ʃ. coquantur vsqꝫ ad dissolutionem ꝛ colentur: ꝛ dentur ex hoc omni die vnc. iij. in potu cum muraba violato. ʒ. ʃ. ¶ Si vero tussis inueterauerit ac diu permanserit: tunc ostendemus qualiter curanda sit: cum de tussis cura tractabimus. ¶ Quod si cursus in naribus diu perseuerauerit: ꝛ non fuerit calor: fluxus erit restringendus suffumigando nares per traiectorium. ¶ Et si quod per nares effluit subtile: ꝛ acutum ac citrinum fuerit: suffumigatio fiat ex sulfure infuso prius in aceto ꝛ postea siccato: aut ex fabis: aut ordeo excorticatis: ꝛ in aceto prius infusis ꝛ post siccatis: aut ex zucharo albo ꝛ sandalo albo. ¶ Quod si neqꝫ calor neqꝫ rubedo in facie fuerint: suffumigatio fiat ex costo aut thure. Hec naqꝫ suffumigatio fluxuz restringit.

De obtalmia. Cap. 15.

Cum ea que in oculis alba sunt in rubedinem mutata fuerint: fluxerintqꝫ lachryme: ꝛ in angulis oculorum lachrymalibus lippitudo collecta fuerit: dicemus tunc egrum pati obtalmiam: ꝛ quanto plus sinthomatuz vehementia aut ipsoꝝ affuerit minoratio: tanto erit

obtalmie fortitudo aut eius debilitas. ¶ Deterior autem obtalmia est: cum alba oculorum videntur inflata ⁊ adeo eleuata vt oculorū cooperiant nigredinē ⁊ palpebre inuersentur. ¶ In principio vero curationis obtalmie: cephalica est flebotomanda: ex manu vel brachio partis contrarie in qua est oculus infirmus nisi leuis fuerit obtalmia. ¶ Et quanto fortior fuerit obtalmia: tanto plus est minuendum ex sanguine. Deinde venter ex mirabolanis citrinis: ⁊ tereniabin: ⁊ succo fructuum soluendus est. ¶ Et eger a carne ⁊ vino ⁊ a rebus dulcibus abstinere debet ⁊ cibum minuere. Quod si ista non suffecerint: sief album in lacte puellam lactentis fricandum ⁊ in oculo distillandū. Et si lippitudinis multitudo in oculo collecta fuerit: radius coto inuoluatur ⁊ madefiat in aqua: ⁊ cum eo oculus ab illa lippa mundetur. Deinde puluis albus aspergatur: ⁊ superponendo oculis aliquid suauiter sustentes: ⁊ ligetur: ⁊ eger in domum tenebrosam mittatur: ⁊ ingeniādū est quantum possibile est vt somnus prouocetur. Caueat tamen ne sup oculum infirmum dormiat ⁊ ne caput depressum sit sed superius eleuatum: neq; vestimentorum capitia sint stricta: neq; in faciem se diu proijciat. ¶ Si autem oculus leuior fiat: ⁊ dolor sedetur ac lachryme minuātur: flebotomia iam facta ⁊ ventre soluto balneū multotiens ⁊ frequēter ingrediatur. Ex hoc enim passionis reliquie dissoluentur. ¶ Quod si in oculo humorositas ⁊ grauedo remanserit: puluis citrinus erit immittendus. ¶ Ex his autem que habenti obtalmiam multum conferūt est: vt frons ⁊ palpebre ex hoc liniantur epithimate: quod. ℞. sief memithe rosarum aloes licij sandali rubei faufel croci orientalis omniū ana partes equales: fiant ex his pillule. Cūq; necesse fuerit resoluatur vna ex eis in succo coriandri aut in succo endiuie aut cū aqua rosata: ⁊ liniatur cum eo si deus voluerit.

¶ Sief album. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iij. dragaganti ʒ. i. opij. ʒ. s. fiant ex his forme lenti similes.

¶ Puluis citrinus. ℞. sarcocolle. ʒ. x. aloes. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. licij. ʒ. ij. ex eis optime tritis immittatur puluis cum opus fuerit.

¶ Puluis albus. ℞. sarcocollam albā ⁊ pinguem que mittatur in lac mulieris quod melius erit cū alicuius iuuēcule fuerit: ⁊ dimittatur i vmbra donec siccetur: ⁊ teratur optime: ⁊ omnibus. ʒ. x. ipsius addantur de sief memithe. ʒ. ij. que iterum optime trita reponantur: ⁊ cum opus fuerit in oculum mittantur

¶ De vlceribus oculorum. Capi. 16.

Cum in oculo fortis dolor ⁊ punctio nociua ac pulsus sentiūtur: ⁊ lachrymarū fluit multitudo: cum palpebre eleuantur ⁊ oculi aperiuntur: loca que sunt in albis ipsorum inueniuntur rubea: ⁊ si totū fuerit rubeū: ⁊ vnus locus magis rubere inuenitur: aut in nigredine locus aliquis albus appet: pustula iam in oculo exorta ē. ¶ Ad hāc vero curādū passionē necessarius est medicus in curis oculorum valde instructus. Nos tamē

curationis ipsius summas ⁊ aggregationes dicemus. ¶ Dicimus ita-
q3 ꝙ vlcera que in coniunctiua nascuntur hoc est in albis oculoru3: nō
adeo sunt timenda vt ea que in cornea hoc est in oculi nigredine fiunt.
Deterius vero vlcerum est illud quod in nigredine sub pupilla existit.
Eminentia namq3 ad istud est velocior. ¶ Horum autem vlcerum curā
cum flebotomia incipere debemus: ⁊ sanguinis extrahere multitudinē
secundum ꝙ possibile fuerit. Consequenter autem venter soluendus: ⁊
eger sibi cauere debet a carne ⁊ vino dulci: ⁊ esse contentus herbis frigi-
dis: ⁊ in potu sola aqua vti. ¶ In oculo vero i initio sief albu3 cu3 lacte
mulieris ē mittēdum: ⁊ si pulsus iam alleuiari ⁊ sedari videntur: sperā-
dum est ꝙ egritudo soluetur sine saniei collectione. ¶ Quod si pulsus
post sanguinis extractionem ⁊ ventris solutiōem ac sief albi immissio-
nem quiescere non videtur: parua fiducia in hoc quod diximus est ha-
benda. Et itaq3 tunc sief de olibano mittendu3 in oculum: ⁊ pila aliqua
oculo superponenda ⁊ cum ligatura stringenda. Ante vero ꝙ hoc eue-
niat: oculus suauiter est ligādus: ⁊ sine superpositione pile. Et non ces-
ses in oculum de sief de thure sepe distillare donec sanies in pupilla vi-
deatur. Ex quo eni3 hoc visum fuerit: sief de plumbo vti necesse erit vs-
q3quo profunditas fiat plana: ⁊ tota caro generetur. ¶ Ea tamē que di-
ximus: tunc sunt facienda: cum pustula non est magna. Quoniam cu3
magna fuerit: fueritq3 iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc necesse
vt cum eliescir medicetur: ne oculus emineat. Ad pile quoq3 superposi-
tionem: ⁊ ligaturam erit redeundum. ¶ Eger preterea semper supinus
iacere debet: ⁊ a forti motu abstinere. Cum autem caro in loco vlcerum
perfecte generata fuerit vel vlcus apostematis carne repletus fuerit re-
manebit ibi in oculo albedo. ¶ Quod si vlcus fuerit profundum: albe-
do erit grossa. ⁊ si in superficie tantum cornee fuerit erit subtilis. ¶ Vl-
cus quoq3 si a pupilla fuerit remotum: ⁊ steterit separatim per se: vesti-
gium illud qđ remanet nihil mali faciet. Si aūt iuxta pupillā fuerit
qñq3 post vlceris curatiōe3 vestigiū remanens prohibebit visionem.
Quapropter tunc est vtendū medcinis quibus vestigiu3 quod dixim⁹
abstergi ⁊ deleri possit.

¶ Sief de thure. ℞. armoniaci sarcocolle amborum añ. ʒ. v. thuris. ʒ. x.
croci. ʒ. ij. conficiantur ex mucillagine fenugreci: ⁊ fiant ex eis sief.

¶ Sief de plumbo. ℞. plumbi adusti: antimonij: thutie abluthe: calce-
cumenō: gūmiarabici: dragagāti: oiu3 añ. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. terantur ⁊ cū
panno sericino qui sit subtilissimus cribellentur ⁊ conspergantur ex
pluuiali: ⁊ fiant ex eis sief.

¶ Sief ex quo caro in vlceribus oculorum generatur ⁊ vuee egressio
prohibetur ⁊ vestigium subtiliatur. ℞. climie abluthe thutie ablute ce-
ruse antimonij thuris omnium añ. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. sarcocolle grosse. ʒ. i. ⁊
ß. sanguinis draconis aloes opij omnium añ. ʒ. i. fiant ex eis sief.

¶ Eliescir quo est vtēdū cū timet ne ex vlcere vuee sequat egressio. ℞. an-
timonij ematitis amborum añ. ʒ. x. achatie. ʒ. iij. aloes. ʒ. i. terantur ⁊

fiant ex eis sief ⁊ administrentur apud nècessitatem.

¶ De his q̄ in oculis cadūt siue sit pilus siue palea siue aliđ. Ca.17.

SUmatur resina idest gummia pini: ⁊ per oculuʒ trahatur ⁊ extrahit illud quod in oculo cecidit.

¶ De albedine que fit in oculo. Capi. 18.

ALbedo que in oculo contingit: est vestigium post vlceruʒ curationem remanens quando consolidantur. Que cum in oculis puerorum fit: leuior est ad curandum q̄ꝫ cuʒ accidit annosis: ad sanandum fortasse impossibilis existit: nisi subtilissima fuerit. Hec autem passio ex his medicaminibus curanda est: postq̄ꝫ eger balneum egressus fuerit aut faciem super vaporem aque calide vsquequo rubea sit tenuerit. Si tamen ex hoc medicamine in venis oculi rubedo ⁊ dolor prouenerint per aliquot dies: ab eo quiescendum est; donec oculus quiescat: ⁊ post ad id redeundum.

¶ Medicamen valde vtile ad albedinem remouendam ⁊ cito eradicandam. ego quoqꝫ non vidi quod eo melius aut equale esset ad albedinem delendam. ℞. masacume spume maris stercoris magni lacerti baurach zuchari higeri omniuʒ ana partes equales. Deinde sumantur acori celidonie seni amborum aā. ʒ. x. coquantur in libra vna aque donec ad quartam redeat: ⁊ colentur: ⁊ ex hac aqua imbibātur species quas prediximus: ita q̄ cōficiant ex ea: ⁊ siccent in vmbra: deinde interim terantur ⁊ cōspergantur vt prius ⁊ siccent. Qđ postquam quater factum fuerit: siccent ⁊ terant: ⁊ in oculo mittant. Hoc eniʒ medicamē nulli vt prediximus compar existit in remotione albedinis. Remouet enim hoc medicamen grossam albedinem etiam ex oculis animaliuʒ.

De scabie ⁊ sebel. Cap. 19.

CUm palpebra inuersatur ⁊ interius appareat rubea ⁊ aspera: scabies adest. Et cum super alba oculorum ac super nigredine videtur similitudo pāniculi ex venis rubeis ⁊ grossis texti: adest passio que vocatur sebel. He vero due passiones graues sunt ⁊ cronice ⁊ vix curabiles. Patiēs tamen duʒ sanus est: flebotomia ex brachio ⁊ fronte ⁊ vētris solutiōe vti debet: ⁊ in comestione vitet dactilos ⁊ sisamos de melle ⁊ vitet ebrietatem. Et quando non est plenus: sepe ingredi balneum est ei vtile: ⁊ frequēter imittere oculo sief rubeum similiter confert.

¶ Sief rubeum. ℞. emathitis colcotar combusti amboruʒ aā. ʒ. iij. eris vsti. ʒ. ij. mirre croci amborum aā. ʒ. i. piperis longi. ʒ. ß. conspergantur ex vino veteri: ⁊ fiant ex eis sief. ¶ His preterea egritudinibus viride confert sief cuius descriptio in capitulo de vngula continetur. Quođ si passiones iste vetuste fiant: scabies fricatione indigebit: ⁊ sebel collectione. Non tñ mensure huius libri congruit vt de eis tractemus.

¶ De lachrimalibus cum pruriunt. Cap. 20.

ENdiuia tenera sumatur ⁊ conteratur ⁊ fiant ex ea magdaleones parui: ⁊ ex oleo violato inungātur: ⁊ oculis superponāt: ⁊ in hora dormiendi ligentur: rosatuʒ tamen melius est: ⁊ citius ꝯfert. ¶ Et si

hoc non sufficerit: lentes absq corticibus & sumach: & rose rubee: & granati carnositas sumantur: & contrita ex careno conspergantur & more eplastri superponatur. ¶ Quod si non sufficerit ex cephalica prius flebotometur patiens. Deinde ex vena frontis: & ex venis que sunt in angulis lachrymalibus. Uenter quoq frequenter soluatur: & balneu multotiens ingrediatur.

¶ De vngula. Capi. 21.

Cum aliquid panniculo simile ex angulo qui est a parte naris oriri videtur: & albuz oculi cooperire & peruenit vsq ad nigredine: generatur passio que vngula dicitur. Cuius nocumentum tunc solum est peius: cum peruenit ad nigredinis partez que est iuxta pupilla. Hec igitur passio dum subtilis est cum sief viridi & sief de calcantho est medicanda. Si autem vetusta fiat & grossa cum ferro est expolianda.

¶ Sief viride quod confert sebel & scabiei & vngule & albedini. ℞. ziniar. ʒ. iij. colcotar vsti. ʒ. vi. arsenici rubei baurach spume maris o ium ana. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ʒ. armoniaci. ʒ. ij. armoniacum in succo rute dissoluantur & species ex eo conspergantur & fiant ex eis sief: est enim mirabile.

¶ Sief de calcantho qd confert vngule. ℞. eris vsti calcanthi amborum ana. ʒ. v. ziniar. ʒ. ij. salis armoniaci baurach arsenici sulimati omnium ana. ʒ. i. terantur & per hebdomadaz vna dimittantur deinde fiat ex eis sief & fricetur vngula cum eis.

¶ De macula rubea ex percussione vel alia re. Ca. 22.

Cum in oculo ex percussione aut ex re alia punctum rubeum fieri cotingit: sanguis qui ibi est dissoluendus est. Postq estuatio quieuerit sumantur igitur arsenici rubei olibani mirre armoniaci omniuz partes equales & fiant ex eis sief. Qui in succo coriandri fricentur & in oculum distillentur tamdiu quamdiu tamen dolor perseuerat: albugo oui sumenda est & oleo roseo miscenda: & cotum ex eis inuolutum: oculo est superponendum.

¶ De lachrymis. Capi. 23.

Quz lachrimales oculoz anguli semp humidi vident: patiens quotidie ieiunus balneu ingrediat & in oculuz alcohol istud mittat.

¶ Istud aut alcohol. ℞. thutie. ʒ. x. coralli rubei mirabolani citrini fricati aloes oiuz ana. ʒ. ij. piperis. ʒ. ʒ. fiat ex his puluis q assidue mittat.

¶ De debilitate visus. Capi. 24.

Si cum debilitate visus humiditatis signa apparuerint manifesta que in tempore famis & exercitij parumper dissolui videant: pillule cochie multotiens erunt assidue tribuende. Nutrimentum quoqz patientis desiccatiuu esse debet: & eger sepe vomere cogendus est: pulueres etiam desiccatiui oculis sunt immittendi. Quod si cum predicta egritudine affuerit siccitas & corporis obfuscatio nutrimentuz erit augmentandum: & vinum in potu tribuendu: ac super caput ipsius aqua tepida fundenda: & incuruatio super eam facienda. Balneuz preterea

ingrediatur: in quo tamen non multum sudet. ⁋ Naribus quoqz oleũ de amigdalis dulcibus atqz auribus est immittẽdũ. ⁋ Oculis vero lac mulieris adolescẽtis quaqz die est inijciendũ. Qđ etiaz freqnter fieri cõuenit. Hec quoqz debilitatis visus species fortior fit in tempore famis: & dum venter vacuus fuerit.

¶ Confectio alcohol quod valde acuit visum qui causa humoris debilitatur. ℞. thutie ablute & siccate. ʒ. xx. deinde extrahatur succus sansuci viridis & per noctem vnam residere dimittatur & coletur: ex quo tutia conspersa dimittatur quousqz siccetur: postea terantur. Deinde sumantur zinziberis piperis nigri macropiperis celidonie omnium aã. ʒ. ij. salis armoniaci. ʒ. i. cum thutie. ʒ. xx. post hec omnia terantur & ex succo teneri feniculi conspergantur: & siccata iterum terantur: & reponantur: & cum necesse fuerit oculis immittatur. Ad hoc preterea valde confert sief de fellibus.

¶ De tumore palpebrarum. Capi. 25.

Epithimetur ex epithimate quod in capitulo de obtalmia nominauimus.

¶ De conuersis pilis qui nascuntur in palpebris magis interius q̃ debent & pungunt oculum. Capi. 26.

Si pilus fuerit vnus aut duo: alijs palpebrarum pilis cum mastice aut oleo sceni sunt annectendi: aut radicitus euellantur: & loca a quibus euulsi sunt cum ferro acuto vt acus adurantur. Si autem multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidatur. Loqui tamẽ de hoc nostri libri mensuram pretergreditur.

¶ De aqua descendente in oculum. Capi. 27.

Quandoqz alicui videt quod ante se habeat cimices aut alia parua corpora subtilia & radiosa. Quod aliquando cã stomachi aliquãdo ex ꝓprio nocumẽto ipsi⁹ oculi ꝯtingit. Ideoqz differẽtiã inter hec duo considerãda est: neqz pro paruo est habendum cũ hoc accidẽs euenerit. Ex eo nãqz qđ causa stomachi accidit: non est multum timendum q̄ oculo nocumentũ inferat. Ex eo vero qđ ex proprio vicio oculi contingit valde timendũ est: hec aũt passio dum recens est vt in principio: cum medicinis curabilis est. Sed cum iam ad perfectionez deuenerit sanari nõ põt nisi cum incisione: & fortasse etiaz incisio prodesse nõ poterit. Quapropter differentia inter hec duo predicta diligenter est inuestiganda que est prout dicemus. ⁋ Quando imaginationes que videntur vtriqz apparent oculo estimandũ est contingere hoc ex vitio stomachi: & ecõuerso. ⁋ Et cũ imaginatõẽs in hora fastidij & in hora male digestiõis plures solito vident: in hora aũt famis & laboris pauciores appent: estimãdũ est ẽt hoc ex stõacho eẽ. ⁋ Et si ex quo iste imaginatões acciderũt duo preterierũt mẽses aut plures: & in pupilla nõ fuerit visa ꝯturbatio: estimandũ est ẽt hoc esse ex stomacho. ⁋ Quãdo aũt iste estimatões tibi aggregate fuerint: pillas chochias in potu tribue: & si pas-

sio omnino remouet:iam estimationes predicte certificate fuerūt. ⁋ Si autem vni tantum oculo apparuerint:ꝛ vno modo in omnibus horis permanserint:estimandum est vitium aque adesse:precipue cum in pupilla nō fuerit obfuscatio. ⁋ Obfuscatio nanqꝫ si fuerit in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. ⁋ Cum autem passio hec in oculo propria fuerit prohibenduꝫ est infirmo ne cuꝫ ventosis minuat sanguinē:neqꝫ ex brachio:neqꝫ comedat pisces:nec omnia q̄ humectare possunt. Uenter vero frequenter soluendus est ex pillulis cochijs:ꝛ eger ex calefactiuis ꝛ desiccatiuis nutriendus est. Jdromel preterea in potu ei tribuendum:ꝛ in oculis sief de fellibus mittendum.

⁋ Sief de fellibus qđ proficit aque a principio ꝛ dilatationi pupille:ꝛ eis qui post occasum solis nō vident:ꝛ tenebrositati visus que est ex humore. ℞. fellis gruis fellis sabot fellis hyrcini fellis accipitris fellis aqle fellis perdicis omnium siccoꝝ vnū aut plura. Sumat quoqꝫ p omnibus. ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ euforbij colloquintide serapini omniū añ. ʒ. i. trita aggregentur ex succo feni. teneri ꝛ mittantur in oculo.

⁋ De nictolopis. i. qui post solis occasuꝫ nō vident. Cap. 28.

Ad hoc vtile existit epar caprinum scindere ꝛ ponere super vnam sectioneꝫ piper longū:ꝛ cooperire ipsam ex alia sectione pipere longo in medio existente. deinde ponere ipm in furno:ꝛ dimittere ibi donec assetur ꝛ nō desiccetur. quo pfecto piper longū qđ in medio erat sumatur;ꝛ bene teratur cuꝫ pauco musco:deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergatur ꝛ siccetur:ꝛ in oculuꝫ mittatur. Aut fel caprinum cum melle mixtum in cucuma sup ignem misceatur: deinde radius eo illinitis imittatur oculo. Qđ autē ad hoc magis valet:est vt sief de fellibus in oculo mittatur. Si auteꝫ hoc non suffecerit venter soluatur ꝛ sanguis ex duabus cephalicis ꝛ ex fronte minuatur: ꝛ regimen subtilietur.

⁋ De dilatatione pupille. Cap. 29.

Cum pupilla hoc est foramen qđ est in nigredine oculi adeo dilatari videtur:vt vndiqꝫ pertingat ad albedinem fueritqꝫ post vehementem cephalice dolorem parua:habenda est fiducia in eius cura. Sed si dilatatio parua fuerit:tunc assidua solutionem ventris ex cochijs multotiens:ꝛ sief de fellibus in oculo mittenduꝫ. Qđ si pupillam post percussionem dilatari contingat:non est inde timendum: quia remouebitur. Fiat itaqꝫ emplastrum ex farina fabarum ꝛ camonilla ꝛ euisco cū vino ꝛ aqua.

⁋ De fistulis que in angulis lachrymalibus fiunt. Cap. 30.

Cum angulus lachrymalis resudat:ꝛ cū premitur sanies ꝛ virus ab eo egreditur:fistulam pati intelligitur:que cuꝫ cauterio curatur. De hoc tamē loqui plus est:q̄ꝫ huic nostro attinet libro. Nos tamē iam ei adiungimus medicamen:qđ si adhibitum fuerit:ipsaꝫ p multos menses adeo tardare facit: vt eger sanus videat. ⁋ Medicamen auteꝫ illud. ℞. aloes thuris sarcocolle sanguinis draconis balaustie antimo

nū aluminis:omnium partes equales ziniar quanzum eſt quinta pars
vnius fiant ex eis ſief. Cunqꝫ neceſſe fuerit:fiſtula in tantum prematur:
vt quicquid ſaniei in ea cōtinetur egrediatur. Deinde infirmus ſuper
latus in quo non eſt fiſtula iaceat: de predicto ſief aliquid diſſoluat in
aqua de que in angulo lachrymali tres gutte aut quattuor inquimati-
zentur:magno exiſtente interſtitio inter proiectionem vnius gutte ⁊ al-
terius. Quo facto eger p tres ſic iaceat horas. ¶ In mane quoqꝫ ſequē-
ti die ſimiliter fiſtula bene prematur:⁊ fiat eadem cura. Qđ per hebdo-
madam vnam fieri conuenit:⁊ etiam tandiu donec nihil a fiſtula egre-
diatur comprimitur. Ex hac nāqꝫ cura:locus multis menſibus ſiccus
permanebit. ¶ De curis oculorum quantū huic loco neceſſarium eſſe
putauimus:iam ſatis dictum eſt credimus. Alia vero quia ſunt de cu-
ris que per ferrum exercentur dimittamus:quia multis indigent me-
dicaminibus. Sunt tamen quedaꝫ ex eis qui in locis in quibus de de-
coratione tractauimus ⁊ ſanitatis cuſtodia continētur.

¶ De dolore qui fit in aure. Cap. 31.

SI cum dolore qui fit in aure fuerit in facie inflāmatio ⁊ pulſatio:
ſanguis ex cephalica erit minuendus:⁊ oleum roſeum aut oleuꝫ
de floribus ſalicis tepidum cum pauco aceto immittēdum:lac quoqꝫ ita
calidum vt ex mamilla egreditur multotiens diſtillandū erit. Venter
preterea ex mirabolanis citrinis ⁊ ſcamen ⁊ aloe vehemēter ſoluatur.
Qđ hoc modo fiet. mirabolanorum citrinorum ʒ.xx. ſumantur ⁊ pul-
uerizati in duabus libris aque coquātur donec ad duas vnius lib. ter-
tias redeāt ⁊ colentur. Poſt hec ſumatur aloes.ʒ.i.ſcamen ſexta pars
ʒ.i.aggregentur cum rob de citoniis;⁊ fiant ex eis pillule; que p duas
horas ante decoctionem ſumantur: deinde bibatur decoctio; ¶ Qđ ſi
dolor non quieuerit:parum opij in oleo roſeo reſoluti in aurem mitta-
tur. Et ſi pulſatio redierit ⁊ tribus diebus perſeuerauerit:oleuꝫ ſiſami
num in quo anatis aut galline adeps fuerit reſolutus in aurem ſepe
mittatur. Ibi namqꝫ eſt puſtula que maturatione indiget. ¶ Cum aūt
dolor quieuerit putredo iam tunc collecta erit. Ideoqꝫ pus ſubito ex
inſperato de aure egredietur. ¶ Cum auteꝫ dolor in aure fit poſt faſti-
dioſam ſatietatem:aut poſt ventos frigidos; oleum in quo ruta aut ce
pe cocte fuerint in aure diſtilletur. Aut oleum de lilio ſumatur:⁊ cuiqꝫ
vnc. ex eo commiſceatur euforbij recentis.ʒ.i.⁊ caſtorei.ʒ.i. ¶ Sed ſi hꝰ
non ſuffecerit:venter ex pill. cochijs ſoluat. Patiēs quoqꝫ balneuꝫ in-
grediatur in quo etiam ſudet. Vinuꝫ quoqꝫ vetus ⁊ forte ei tribuatur.
¶ Si auteꝫ cum dolore auris fuerint ſonitus ⁊ tinnitus atqꝫ vētoſitas:
panicum ſiue milium in ſartagine torrefactum calidum: multotiens
ſuperponatur. Et auris quoqꝫ ſuper vaporem aque in qua ſunt cocta
mentaſtrum ⁊ ſticados arabicus ⁊ ſanſucus teneatur:de caſtoreo prete
rea ⁊ euforbio in oleo ſambacino diſſolutis:quorꝫ vnumquodqꝫ quat-
tuor grana ordei ponderet:in aureꝫ mittatur.

¶ De vlcere qđ fit in aure. Cap. 32.

Cum pus ab aure egreditur: idromel tepiduz multotiens in vna vice in aure est distillandum. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est imittendum: qd. ℞. sarcocollam aloem ꝛ sanguinē draconis thus squamam ferri ziniar. Ex eo in aceto dissoluatur: ꝛ in aurē mittatur: ꝛ liciniū melle illinitū in predictis intingatur: ꝛ sic imittatur: patiens itaqz ex hoc medicamine ꝛ idromelle medicetur donec sanus sit.

¶ De sonitu ꝛ tinnitu. Cap. 33.

Fortasse quandoqz cōtingunt ex subtilitate sensus auditus ꝛ eius claritate. Cuius signuz est qd in tempore famis augetur: ꝛ in hora ebrietatis ꝛ satietatis minuitur. ¶ Qd propria non indiget cura nisi superfluitatem obtineat. Tunc enim de opio dissoluto in oleo imittendum est in aure quantum duo ordei grana pōderant. ¶ Si autem hec cum grauedine capitis ꝛ auditus debilitate affuerint: oleum de semine rafani ꝛ oleum de amigdalis amaris ꝛ oleum roseum in quo castoreū fuit resolutuz: sunt imittenda. Auris quoqz super vaporē aque in qua sansucus sticados arabicū absinthiū mentastrum origanuz cocta sint ponenda sunt. Et venter multotiēs ex pillulis cochijs est soluendus: ꝛ cibaria minuenda ꝛ vinum dimittendum.

¶ De grauedine auditus. Cap. 34.

Cum in auditu contingit grauitas considerandū est an sit ibi sordicies que vocatur cera que fit in aure: que si inueterauerit mundetur: aut cum medicinis sm qd diximus: aut cum cura manus. ¶ Si autem sordes nō affuerint ꝛ euenerit hoc post satietatem fastidiosam que eam precessit: aut egritudinem acutam: auris ponenda est sup vaporem aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interposito vsquequo vapor ascendit. Qd hoc modo fieri conuenit. Res iste in cucuma habente os acutum coquantur. deinde traiectoriuz ori cucume superponatur: ꝛ ne vapor egredi possit: pānus obuoluatur: ꝛ auris super os traiectorij ponatur. ¶ Istud preterea fiet in aurez mittatur. Qd. ℞. colloquintide. ʒ. i. baurach tertiam. ʒ. i. castorei aristologie rotunde succi absinthij: omnium aā. ʒ. ß. costi quartam. ʒ. i. euforbij sextā ʒ. i. fellis vaccini quantum sufficit ad predicta cōficienda. Fiant ex eis fiet. Cūqz necesse fuerit: vnum in oleo de amigdalis amaris resolutum auri imittatur. Hoc enim valde vtile existit dolori flegmatico ꝛ ventositati ac sonitui ꝛ tinnitui: qui ex grosso vento fuerit ꝛ surditati que est ex grossis humoribus. ¶ Si autem debilitas auditus contingit post ieiuniuz aut vigilias: fueritqz facies extenuata: ꝛ oculi concaui: eger balneum sepe ingrediatur ꝛ largiori cibo ac potu vtatur: ꝛ in somno fiat profundior: super caput quoqz aquam tepidam cum oleo fundat donec sanetur. Qd si post frenesim contingat: ex medicinis primis curetur.

¶ De vermibus auris ꝛ paruis animalibus ipsaz ingredientibus. Cap. 35.

Cum in aure fuerit titillatio ꝛ pruritus ꝛ dolor: deīde acciderint vermes ab aure: immittantur auri succus mētastri. Aut de folijs

persicorum. Aut oleum de nucleis ipsorum. Aut aloes in aqua dissoluatur et immittatur. Hec enim vermes auris et parua animalia ingredientia ipsam quando erunt in aure et in vlceribus nascuntur interficiunt.

¶ De eo quod in aure figitur ab exteriobus ingressum. Cap. 36.

Cum aliquid figitur in aure: oleum tepidum est immittendum: et patiens balneum ingrediens ibi moram faciat donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus insuffletur condisi: et teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur. Forsitan enim sic egredietur. ¶ Si autem fuerit difficile et non exierit erit necesse vt cum ferro auri immisso extrahatur. ¶ Quod etiam in naribus est faciendum siquid eas ingressum fuerit quod extrahi non possit. ¶ Quod si aqua intrauerit capite ad partem auris illius inclinato saliat eger: et si non exierit prouocetur sternutatio vt diximus: deinde tepidum multotiens imittatur. Neque hoc pro paruo est habendum: et precipue si res malam habens qualitatem ingressa fuerit: ex ea namque grauis sequetur dolor.

¶ De sanguine ex naribus fluente. Cap. 37.

Ex his que sanguinis ex naribus fluxum retinent: est succus albedarugi cum camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. ¶ Confert enim ei qui hanc passionem incurrere solitus est ante eam iniectus. Aut in hora egestionis. Aut sumatur gipsum cinis carte de panno galle sanguinis draconis caho zegi et pulverizata naribus insuffletur. Aut licinium in eis intinctum mittatur in nares. Aut alumen iameni puluerizatum: vt alcohol cum amilo eiusdem quantitatis naribus insuffletur. ¶ Quod si adhuc vehementer manauerit: superiores adiutoriorum partes apud ascellas cum instita: et coxe apud inguina ligentur: et testiculi similiter sunt ligandi. ¶ Si vero passio inualuerit: flebotometur cephalica eiusdem partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autem nec hoc modo strictus fuerit: magne ventose cum igne superponantur ventri ab ea parte de qua fluit sanguis.

¶ Medicamen quod vehementer valet ad sanguinem constringendum. Sumatur calx alba et leuis qua vtuntur aurifices et sepe naribus insuffletur sine interpollatione: et licinium albumine oui illinitum ea inuoluatur et naribus imittatur.

¶ De vlceribus narium. Cap. 38.

Cum in naribus fuerint escare cera et oleum ac adeps gallinaceus eis imittantur: et aquam calidam naribus in mane multotiens per aliquot dies odoret. ¶ Cumque pustule egredi ceperint: licinium aceto forti infusum in quo sal positum sit naribus imittatur: ac super eas similiter ponatur. Siccabuntur enim ex hoc et non prolongabitur eorum mora. ¶ Quod si vlcera ibi affuerint: ex vnguento de cerusa curentur.

¶ De hemoroydibus que nascuntur in naribus. Cap. 39.

Cum intus in naribus caro superflua mollis et quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: et nares ingrossari ceperint: ac ex carne predicta repleri: cephalica prius erit flebotomanda. Deinde licinium

ex vnguento viridi qd in capitulo de corrodentibus carnem nominauimus: liniendum et naribus erit imittendum. ¶ Si vero istud nõ suffecerit: medicamen acutum qd ibi descripsimus apponatur: donec ex toto mundificetur. ¶ Hec preterea passio quandoque cum ferro curatur radicitus omnino incidendo. ¶ Medici tamen quandoque in hoc errant: nam ex eorum cura eger maximũ incurrit nocumentũ. In hoc namque loco cancer plerunque exoritur. Uerum cancer quando in hoc nascitur loco: neque acutas tollerat medicinas neque incisionem que fit cum ferro. Immo indiget vt suauiter tractetur: et medicaminibus lenientibus: et flebotomia et ventris solutione curetur. ¶ Cognoscitur autem an illud accidens sit cancer quia est durus pertingẽs quandoque vsque ad palatum. Sed cum nares sicce sint et dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendum est ne hec egritudo aut ei similis ferro aut acuto medicamine tangatur. Si autem quod in naribus exoritur caro mollis est fluxerintque ex eis humores: et cum nares stringuntur inueniuntur molles: et cũ tãguntur tactus nõ sentitur solidus: nõ est timendũ quin ex medicaminibus acutis et ferro mederi possint.

¶ De amissione odoratus. Cap. 40.

CUm sensus quo odoranda precipiuntur amissus fuerit; neque in naribus caro superflua creuerit: et aer ita leuiter vt prius attrahitur: et oculi ac sensus naturaliter existunt: naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis vt alcohol: qui fiat ex condisi et arthanita et sale armoniaco. ¶ Egro quoque precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autem hoc non suffecerit: quod nominabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec est. ℞. nigelle fellis gruis colloquintide elebori albi omnium ana partes equales. Puluerizentur et ponantur in vrine cameli arabici quãtitate tanta que ea cooperire possit: et ponãtur ad solem donec siccentur. Deinde fiant ex eis sief. Cumque necesse fuerit: vnum ex eis lentis habens magnitudinẽ in oleo sansucino intinctum naribus imittatur. Optimum enim ad hoc existit. ¶ Si autem ex hoc quod naribus imittitur fortis sequatur dolor: oleum de semine cucurbite eis imittatur: et aqua calida super caput fundatur: et sorbeat calida ea que humectant vt ptisana: et quod fit de aqua furfuris: et de farina et similia. Et hoc quidem est medicamen ad emissionem odoratus probatissimum: quod sic conficitur. Nigella puluerizetur: donec fiat vt puluis: et misceatur cum oleo veteri. Deinde ager implens os suum aqua reclinet caput retro quanto plus poterit: et tunc ex predicto medicamine aliquante gutte naribus distillentur. ¶ Egro quoque precipiatur vt quantum ei possibile est aerem extrinsecum interius attrahere nitatur. Quod in tribus diebus tribus vicibus fieri conuenit. Si autem mordicatio superuenerit: fiat hoc quod nominauimus.

¶ De dolore dentium. Cap. 41.

SI gingiua cum dolore dentium fuerit sanguinolenta: et apostemosa et rubea: fueritque apostematio cum pulsatione; extrahatur san

guis cum ventosis flebotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deinde hora aliqua diu acetum ꝛ oleum roseum teneat: quod postq̄ eiecerit: idem iterum faciat. ¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: ꝛ si ex hoc non euaserit fueritq; pulsatio vehemens ꝛ cum inflammatione: camphora ꝛ piretrum terantur: ꝛ in radicibus dentium ponantur. Cumq; dissoluta fuerint iterum mittatur. Cotum quoq; oleo roseo illinitum desup ponatur. ¶ Quod si dolor aliquando augmentatur ꝛ vehemētior fiat: opij sexta pars.℈.i. in oleo roseo dissoluatur. Ex quo cotum illinitum radici dolentis dentis adhibeatur. ¶ Si autem nec dum sedet: locus scalpellandus est: ꝛ sanguisuge superponende sunt. ¶ Gingiua vero si non fuerit sanguinolenta neq; apostemosa neq; dolor est cum pulsatione: neq; in facie fuerit inflāmatio aut dolor acciderit post fastidiuz ꝛ satietatem ꝛ post cenam comeditq; ex cibo frigido multum: venter egri ꝛ pillulis cochijs soluendus erit: ꝛ dolentiuz dentium radices ex hoc medicamine fricande: quod sic fit. ¶ Sumat piretrū sinapis sceitaragi indi baurac piper zinziber: ꝛ ex eis puluerizatis dentium fricētur radices. Cotum quoq; eis illinitum super dentium radices ponatur: postq̄ eger os ex aceto in quo piretrum ꝛ mentastrum atq; origanum cocta fuerit colluerit. ¶ A foris preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum super maxillam est ponēdum. ¶ Aut ex piperis puluere melli cōmixto dens ꝛ eius radix fricent. ¶ Et si hoc nō suffecerit: in dentiuz radicibus hec tyriaca ponatur que. ℞. castorei asse piperis zinziberis storacis opij omnium partes equales. Conficiatur ꝛ administretur. ¶ Eger preterea per aliquātulum temporis a comestione abstineat maneatq; famelicus: ingrediatur balneuz: ꝛ vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radici dentis multotiens apponat: aut eradicet. Si vero dēs corrosus fuerit: repleatur ex medicaminibus que nominabimus: ꝛ que sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahētibus dētes ꝛ ꝯfringētibus. Cap. 42.

Medicamen quod in dente corroso ponitur: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumātur kebikegi ꝛ piper ꝛ trita ex alcatrano: conspergantur ꝛ impleātur ex eo. ¶ Medicamen quod dentes debiles ac dolentes qui sunt extrahendi eradicat. ¶ Cortices radicuz mori: ꝛ radicum capparis: ꝛ piretrum: ꝛ lac titimalli: atq; lac anabule: ꝛ arsenicum rubeum: ꝛ radix colloquintide: sumantur ꝛ trita: ex tanto aceto quod eis sufficiat conspergantur. Acetuz quoq; per hebdomadam vnam semel in die vt prius addatur. Post hoc dentes in circuitu scalpellentur ꝛ ex predictis decies in die epithimētur: donec ad mouēdum sint faciles: ꝛ sic extrahātur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: ꝛ postea extrahantur. ¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. ¶ Cūq; necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: ꝛ ex oleo multotiens inungantur: donec facile moueri possint: postea cū instrumento extrahendi dentes euellantur.

¶ De dentiū ꝯgelatione ꝛ stupore. Cap. 43.

Portulaca ꝛ amigdale amare masticentur: aut his similia. Aut fiat fricatio cum sale ꝛ masticetur cera.

¶ De dētibus q̄ dolent cū a re frigida tangunt. Cap. 44.

Oleum calefactum in panno desuper est ponendū. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. ¶ Aut calidum panez multotiens mordeat. ¶ Aut fiat fricatio ex balsamo. ¶ Aut ex oleo de lilio silvestri.

¶ Bcola. Cap. 45.

Si pustule fuerint rubee sumant antere amili spodij lētiū excorticataꝝ semis portulace coriādri sicci semis sene de mecha oiuz aā. ptes eq̄les cāphore paꝝ: ex his pulverizatis fiat fricatio ꝛ cū aceto mixta ꝛ oleo roseo ꝛ aqua rosata in ore teneat ꝛ sanguis minutio cū vētosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cum sale ꝛ melle fricētur: ꝛ sirupus acetosus in ore teneatur: aut almuri.

¶ De gingivis sanguinolentis. Cap. 46.

Cum ex gingivis sanguis subtilis assidue manauerit: vtriusq; arsenici scilicet rubei ꝛ citrini calcis gallarum aluminis omnium partes sumantur equales: ex quibus pulverizatis ꝛ cum aceto mixtis parui formētur trocisci. Cūq; necesse fuerit ex eis pulverizatis sumatur quantum est sexta pars.ʒ.i. ꝛ fricētur gingiue ex eo optime: ꝛ permaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseum in ore. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curandam ꝛ putredinem: ꝛ herpetem estiomenum qui est in ore.

¶ De casu vuule. Cap. 47.

Cum eger senserit aliquid radici lingue sue insistere: aut gutturi: ꝛ cum iubetur aperire os ꝛ extrahere linguā: videtur vuula eius iam esse fluxa ꝛ elongata: ramech ꝛ sal armoniacus sumantur: ꝛ bene pulverizata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: ꝛ ex eis in summitate predicti instrumēti aliquid ponat ꝛ radici vuule cum eo dirigatur: ꝛ ipsa cum instrumento paruz exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: ꝛ fiat ex eo gargarismus. ¶ Quod si diu permāserit taliter ꝛ elongata fuerit: eiusq; pars superior subtiliata ꝛ caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauendum tamen est ne anteq̄ ita vt diximus sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoq; sanguinis fluxus qui constringi non potest.

¶ De sanguisugis que ingrediunt guttur. Cap. 48.

Cum aliquis in gutture suo titillationem senserit: ꝛ sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tunc sanguisugam in ore esse: ꝛ precipue si aquam loci quo sanguisuge fuerint biberit. ¶ Os igit egri est aperiendū: ꝛ lingua extrahenda ꝛ inferius premenda ꝛ guttur in sole est inspiciendūz: ꝛ si sanguisuga in loco propinquo pendere visa fuerit: cum forficibus quibus sagitte educuntur extrahenda erit. Quod hoc modo fiet: caput a quo pēdet est stringendū ꝛ sic extrahat.

¶ Quod si non fuerit manifesta eger multotiens gargarizet sinapim cum aceto: qz de loco in quo est mouebitur. ¶ Aut fiat gargarismus ex aceto & assa: aut ex aceto & sale.

¶ Nigella preterea & sinapis trita insufflentur gutturi: fiat etiam gargarismus ex succo cepe. ¶ Si autem post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio: fiat gargarismus ex apozimate in quo cortices granati: & balaustie: & sumach cocta fuerint: & gutturi insuffletur puluis de balaustijs & thure & sanguine draconis & amido. ¶ Si autē sanguisuga stomacho annexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur sumantur in potu. ¶ Ex his etiam que sanguisugam exire faciunt: est vt eger balneum ingrediatur & moretur in eo donec magnam patiatur sitim: & tunc aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilicet in ore aliquandiu teneat. Cumqz ceperit tepefieri eam expellat: & aliam sumat. Sanguisuga enim quandoqz venit ad os frigiditatem querendo.

¶ De his que guttur ingrediunt siue sint spine siue os. Cap. 49.

Cum illud quod guttur ingredit & infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile: de his que nō habent frusta scissa contenta in eis aut acuta confert plerumqz percutere egrum in collo. Posterius multotiens & aquam sepe traijcere. Fortasse enim descendet inferius. Eger quoqz balneum ingrediatur & oleuz multotiēs traijciat: quod postqз factuz fuerit magnos deglutiat bolos. ¶ Quod si nō descenderit: instrumentum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: quod cuz sit reti simile: est longum gibbositatez in se habens.

¶ De grauedine lingue. Capl. 50.

Cum lingua absqz alijs membris grauedinem passa fuerit: & eger neqz febrem neqz acutaz incurrerit egritudinem sal armoniacuz & piper & zinziber & sinapis alba ac piretrum & stafisagria & baurach atqz origanum & sal indum & nigella & sansucus siccus sumant & in aqua coquantur & fiat ex eis gargarismus. Caueat tamē patiens ne ex eo aliquid traijciat aut eger ieiunus multis diebus gargarizet almuri nabati aut fiat gargarismus ex aceto & piretro. ¶ Postquā vero gargarizare cessauerit sumantur salis armoniaci piretri piperis sinapis omnium partes equales: & ex eis bene puluerizatis lingua diuti⁹ fricet. ¶ Qđ si cum lingue grauedine auditus ac reliquorum sensuum grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio ꝫm doctrinaz qua paralisis curatur. ¶ Si autem loquela in acutis febribus aggrauata fuerit & videris ipsam cū grauitate in loquela extenuatam & abbreuiatam & spasmatam: aqua calida ab alto super spondiles colli & auris principia fundatur & cū oleo fricentur. Eger quoqz oleum tepiduz in ore tenere debet. Et si diu est ex quo loquela minui non cessauerit vel etiam semper considerandum est an ligamentum quo inferius lingua connectitur maius sit qз debeat. Qđ si ita fuerit ex eo parū est incidēdū & zegi puluerizatū imittēdū.

¶De lingua q̄ adeo tumescit vt os egrediat. Capi. 51.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pre magnitudine os egrediatur: fricanda est ex cepis aut ex citri acetositate: aut cū ribes: aut ex granato acetoso donec saliua multa ab ea profluat. Hoc namq; modo detumescet & ad primam redibit mensuram. Si autem non sufficit fiat fricatio ex sale & aceto. ¶ Et si necdum sufficit fiat minutio ex vtrisq; cephalicis prius & postea ex venis que sunt sub lingua.

¶De glandula q̄ sub lingua nodat & vocat ranula. Capi. 52.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit: in principio ex sale armoniaco & gallis fricanda est. Si autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est quod est medicamen acutū. Eger autem acetum & salem in ore teneat.

¶De apostematibus accidentibus in lingua. Capi. 53.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nominauimus & sinantia sanantur.

¶De sinantia. Capi. 54.

Cum in glutiendo sentitur angustia adest passio que sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas sm̄ angustie quantitatē deprehendi potest. ¶ Cumq; cum traijciendi angustia fuerit in facie & oculis rubedo & repletio: in principio curationis cephalica flebotometur & gargarismus ex succo granati muzi cū carnositate sua fiat: aut ex rob mori de seni. Et post hoc fiat gargarismus cum aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Quod postq̄ per tres dies sic factum fuerit & venter ex succo fructuū sicut prunoꝝ tamarindi cassie fistule & tereniabin solutus fuerit: fiat gargarismus ex apozimate ficuum citrinarū & passularum: aut ex medulla cassie fistule cū idromelle. ¶ Quod si passio inueterauerit: ex gargarismis & insufflatione fortium medicaminum que dicturi sumus curanda erit. ¶ Si autem in facie non fuerit rubedo fluxeritq; ab ore saliue multitudo & eger fuerit humectatus: in principio soluatur venter ex cochijs & fiat enema ex clisteri acuto qd̄ in capitulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cū tamē passio inceperit fiat gargarismus ex sirupo acetoso: aut cū idromelle & pipere & oximelle & de inde ex almuri nabati. Fiat etiam gargarismus ex idromelle & sinapi. ¶ De his preterea que male sinante conferunt: est vt ex venis que sunt sub lingua fiat minutio: & vt ventose absq; scarificatione in collo ponantur & epithimetur collum ex melle anacardino donec vesice in eo generentur & fiat gargarismus cū sinapi & gutturi fiat insufflatio ex hoc medicamine qd̄ sic fit. Sinapis sal armoniacū piretrum nitrum assa piper mentastrū: sumat & ex eis cum idromelle fiat gargarismus.

¶De tussi. Cap. 55.

Cum tussis acciderit: fueritq; aspera & sicca: & cum rubedine & calore: egro muroba violatū & ptisana tribuēda erūt: fabas quoq; excorticatas & spinachia cum oleo de amigdalis dulcibus in comestiōe accipiat. In ore vero semꝑ tenere debet pillulas bichichias. Atque aūt

quā bibit sirupus violatus est admiscendus.
¶ Confectio pillularū bichichiarū. ℞. succi liquiritie zuchari albi ambo͡rum aā. ʒ. x. amidi dragaganti amigdalarū dulcium excorticatarū oīum aā. ʒ. v. ex eis cum mucillagine seminis citonii conspersis informent pillule. ¶ Quod si cum tussi multum affuerit sputum qd' cū expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neq3 febris neq3 vehemens vētris solutio ipsam comitantur: ex his trociscis dandum erit infirmo: qui. ℞. seminis feniculi seminis apii succi liqritie capillieneris amigdalarum omnium partes equales: ex his cum mucillagine seminis lini cōspersis informent trocisci. ex quibus. ʒ. iij. tribuatur. ¶ Decoctionem autem qua in hac egritudine vtendum est: in capitulo de catarro iā descripsimus: cui tamē. ʒ. v. capillieneris sunt addende. ¶ Qd' si tussis antiqua & nociua fuerit adeo vt egrū in nocte dormire nō pmittat: pillule storacine sunt dande: que. ℞. mirre storacis opii omnium partes equales: informent ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuant. In potu vero sumat sirupū de papauere: & comedat semen albi papaueris cum zucharo. ¶ Qui hāc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa salsa pontica acria atq3 amara.
¶ Suffumigium ad antiquam tussim & sputum fetidum: qd'. ℞. aristologie mirre storacis galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium. omnia puluerizata ex butyro vaccino conspergantur: ex quibus magdaleones ad pile parue similitudinem informent: & cum necesse fuerit in ieiunio ex vno eorū per traiectorium suffumiget.

¶ De asmate. Cap. 66.

Cum aliquis assidue patitur tussim: & aerem attrahit quēadmodū fit post cursum: aut post vehementem motum: & cum iacet supin' est ei deterius: sed cum sedet est ei melius: decoctio ei danda est: que. ℞. ficuum citrinarum. ʒ. x. dactillorum maiorem humiditatem habentium seminis apii seminis feniculi capillieneris liquiritie isopi prassii omnium ana. ʒ. v. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam & colentur. De hac vero decoctione tribus diebus egro in potu tribuatur cum pondere duorum aureorum huius confectionis: que ℞. succi liquiritie isopi capillieneris omnium ana. ʒ. x. cordumeni piperis amigdalarum amararum aristologie rotūde seminis vrtice omniū ana. ʒ. v. mellis dispumati qd' sufficit. ¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit: & est optima. Danda est itaq3 per hebdomadam vnam continuo.
¶ Deinde eger postq̄ comederit sinapim & mel: vomere cogēdus est: & venter ex his pillulis soluendus q̄ recipiūt agarici ordei grana. xviij. colloquintide inferioris grana ordei. vi. elacterii grana. iiij. succi liquiritie. ʒ. v. fiant ex eis pillule: & sufficiūt ad dosim vnam. Post hoc quoq3 iterum redeat ad bibendum confectionem & decoctionē sumendū: & postremo ad vomitū & ventris solutionem vt prius. Hoc faciendum

est donec eger sanitati restituatur. Interim tñ a cibis grossis ⁊ stipticis ⁊ acetosis abstineat.

¶ De pleuresi. Cap. 57.

CUm aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuuz: ⁊ proprie quádo siccam patitur tussim: ⁊ febrit: expedit vt si dolor sup partem costarum ⁊ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor: nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit: tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. ¶ Egritudo quoqꝫ si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egrum: flebotomia similiter a parte dolente facienda est. ¶ Quod si dolor inferiꝰ ad partem costarū posteriorum tendit: venter ex decoctiõe quam in caplo de reumatismo descripsimus est soluendus. Melius tamen est vt flebotomia fiat: deinde aqua ordei cum zucharo assidue tribuat. ¶ Et si videris tussim eius vehementis siccitatis: da ei in diluculo omni die iulep: deinde da ei in potu aquaz ordei. ¶ Et si eger fuerit debilis nutriatur cum pane ⁊ ex zucharo. ¶ Si autez fortis fuerit: aqua ordei vsqꝫ ad diem quartum sufficiet. ¶ Cūqꝫ screare ceperit: decoctionem quam in capitulo de reumatismo nominauimꝰ quotidie sumat antequā aquam ordei bibat donec sanetur. ¶ Si autem febris ⁊ acuitas perseuerent: ⁊ eger in excreatiõe difficultatē patiatur: detur decoctio quam in capitulo de asmate nominauimus: qḋ similiter est faciendum cum saniei fit excreatio. ¶ Qḋ si in principio passiõis qḋ excreatur nigerrimum: aut valde citrinū apparet: ⁊ sic permanserit ⁊ febris non quieuerit neqꝫ calor vsqꝫ ad diem septimum timorosum est. ¶ Et si cum hoc toto aeris attractio non alleuietur: ⁊ in pectore fuerit oregmō aut in maxillis rubedo: ⁊ in oculis stupor: morti est propinquus. ¶ Si aūt exterius in latere apparuerit rubedo aut apostematio: ⁊ cuz premitur locus dolet: ponatur desuper ventosa aut emplastrū ex sinapi ⁊ ficubus: ⁊ dimittatur ibi donec locus vlceretur. ¶ De his vero que ex errore stolidorum ad augmentū nocumenti accidūt: hanc egritudinem patientibus est: qꝫ cū dolor in principio sentitur sub costis estimant grossam fore ventositatem: ideoqꝫ electuariū diamuscū aut ei similia egro tribuūt: eūqꝫ oino interficiunt. Hec passio vocatur birsen: cuius cā est apostema qḋ oritur interius in costis hypocūdriorum.

¶ De peripleumonia. Cap. 58.

CUm homini supuenerit febris ⁊ in anhelitu tantuz patitur constrictionē vt se prefocari putet: ⁊ in maxillis ita vehemens fit rubedo vt tincte videantur: ⁊ anterior pectoris pars dolet ⁊ tussis adest: ⁊ qḋ cum excreatione emittitur existit spumosuz: ⁊ in pectore sentitur grauitas sine punctiõe ⁊ sine calore: cui omnia hec accidūt acutum in pulmone patitur apostema: ⁊ vocatur hec passio peripleumonia. In principio igitur curatiõis eius basilica minuenda est: deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶ De sanguinis protectione cum sputo sine vomitu ⁊ sine rascatione pos. Cap. 59.

Cum sanguis cum rascatione aut paruo sonitu qui fit sine tussi egredtur: non est egro inde timendum. Poterit enim sanari gargarizando ea que in capitulo de sinantia nominauimus: ⁊ regimen subtiliando. ¶ Cum vomitu quoq; si exierit sanguis nõ magnũ affert timorem. Curatur nãq; hoc flebotomando egrum ⁊ si comederit stiptica sicut sumach ⁊ succus vue acerbe. In potu preterea sumat ex boliarmeni gũmi arabici balaustie sanguinis draconis thuris omniũ ptibus equalibus dẽtur ex eo. ʒ. iij. cum rob simplici de citonijs. ¶ Quibusdã autem solet accidere sanguinis exitus cum interpolatione: ex quo nullum sentiunt nocumentum imo remedium: ideoq; sic est dimittendũ. ¶ Quod si cum tussi superueniat sanguinis egressio: est timorosuz. Est tamen incipiendum in curatione egri cum flebotomia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuenduz: que. ℞. thuris sanguinis draconis: amboꝝ añ. ʒ. iij. ⁊ tertiam. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: amboꝝ añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ⁊ ℥. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. ij. ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus quotidie vnus in potu sumat cum succo ozimi maioris aut portulace. ¶ Et si egritudo vehemẽs fuerit: alius circa noctem dandus est. ¶ Adiutorioꝝ quoq; ac coxaruz partes superiores sunt ligande ⁊ extremitates fricãde. ¶ Pectus etiã precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis predictis cum aceto ⁊ aqua epithimetur.

¶ Eius preterea cibaria succum vue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis similia admixta habeant: ⁊ patiẽs supinus iacens: de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶ De ptisi. Cap. 60.

Cum aliquis carnium diminutionem pati videtur post tussiz cronica passione ⁊ sputo sanguinis aut saniei ꝓcedente lac asininuz in potu tribuatur. Qḋ si inueniri non poterit: caprinuz cum pauco zucharo dandum est. Cum quo etiam panez sepe comedat: ipsumq; quãto plus potest: loco aque in potu sumat. Uinum tamen subtile ⁊ temperatum aliquãdo est tribuendum. ¶ Nutrimentum autem egri sit ex carnibus auium ⁊ edina. ¶ Eger preterea ante comestionez ⁊ post balneũ ingrediatur qḋ non sit calidum sed tepidum: ⁊ in semicupio moraz faciat. ¶ Summopere vero cauendum est ne venter soluatur. Cui tamen si solutus fuerit: ex huius pulueris bibitione succurrenduz est: que. ℞. gummi arabici spodij boliarmeni seminis mirtini: omnium añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo in die. ʒ. iij. cum sirupo de papauere albo aut rob mirtino dentur: huius quoq; pulueris bibitio omnibus ventris cõstrictione indigentibus qui tussim patiuntur remedium affert. Cui plerũq; adduntur xilocaracte de siria ⁊ bdellium de mecca. ¶ Quod si lac egro febrem generauerit auferendum est ei lac: ⁊ ptisana quousq; febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterũ

redierit remoto lacte ptisana est danda. Post cuius recessionē vt pri ad lac est redeundum. Hoc autem semper est faciendum cum necessitas vrget ⁊ venter summoopere custodiēdus ne soluatur.

¶ De tremore cordis. Capi. 61.

SI cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas ⁊ febris: eger ex basilica est minuendus: ⁊ trocisci camphorati cum succo maloꝝ acetosorū in potu sunt tribuendi que. ℞. spodij seminis cucumeris citrulli endiuie lactuce portulace rosarum sandali albi omniū partes equales: ⁊ pro vnoquoqꝫ pondere aurei vnius ex eis sumaꝛ camphore triū granorum ordei pondus: ex quibus cum succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus in potu quotidie vnius aurei pondus quaqꝫ die tribuatur qđ per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autē hec non suffecerint lac de quo butyrum sit extractū ab bibēdū deꝛ. Ipse vero nutriaꝛ ex pullis cum aceto ⁊ succo vue acerbe ⁊ ex acetoso. Sirupum preterea acetosum de zucharo factum bibat.

¶ Si autem cum cordis tremore non fuerit febris: trocisci muscati in potu sumantur: qui. ℞. masticis spice xiloaloes cinamomi gariofilorū gallie muscate nucis muscate cubebe cardamomi maioris ⁊ ibelohe corticis citri omniū aā. pōdus vnius aurei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cum vino redolente conspersis fiant trocisci. Hi autem trocisci conferunt sincopi ⁊ tremori cordis.

¶ Electuarium diamuscū preciosum qđ ad sincopim ⁊ tristitiā ⁊ cordis tremorem ⁊ tediū faciens. ℞. masticis cinamomi seminis ozimi maioris seminis ozimi gariofilati seminis melisse seminis sisimbrij seminis sansuci macropiperis: omnium partes equales: ex quibus omnibꝰ puluerizatis. ʒ. x. sumantur margaritarū minutarum coralli rubei charabe sete crude been albi ⁊ rubei folij: omniū aā. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. ʒ. conficiaꝛ cū melle ꝺ muraba chebuloꝝ. Hoc eiꝫ electuariū ad frigiditatē stomachi ⁊ digestiue egritudinē optimū existit.

¶ De passione colerica. Cap. 62.

CUm paruus dolor punctio ⁊ tristitia alicui supuenerit affuerintqꝫ cum ea vel post ipsam vomitus ⁊ ventris solutio: aqua calida multotiēs continue in potu tribuatur. Et si adhuc pseuerauerint vomitus ⁊ ventris fluxus: aqua calida iterum detur. sedabitur enim passio. ¶ Cum autem egritudo quieuerit eger balneum ingrediaꝛ: in quo per vnius hore spaciū moretur. Egressus autem de balneo leui alatur nutrimento deinde dormiat. ¶ Sed licet vomitus ⁊ ventris fluxus vehemētes fuerint ⁊ sinthomata terrefacientia superuenerint non tamē est timendum: immo cum medicaminibus que ego nominabo succurrēdū.

¶ In principio itaqꝫ trocisci de olibano cum aqua ⁊ niue ⁊ rob granatorum dentur semel qui item etiam sunt dandi si vomitus non cessauerit. Duoqꝫ adiutoria ⁊ coxe in supremis partibus ligentur ⁊ aqua in niue infrigidata super crura ⁊ pedes fundaꝛ ⁊ in ipsā etiam mittantur. ¶ Venter quoqꝫ ex sandalis roꝛ camphora gallia aqua rosata cōsper-

sis epithimet ꝛ pãnus aqua rosata in niue infrigidata infusus desuper ponat: qui postq̃ tepefactus fuerit est remouendus: ꝛ alius vt pri⁹ desuper mittendus. ¶ Ad potandũ aũt paulatim tribuat vinũ vetus tẽperatũ cum rob granatoꝝ: ꝛ quãdo vomuerit iteruz tribuat. ¶ Panez quoq; in succo granatoꝝ infusum cogendus est sumere cũ vino ꝛ comedere. Quez si vomuerit: iterũ dandus est donec quiescat. ¶ Quod si sincopis superuenerit muscus cum vino dare cõueniẽs est: vim inferẽdo. Et succus carnis edine ꝛ pulline cum pauco citonioꝝ succo in vino mixt⁹ in potu est tribuendus. Pulli preterea sunt assandi ꝛ ante nares ipsius discerpendi. Thus etiaz dandũ est vt ipsum masticet ꝛ paulatim traijciat. Et postremo bolum corascenũ cum camphora conditũ tribuatur. ¶ Quicquid aũt de huius passionis cura nunc vsq; dixim⁹ donec vomitus sedet ꝛ stomachus cibũ recipiat fieri cõuenit. Postq̃ vero stomachus ipsius recipere cibũ poterit: nutriendus est eger: ꝛ parum vini veteris bene redolentis in potu sumat ꝛ dormire incipiat.

¶ Trocisci de olibano ad vomitum dicti. ℞. boli corasceni thuris amboꝝ añ. ℨ. x. cucube cardamomi amboꝝ añ. ℨ. ij. ꝛ. ʒ. camphore gallie gariofilo. omnium añ. sextam. ℨ. i. fiant trocisci pondere aurei vnius. Hi enim vomitui multum conferunt.

¶ Rob de granatis: succus granatorum acetosoꝝ sumat: ꝛ per noctem vnam aut amplius dimittat: donec quod grossuz est in fundo resideat. Deinde coquat ꝛ dispumet donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittantur ꝛ in ipso manere dimittant quousq; infrigidet. Cumq; infrigidatum fuerit extrahant. Ad cuius similitudinem sirupus de citonijs ꝛ sirupus de malis maciantis fieri conuenit. ¶ Si aũt vomitus hora aliqua nimis inualuerit ꝛ superfluerit: magna ventosa stomacho supponat.

¶ De his q̃ cõfortant stomachũ ꝛ ciboꝝ pficiũt digõnẽ. Capi. 63.

Cum stomachi debilitas cũ pauca siti: ꝛ tarda cibi a stomacho descensione: ꝛ acido ructu fuerit: fuerintq; omnia accidentia hec parua neq; fuerint vetusta: stomachus cũ trociscis de rosis erit curandus. De quibus eger quotidie in mane pondus aurei vnius ꝛ. ʒ. cum vnc. i. decoctionis de seminibus sumat.

¶ Decoctio autem de seminib⁹ hec est. sumat ciminũ nabati ꝛ ameos ꝛ bulliant in niua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cũ trociscis de rosis vt predictum est in potu tribuatur.

¶ Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosarum rubearum. ℨ. iij. xiloaloes spice masticis xilocassie squinanti cinamomi absinthij omnium añ. ℨ. i. conspergantur ex vino veteri ꝛ informent trocisci. ¶ Nutriatur vero ex his que cito digerunt ꝛ paucoꝝ sint humoꝝ ac paucarum superfluitatum: que etiaz ex redolentibus ꝛ seminibus sint condita sicut sunt calagie ꝛ mutagenat. ¶ Ipse quoq; ante comestionẽ multo vtatur exercitio ꝛ aquam minus solito bibat ꝛ post comestionez multũ dormiat. ¶ De vino quoq; veteri ꝛ puro paruz bibat: totamq; nutrica-

tionem minuat. ¶ Quod si hec accidētia vetusta fuerint electuarium diacimini: electuariū diaolibani: amboꝝ añ vnius aurei pondus cū vnc. vna veteris vini puri in potu sumat. Regimen autem eius sit vt ꝑdiximus.

¶ Electuarium diaciminū. ℞. cimini carmeni. ʒ. c. zinziberis. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. folioꝝ rute baurach panis amborum añ. ʒ. x. Hec omnia cum melle dispumato conficiant et detur de hoc electuario si vēter strict⁹ fuerit. Quod si solutus fuerit venter electuarium diaolibanū est dandū. Cuius descriptio in capitulo de vētris solutione cōtinet. Si autem nō suffecerit squama ferri cum vino tribuatur.

¶ Scoria autē ferri hec est. ℞. seminis apij seminis feniculi anisi cimini ameos amudē origani cheisim carui seminis coriandri melanopiperis macropiperis cinamomi thuris spice gariofilorum nucis muscate ciperi zinziberis omnium añ pondus aurei vnius scorie aureos. x. omnibus sexcuplum vini addat et coquatur donec ad medietatem redeat et coletur: deinde eger de hoc sirupo postq̄ colabit pondus. ʒ. xxx. quotidie bibat et nutricationē allevietquod per tres hebdomadas faciēs caueat sibi ab acetosis et a fructibus recentibus et ab aqua frigida: vinū vero mensurate bibat.

¶ Emplastrum stomachū confortans et calefaciens. ℞. storacem spicā squinantum absinthium calamum aromaticum masticem. Ex his cum vino veteri et succo citoniorum conspersis emplastrum super stomachū ponatur.

¶ Ad hoc preterea confert: vt stomachus fricando inungat ex oleo qđ fit de spica nardi et cipero et vt lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta sup stomachū ponat et cū panno liget. Eger quoq; vinum vetus bibat: aut miuam: aut idromel.

¶ Miua aūt hoc modo fiat: succus citonioꝝ muroꝝ sumat et per diem et noctē vt residere possit dimittat et colet. Deinde eius qđ clarum est partes due sumantur: zuchari pars vna: vini veteris vna et incipiat coqui suauiter et dispumari donec in iulep similitudinē transeat: postea pro vnaquaq; libra ex toto sumant zinziberis spice cinamomi gariofi. omnium añ. ʒ. i. masticis. ʒ. ij. omnia hec puluerizata in panno ligent et intus dum calidū est mittant et cum infrigidari ceperit pannus extrahatur et exprimat deinde sirupus recōdat. ¶ Quod si digestiue debilitas fuerit cum multa siti et paucorum ciborum appetitu et fetido ructu sirupus acetosus de citonijs bibatur.

¶ Sirupus acetosus de citonijs. ℞. succi citonioꝝ acetosoꝝ partē vnā zuchari albi partem vnā aceti clari quartā partē vnius coquant omnia simul donec inspissent. Est autē sirupus iste stomachi confortatiu⁹ et ad suas peragendas actiones iuuatiuus et vehemētiā inflāmationis et incēsionis q̄ in eo est sedat. ¶ Egri vero nutricatio sit res in qua simul congregant acetositas et stipticitas vt est caro cum succo vue acerbe cocta et cū malis macianis similiter cocta et cū ribes et frigida ex albulez

⁊ amoſoſi ⁊ illis ſimilia ex cibis.
¶ De iſto p̄terea det̄ puluere pluries vt transglutiat:qui.℞.roſarū rubearum.ʒ.x.spodij.ʒ.iij.ſeminis coriandri.ʒ.ʒ.doſis eius.ʒ.ij.cum ſucco granati muzi ⁊ cum ſirupo acetoſo de citonijs.¶ Si autem cuȝ hoc quod diximus fuerit in corpore extenuatio ⁊ inflammatio: egro lac ⁊ aqua ordei danda ſunt.¶ Ipſe quoqȝ ex herbis humectantibus eſt nutriendus vt ſunt lactuce malue cucurbite citrulli carnes edorū ⁊ agnorum lactantium ⁊ piſces recentes.
¶ Balneū p̄terea anteq̄ȝ comedat ⁊ poſtq̄ȝ comederit ⁊ tinaȝ quotidie ingrediat̄ ⁊ vinū clarū valde tēperatū bibat:⁊ aſſidue vtat̄ gete:⁊ motū ⁊ exercitiū vitet: ſitqȝ totū eius regimē vt eius qui corpis groſſitiem adipiſci deſiderat. Et ſi cū hac diſpoſitōe inflāmatio fuerit ⁊ incēſio vehemētiſſima:ſtomachus ex reb⁹ frigidis erit liniēdus ⁊ aqua ordei dāda. Sitqȝ eius regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore ⁊ apoſtemate ſtomachi. Capi. 64.

SI cum dolore ſtomachi adſunt tribulatio ⁊ nauſea:egro aqua tepida in potu eſt tribuēda:⁊ vt vomat p̄cipiēdū: Et ſi hoc nō ſuffecerit vēter ex hiera pigra ſoluat̄:q̄.℞.pulueris roſaꝝ rubeaꝝ ſpice maſticis xilobalſami carpobalſami cinamomi xilocaſſie aſſari omniū añ.ʒ.ʒ.aloes ſcotrenſis duplum omnium quod bene tritū cū alijs miſceat̄ medicinis tritis:⁊ cum panno ſericino ſubtiliſſimo cribellatis: quarū trituratio cum aloe ſecundo iteret̄. Cuius doſis ſit a pondere duorum aureorum vſqȝ ad.ʒ.ij.¶ Egro quoqȝ quotidie det̄ panis in vino ⁊ ſucco mali granati infuſus:⁊ in ſirupo acetoſo de citonijs.¶ Quod ſi cuȝ dolore fuerint ructuum multitudo ⁊ extenſio atqȝ ſingultus: egro electuarium diacimnum:⁊ de calamento ⁊ alie confectiones que ventoſitatem diſſoluere conſueuerunt que in capitulo de colica nominabim⁹ danda erunt.¶ Cibaria vero eius ſint calagie ⁊ mutagenat cuȝ ſeminibus:vini veteris puri parum bibat ⁊ vtatur motu ⁊ ingrediatur balneum. Stomachus quoqȝ ex oleo de neriden vt diximus in panno inuoluto vaporetur.
¶ Si autem cuȝ dolore ſtomachi fuerit febris ⁊ apoſtema manifeſtum ⁊ cum tangitur ſentitur calidus:eger prius ex baſilica flebotomet̄ ⁊ loco dolenti duo ſuperponant̄ ſandali ⁊ roſe ⁊ camphora cum aqua roſata ⁊ ſucco citoniorum.¶ Nutrimentum vero eius non ſit niſi ſola ordei aqua: ⁊ cuſtodiatur a carne ⁊ vino ⁊ confectionib⁹ que de melle fiūt ⁊ bibat ſuccum granatorum muzoꝝ ⁊ rob de fructibus frigidis.¶ Cūqȝ caloris vehementia ſedata fuerit:egro caſſia fiſtula in ſucco endiuie diſſoluta ⁊ bullita ac diſpumata ad bibenduȝ detur.¶ Cum auteȝ egritudinis dies elongati fuerint:⁊ calor omnino quieuerit ſi remanſerit apoſtema cum duritie: ex hoc emplaſtro epithimetur locus quod.℞.violarum ſiccarum.ʒ.x.roſarum rubearum.ʒ.ʒ.ſpice odorifere maſticis amborum ana.ʒ.iij.ciperi ſquinanti calami aromatici omnium ana.ʒ.ij.farine fenugreci.ʒ.xx.florum camomille ſeminis maluauiſci

albi farine ordei omnium ana. ℥. x. conspergantur omnia ex mucillagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplastretur ex predictis per quattuor horas anteq̄ comedat. Et postq̄ cibus fuerit digestus: & stomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neriden cum lana vt diximus vaporetur.

¶ Cōfectio olei nardini simplicis. ℞. olei de ben lib. i. spice vnc. s. masticis costi ciperi squinanti calami aromatici omnium anā. octauam vncie vnius. omnia hec puluerizata in predicto oleo posita ad solem p hebdomadam vnam vasis ore clauso dimittatur: deinde colentur & exprimātur feces: & scophe que in manibus remanserint emplastris admisceantur. optime enim erunt. ¶ Cum autem apostema in stomacho inueterauerit: trocisci de spica erunt dandi: qui. ℞. florum squinanti xilocassie rauetseni calami aromatici spice omnium anā. ℥. iij. croci mirre anisi costi piperis omniū anā. ℥. i. bdellij varij. ℥. iij. masticis. ℥. ij. armoniaci. ℥. i. informentur trocisci: quorum vnusquisq̄ vnū ponderet aureum: ex quibus vnus quotidie cum vino cocto detur.

¶ Emplastrum quoq̄ istud fiat: quod. ℞. bdellij mollis. ℥. x. armoniaci ℥. v. seminis ben seminis apij amborum anā. ℥. x. spice masticis nigri: amborū anā. ℥. v. cere. ℥. iij. olei de neriden. ℥. xv. gūme in vino dissoluantur: deinde omnia coniungantur & fiat ex eis emplastrum. ¶ Ad dolorem tamen stomachi & epatis curandum medicus valde eruditus est necessarius: qui ipsorū diligenter attendat dispositiones. Nos tamen aggregatōes & summas ad hoc conferentes iam diximus: & inquantū potuimus in hoc abbreuiauimus sermonem.

¶ De singultu. Cap. 65.

Cum singultus post grossi cibi comestionem: aut vini valde temperati bibitionem superuenerit: aqua calida in qua ciminum & mēta & mentastrum & parum thuris bullierint: multotiens in potu erit sumenda: & egro vt dormiat est precipiendum: & venter vaporandus: & ieiunandū est ei. ¶ Cum autem per multos dies a comestione abstinuerit iubendus est balneum sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccantibus tamen est alendus sicut sunt calagie & mutagenat cū seminibus & vini puri parum in potu tribuēdum. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dandi sunt qui dicuntur trocisci de thure: &. ℞. thuris. ℥. s. enule ℥. iij. mentastri foliorum rute sicce amborum anā. ℥. ij. seminis nemen. ℥. iij. & . s. informent ex his trocisci pondere vnius aurei: ex quibus vnus in die cum apozimate cimini tribuatur. ¶ Quod si singultus post febrem acciderit: fueritq̄ cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua calida egro multotiens danda erit: non tamen repente sed paulatim. ¶ Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcibus detur. Spondiles quoq̄ colli & dorsi ex oleo tepido inungantur & fricentur: & mucillago psilij cum iulep & succo granati in potu tribuat. ¶ Singultui preterea & sternutationi confert retinere anhelitum.

¶ De canino appetitu. Cap. 66.

CUm aliquis famem assidue patitur: & cibus post comestionē adeo grauat eum: vt aut vomere aut per inferiorem regionem ipsum eijcere cogatur: rizi dandum est ei: qd dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui i furno assatur impinguatur & cauda & ei similia: necnō ex oi cibo qui vnctuosus est. Et vinum vetus purum dandū est: de quo quā tum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est vt euomat: & hoc regimine conseruandus est donec sanetur. ¶ Qd si neq cibus eū grauat neq ipsum euomit neq per secessum expellit: carnes vaccine sunt dande & frumentum coctum vt puls & rizi cum lacte: & aquam frigidam in potu sumat: & in aere frigido moretur. ¶ Hac autem egritudine laborans nil acetosum & stipticum neq acutum comedat: sed dulcibus & vnctuosis solum vtatur.

¶ De colore epatis. Cap. 67.

CUm quis male fuerit coloratus & cum hoc malam habuerit formam: habueritq dolorem in dextro latere apud costas posteriores: & fuerit eius malus color citrinus: & fuerit cum hoc in ore siccitas: & sitis vehemens: aqua ordei & succi herbarū vt endiuie & solatri & cuscute cum sirupo acetoso ex zucharo albo facto in potu tribuantur.

¶ Emplastrum quoq ex duobus sandalis & rosis & camphora & aqua rosata: cum panno lineo loco supponatur. Qd hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur: cūq tepere ceperit remoueat: & alius loco eius apponatur.

¶ In potu preterea sumat granatorum succum & robub qui infrigidare consueuerunt. ¶ Hic quoq a vino & a confectionibus que de melle fiūt sibi caueat & a cibis calefacientibus: & sumat trociscos de berberis: qui ℞. succi berberis. ʒ. x. seminis endiuie citrulli seminis portulace semis omnium añ. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. I. spice. ʒ. S. Informent trocisci pondere aurei vnius: ex quibus dentur vnus cum sirupo acetoso de zucharo aut cum succo granati. ¶ Venter quoq si necesse fuerit cum succo fructuū soluat: vt sunt pruna & tamarindi: & zucharo albo. ¶ Qd si malus color qui est cum dolore capitis fuerit albus medius videlicet inter eum qui est cum fluxibilitate & cum qui est cum tumore: fuerintq cum eo ventris solutio & palpebrarum atq extremitatum tumor: trocisci de rauetseni cum sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: qui. ℞. masticis succi eupatorij succi absinthij seminis feniculi: anisi omnium ana. ʒ. ij. rauet. ʒ. x. informentur trocisci pōdere aurei vnius: ex quibus vnus in potu omni die tribuatur.

¶ Sumantur preterea spica mastix ciperum squinantū calamus aromaticus crocus mirra: deinde mirra & mastix in vino dissoluta cum alijs misceantur: & ex eis emplastrum epati superponatur. ¶ Eger vero a cibis grossis & frigidis abstineat. ¶ Si aūt hec non suffecerint: trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt dandi. Trocisci autem de lacca sunt qui. ℞. lacce rauetseni amborū añ. ʒ. iij. spice seminis apij

ameos masticis squinanti seminis iuniperi amigdalaꝝ amararuz costi amari rubee succi eupatoriȷ́ assari aristologie rotunde gentiane omniũ ana.ʒ.i.⁊.s. Informenť ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Apozima d̄ radicibꝰ. ℞.corticis radicum apiȷ́ feniculi amborũ añ.ʒ.x.seminis apiȷ́ seminis feniculi floris squinanti ameos omniuz añ.ʒ.s. rosarum rubearum spice odorifere amborum añ.ʒ.iiȷ́.coquanť in lib.i.aque donec ad tertiam redeat:⁊ detur in potu cũ predictis trociscis.

¶ Si autem apostemata in epate fiant:eorum cura erit vt apostematum que in stomacho generantur.

¶ De icteritia. Cap. 68.

SI cuz icteritia fuerit febris: succus endiuie ⁊ solatri ⁊ aqua ordei egro in potu tribuať. Ipse quoqꝫ ex cucurbita ⁊ crisolocanna ⁊ citrullis ⁊ his similibus herbis frigiditati attinẽtibus nutriendus est. ⁊ sirupum acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶ Epati preterea emplastrũ ex duobꝰ sandalis est superponenduz:⁊ venter ex succo prunoruz ⁊ zucharo soluendus. Que si non suffecerint:trocisci de cãphora cum succo granatoꝝ dandi sunt.

¶ Trocisci de camphora. ℞.zuchari spodiȷ́ rosarum rubearum oium añ.ʒ.iiȷ́.seminis endiuie seminis citrulloruz cucurbite lactuce portulace seminum ex omnibus sandali rubei omniũ añ.ʒ.i. Informenť ex his trocisci pondere.ʒ.iȷ́.ex quibus quotidie vnus cũ sexta.ʒ.vnius de cãphora detur. ¶ Si autem eger venas habuerit plenas fueritqꝫ diu ex quo minutus non fuit flebotometur. ¶ Q̄d̄ si icteritia fuerit sine febre: venter ex his pillulis soluatur:que. ℞.aloes.ʒ.i.scamonee quarta.ʒ.i. agarici partes duas.ʒ.vnius:succi eupatoriȷ́ tertia.ʒ.i.ex his cuz succo endiuie confectis:fiant pillule:sufficient ad dosim vnam. Deinde dentur trocisci de lacca cum apozimate de radicibus. ¶ Si autez icteritia in oculis remãserit:eger fortissimũ acetũ paulatim olfaciat ⁊ balneuz ingrediatur. ¶ Eius quoqꝫ oculis qui icteritiã cuz febre patitur:aqua rosata imittenda est. ¶ Icteritie preterea valde confert: vt eger ꝑ tres hebdomadas serum bibat.

¶ De idropisi. Cap. 69.

CUm venter post epatis dolorem ⁊ febres augmẽtari ceperit:⁊ q̄d̄ est ab vmbilico vsqꝫ ad femur exterius prominuerit:⁊ cutis q̄ ibi est subtiliari ⁊ albere visa fuerit:⁊ cum venter mouetur auditur sonitus quasi aque in vase nõ pleno mote. Et si cum his vrina fuerit rubea parua habẽda est fiducia:⁊ ꝓprie si virtutis nõ affuerit fortitudo. His tamen si virtus fuerit fortis:⁊ venter vehementer siccus pillule de rauet que recipiunt mezerion sunt dande.

¶ Pillule aũt de rauet sunt que. ℞.rauet seni succi eupatoriȷ́ seminis endiuie:omnium añ.ʒ.iiȷ́.agarici.ʒ.v.mezerion.ʒ.x.fiant ex his pillule quaruz dosis sit.ʒ.iȷ́.s.ex quibus quaqꝫ hebdomoda dosis vna sumať.

¶ Q̄d̄ si virtus debilis fuerit:trocisci de mezerion sunt dandi:qui. ℞. seminis endiuie.ʒ.x.mezerion.ʒ.i.⁊ duas tertias:agarici succi eupato-

vij:similiter tantundem rosarũ seminis citrullorum amborum aã.ʒ.ij.ʒ.5.ex his omnibus fiant trocisci.x.de quibus vnus in die cum sirupo acetoso de zucharo dandus est.¶ Si autem venter fuerit solutus:dentur trocisci de berberis cum sirupo acetoso.¶ Eger quoqꝫ nutriatur ex cibregi ⁊ bibat sirupum acetosum de citonijs. Et si ventris solutio vehemens fuerit:citontorum rob solum dandum est.¶ Si autem cum hac passione non fuerit vrina rubea neqꝫ calor:pillule iste dande sunt que.℞.mezerion serapini amborum aã.ʒ.5.salis indi fimi columbini amborum aã.sextã ʒ.i. Pillule enim iste aquã vehemẽter expellũt:⁊ descendere faciũt.Trocisci preterea de lacca cum apozimate de radicibus dandi sunt.

¶ Emplastrum asciti conueniẽs.℞.farine ordei ciperi stercoris ouini veteris baurach boliarmeni omnium partes equales.Ex his omnibus tritis fiat epithima super ventrem.Huius nãqꝫ proprietas est:aque magnam partẽ exiccare.¶ Qđ si in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apostema molle:⁊ testiculi apostemantur facieſqꝫ ac totum corpus mollicie quadam teneatur:erit tũc hydropis species que hiposarcha nominatur.Egro itaqꝫ hac laboranti:trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt tribuendi:⁊ venter quaqꝫ hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus:⁊ patiens in arena calida sepeliendus.Et preterea est precipiendum vt exercitio vtatur:⁊ famem ac sitim sepe patiat.¶ Si vero venter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cum percutitur sonitum reddit vt tympanum:idropisis species adesse significabitur: que tympanites dicitur.Quam qui patitur a comestione olerum abstinere debꝫ atqꝫ eorum omnium que ventositatis sunt generatiua. Venter quoqꝫ omni die ex panico est vaporandus:⁊ ventose super ventrem ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt:vt diaciminũ electuarium de baccis lauri qđ in capitulo de iliaca nominabimus. Eger preterea exercitio vti assuescat:⁊ famen pati:⁊ ex collirijs que ventositatem dissoluunt:quorum faciemus mentionem sibi subijciat. Venter quoqꝫ cũ mandili donec incipiat rubere:fricet: ⁊ ex oleo rutaceo clisterizet.

¶ De dolore splenis. Cap. 70.

SI cum dolore splenis fuerit calor ⁊ vrine rubedo ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat. Trocisci de agno casto.℞.seminis agni casti tamarisci seminis amborum ana.ʒ.x.seminis endiuie seminis portulace:amborum ana. ʒ. v.ex his fiant trocisci:de quibus quotidie detur vnus cum sirupo acetoso de zucharo:cuius pondus sit.ʒ.iij.¶ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flebotometur.Splen quoqꝫ ex frusto filtri aceto calido infusi embrocetur ⁊ obseruetur a rebus dulcibus ⁊ cibis grossis.¶ Qđ si cum predicta egritudine non fuerit calor:egro trocisci de capparis dandi sunt:qui.℞.corticis radicum capparis seminis agni casti amborum ana.ʒ.x. scolopendrie.ʒ.vij. aristologie longe foliorum rute seminis nasturtij acori nigelle oium aã.ʒ.iij.armoniaci.ʒ.iij.armoniacum in aceto dissoluatur:ex quo cetera conficiant:⁊ informẽtur ex eis trocisci ponderantes.ʒ.ij.ex

quibus vnus cum sirupo acetoso de melle: ꝛ apozimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si autem splen tensus fuerit: ꝛ cum premitur auditur sub eo rugitus: ex predictis trociscis cũ apozimate de radicibus est dandum: ꝛ vinum vetus bibendum: ꝛ potus aque minoretur quantum plus possibile fuerit.

¶ Emplastrum ad duriciez ꝛ ventositatez que est sub splene. ℞. folioꝝ rute. ʒ. x. baurach mẽtastri sicci amboꝝ añ. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. viij. armoniacum in veteri vino dissoluatur ex quo cetera conficiantur: ꝛ fiat ex eis emplastrum qđ loco superponatur.

¶ De colica: Cap. 71.

SI cum dolore ventris fuerit ipsius constrictio ꝛ nausea: sed neqꝫ calor affuerit: ea egro danda sunt que ventrem sine vomendi desiderio soluant: vt est electuariũ de gallia: qđ. ℞. masticis gariofil. zinziberis melanopipis macropipis cinamomi nucis muscate gallie oiuz añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. x. postea exprimantur citonia acetosa ꝛ recentia: ꝛ succus eorum cum eiusdez quantitatis melle misceatur ꝛ coquatur vsqꝫ ad spissitudinem paulatim: ꝛ conficiatur ex eo medicamen: qđ tamen eiusdem sit quantitatis cuius species sunt: cuius dosis sit a duabus. ʒ. vsqꝫ ad. ij. ꝛ. ʒ.

¶ Quod si nausee vehementia non fuerit: neqꝫ eger medicinas vomuerit: pillule iliatice sunt dãde: que. ℞. colloquintide: serapini: amboꝝ añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. iij. ꝛ tertiam. Informentur pillule: de quibus vnius aurei pondus est dandum. Velociter enim passionez dissoluũt iliacaz ¶ Si aũt passio iliaca difficilis fuerit neqꝫ medicamina ventris solutiua ei cõtulerint: hoc suppone collirium: qđ. ℞. salis panis. ʒ. x. colloquintide interioris scamonee amborum añ. ʒ. ij. ꝛ. ʒ. fiant ex eis colliria longa ꝛ supponatur. ¶ Et si non contulerit: ex enemate leui clisteri ʒetur: quod. ℞. ficus citrinas quinqꝫ furfuris quantum manu vna capi potest maluauisci. M. i. hec in panno ligata: ꝛ ficle folia. x. in duabus libris aque coquantur donec ad vnam redeant: deinde coletur ꝛ ponatur super eam baurach pondus aurei vnius: olei sisamini vnc. i. ꝛ fiat clistere ex eo. Siquis autẽ fortius ꝛ acutius facere voluerit: pondus aurei vnius de collirio quod prius diximus admisceat.

¶ Clistere vehemẽter soluẽs quo tunc vtẽdũ est cũ medicamina nõ cõferunt: neqꝫ venter soluitur. ℞. colloquintide interioris. ʒ. x. cẽtauree. ʒ. v. buchormarie arthanita amboꝝ añ. ʒ. ij. mẽtastri rute origani oiuz añ. M. i. omnia in tribus libris aque dõec ad duas tertias libre vnius redeant coquantur ꝛ colentur: deinde dissoluãtur in ea alkitran mellis: amboꝝ añ. ʒ. iij. castorei serapini oppoponacis colliriȷ̃ qđ p̃diximus oium añ. ʒ. ij. misceantur omnia: ꝛ dum tepidum est: fiat ex eo enema. ꝛ si squibale non exierint: iteretur clistere donec exire videntur. Hoc nãqꝫ clistere administrari dꝫ cũ res fortissima est ꝛ pessima: ꝛ in colica mala: ꝛ ẽ illa in qua sit nausea valde vehemẽs ꝛ infer⁹ nihil egredit.

¶ Huic preterea egritudini quandoqꝫ fetida superuenit eructuatio: ꝛ

plerūqȝ sterc⁹ p os egreditur: qđ cuȝ hoc accidit: sepe portendit mortē.
¶ Quod si cum ventris dolore non fuerit ipsius strictura: sed inflatio ꝛ rugitus ac tensio in ventre existunt: confectio de baccis lauri danda est. ℞. foliorum rute siccoꝝ. ʒ. x. ameos cimini nigelle keisin origani carui alexandrini: seminis amigdalaꝝ amaraꝝ melanopiperis macropiperis mentastri dauci acori bacharꝝ lauri castorei: oium aā. ʒ. ij. serapini. ʒ. iiij. oppoponacis. ʒ. ij. conficiantur cum melle eiusdem ponderis cuius dosis sit vt auellana vna: aut nabacca multis vicibus cum vncia vna vini calefacti: aut cum apozimate de radicibus. Huic enim cōfectionum remouenda ventositate ꝛ dissoluenda nihil equiparatur.
¶ Hoc preterea suppositorium subijciatur: qđ est ventositatis dissolutiuū. ℞. cimini folioꝝ rute viridis amboꝝ aā. ℳ. i. bucormarié arthanite amboꝝ aā. ʒ. ij. baurach. ʒ. i. conficiantur ex melle: ꝛ supponaẜ cuȝ spongia vel lana. Hoc enim dissoluit ventositatem ꝛ inferius expellit. Uenter quoqȝ assidue ex pāno calido vaporandus est: ꝛ eger in tinam mittendus. ¶ Si autem hec non suffecerint: ventosa cum igne imponēda est: ꝛ locus donec rubere incipiat fricandus. Post hec vnctio fieri conuenit ex oleo rutaceo: ꝛ ex alijs oleis calidis: ꝛ ex eis clisterizandus est eger postq̄ eis admixta fuerit: castorei euforbij āboꝝ aā. ʒ. ß. ¶ Hanc vero solitus pati egritudinē: dum sanus est caueat ne vinum aqua mixtum bibat: nec etiaȝ sumat vinuȝ nisi puꝝ ꝛ forte: neqȝ aquam multaȝ bibat ꝛ abstineat ab herbis ꝛ lacte: ꝛ omnibus inflatiuis.
¶ Filonium faciens ilios cum maximo coartantur dolore: ꝛ timetur ne sincopis egro superueniat: ventositatem carminat: somnuȝ ꝓuocat. ℞. piperis ameos folioꝝ rute mentastri castorei bacharuȝ lauri cimini omniuȝ aā. vnč. i. opij mandragore iusquiami seminis omniū aā. vnč. ß. conficiantur cum melle eiusdē quātitatis: detur ex eo pondus vnius aurei. Huic quoqȝ electuario addiẜ plerunqȝ scamonee vnč. tertia ꝛ fit tunc medicamen ventris solutiuū. ¶ Si autem cum dolore etiam febris affuerit: cassia fistula in succo endiuie bullito ꝛ dispumato dissoluta egro est danda: ꝛ sirupus violatus in potu est tribuēdus ꝛ nutriēdus est ex tasea cum oleo de amigdalis dulcibus condita: ꝛ ex leni clisteri clisterizandus. ¶ Cum autem locus doloris in ventre apparuerit grossus: ꝛ apostema habens: eger in principio flebotometur: deinde cassiafistula cuȝ succo herbarum sepe danda: ꝛ sit cibus eius cuius hic dolor ex consuetudine accidere solet: tasea vnctuosa cum zucharo ꝛ oleo sisamino: ꝛ abstineat a rebus stipticis ꝛ acetosis ꝛ cibis grossis ꝛ ventrem stringentibus. ¶ Qui autem cum hoc dolore ventositatē pati solitus est: cibetur cum kalagie ꝛ mutagenat conditis cum seminibus: ꝛ abstineat ab oleribus ꝛ lacte: ꝛ ab omnibus que inflant. Et bibat vinum forte ꝛ non viciatum. Aut idromel cum speciebus que pro cōdimento ponuntur: vt piper quas dicemus.
¶ Idromellis confectio. ℞. mellis mundi lib. i. aque lib. vi. misceātur ꝛ coquantur diu ꝛ spumentur bene donec fiat ad similitudineȝ iulep.

Cumq; hoc factum fuerit in vnaquaq; libra ex eo mittantur.ʒ.ij.piperis pulverizati in panno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius:⁊ cum infrigidantur extrahatur pãnus ⁊ exprimatur:⁊ cũ necesse fuerit propinetur.

¶ Confert etiã cui hec passio ex ventositate ⁊ grossa superfluitate accidere solet:oleum de cherua recenti cum apozimate de seminibus sumptum. ¶ Apozima autẽ de seminibus est hoc.℞.ameos cimini cheisim carui origani nigelle oĩum ana pugillum vnum. Istis admisceantur aque lib.iij.⁊ coquantur donec redeant ad libram vnam ⁊ mediaz. De hoc itaq; apozimate sumant vnc.ij.quibus.ʒ.iij.olei de cherua addantur:⁊ multis diebus bibant. ¶ Sed si cui dolor iste cum calore supervenerit pruna.xx.⁊ ficus citrine.v.⁊ passaꝝ enucleatarum.ʒ.v.sumant ⁊ coquantur ⁊ colentur:deinde cassiafistula in eo dissoluta coletur:cui oleum amigdalinuz admisceat ⁊ sumatur:⁊ ex apozimate qđ in capitulo de reumatismo diximꝰ in potu tribuatur. ¶ Venter vero si multũ fuerit siccus:predicto apozimati addantur pollipodij turbith:amboꝝ aã.ʒ.ij.⁊ coquantur cuz eo:⁊ detur donec venter soluatur. ¶ Cum aũt solutus fuerit remoueatur pollipodium ⁊ turbith.

¶ Electuarium qđ ventrem soluens inflationẽ resoluit:⁊ grauedinez. ℞.turbith albi fricati ⁊ pulverizati.ʒ.xx.zinzibis.ʒ.x. zuchari.ʒ.xxx. huius pulveris.ʒ.iij.ad bibendum dentur.

¶ Pillule de quibus cum quis ventrem soluere voluerit vnam sumere debet:que appetitum excitant ⁊ inflationez reprimunt ⁊ grauedinẽ ⁊ cibum digerunt.℞.masticis zinziberis cinamomi gariofiloꝝ neheremisk melanopiperis macropiperis scamonee violaꝝ zuchari oĩum aã.ʒ.i.fiant ex eis pillule ad magnitudinez ciceris:⁊ sumatur vna:mouet enim semel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Cap. 72.

Cum cibus in stomacho more solito non moraᵗ:imo citius egreditur non mutatus nisi parum fuerit:cum hoc mordicatio ⁊ dolor in ventre ⁊ sitis:cum quo etiaz plerũq; adest ventris fluxus in quo ante comestionez invenitur purulentum:detur egro rob de succo vue acerbe aut de succo ribes:aut de succo granatorum cum spodij rosarũ amborum aã.ʒ.i.

¶ Trocisci quoq; de spodio constrictiui itidem tribuantur.

¶ Nutriatur vero ex adesia citrina:⁊ pullis cuz aceto coctis:⁊ assatis: ⁊ in succo vue acerbe positis.

¶ In potu autem sumat sumach cum aqua rosata:⁊ deinde nutriatur ex cibo:cui admiscetur sumach:qui vocatur sumachia. ¶ Totũq; eius regimen ad hoc perducatur vt infrigidare possit ⁊ ꝯstringere. Quod si non fuerit cuz eo mordicatio in ventre:neq; qđ egreditur pus habet admixtum:sed est viscosum: ⁊ adest inflãmationis paucitas: ⁊ pauca sitis:⁊ ructus acidus:egro sicla ⁊ sinapis ⁊ pisces saluti tribuant. Deinde cogatur ea vomere sumendo salẽ ⁊ mel ⁊ anetum coctum. ¶ Que

si non suffecerint:medicamen quod expellit flegma tribuatur. Quod ℞.aloes.ʒ.i.collogntide interioris.ʒ.iiij. salis indi.ʒ.iiij.turbith.ʒ.i. Ex his fiant pillule:⁊ sufficiunt ad dosim vnam.
¶ Uomitu preterea sepe vtatur:⁊ cibaria quibus vtitur in almuri pso intingantur ⁊ comedat sulcita que sale condiuntur:⁊ que acrimoniaȝ habent:que appetitum prouocare consueuerunt. ¶ Si auteȝ cum hoc quod diximus nihil egreditur qđ sit superfluū:neqȝ qđ expellit aliqđ purulentum vel flegmaticum habet admixtum:egro vinum purum ⁊ forte tribuendum est:⁊ diaolibanum dandum:qđ.℞.olibani.ʒ.x.piperis ameos spice keisiȝ anisi nigelle : oium añ.ʒ.ij. balaustie.ʒ.x.mellis dispumati qđ sufficit ad ꝯficiendū:detur ex hoc in potu:q: stomachum calefacit ⁊ vehemēter desiccat. ¶ Apozima quoqȝ de senibus qđ in capitulo colice passionis noiauimus def ⁊ assuescat in potu sumere vinū puruȝ. ¶ Si vero cibus nō egredit sed res subtilis ⁊ alba ⁊ aquosa:cū qua sunt ea que epatis significant debilitateȝ: egro tribuat id qđ fit de scoria ⁊ diaolibanū:⁊ trocisci calefaciētes epar quos noiauimus:⁊ electuarium diacalamentū:qđ.℞.folioꝝ rute folioꝝ calamenti siccorum: ameos carui leuistici ziȝiberis cinamomi macropiperis:oium partes equales:ꝯficiant cuȝ melle cocto:⁊ dent alia medicamina que noiauimus in capitulo epatis:ex his que ipsuȝ calefaciūt ⁊ ꝯfortāt. ¶ Si aūt cum p̄dicta egritudine nō fuerit significatio debilitatis epatis:imo qđ egredit cum fluxu subtile est ⁊ album ⁊ fiat in stomacho grauitas:puluis de granatis ad transglutienduȝ dandus est:qui.℞.ossium granatoꝝ aceto soꝝ assatoꝝ tritoꝝ vt alcohol.ʒ.c.carui se.coriandri: amboꝝū aceto acerrimo infusorum : ⁊ postea assatorum añ.ʒ.xx.xilocaracte sumach balaustie: omnium ana.ʒ.x.puluerizentur optime ⁊ cōmisceantur:⁊ detur ex eis puluis ad transglutiendum. ¶ Electuarium quoqȝ qđ dr̄ cāzi def:qđ.℞.arilloꝝ passaꝝ tritoꝝ vt alcohol lib.i.mirtillorum siccoꝝ puluerizatoꝝ vt alcohol lib. ʒ.xilocaracte nabati balaustie se. tamarisci ameos oium añ ʒ.x.ꝯficiant cū melle de cāna mellis aut cū melle apuȝ optime dispumato:⁊ ex electuario sumat. ¶ Si aūt qđ egreditur citrinū fuerit:⁊ anuȝ mordicat:⁊ eger sitim patiat ⁊ febrem:trocisci cōstrictiui de spodio:⁊ aqua sauic ordei dent. ¶ Trocisci constrictiui de spodio.℞.rosaꝝ rubeaꝝ spodij:amboꝝ añ.ʒ.x.seminis acetose sumach balaustie gūmi arabici:oium añ.ʒ.v.Informent trocisci pondere.ʒ.ij.quoꝝ vnus cum vnč.de rob citonioꝝ simplici sumatur:aqua vero sauich ordei quā diximus ita fit.ordeū fractū in aqua ipsuȝ cooperiente bulliat donec aqua inspissef:deinde colef ⁊ bibant ex ea vnč.iiij. cuȝ tribus.ʒ.spodij:⁊ gūmi arabici eadē quātitate. ¶ Quod si ex fluxu ventris euenerit excoriatio puluis de bolo ad transglutiendum detur: qui.℞.psilij.ʒ.xx.seminis plātagīs.ʒ.x.gūmi arabici boli armeni:amborum añ.ʒ.iij.psilium assetur ⁊ gūmi : ⁊ bolum puluerizetur ⁊ cōmisceatur:⁊ sumantur in potu ex eo in mane.ʒ.iij.cum rob de citonijs ⁊ circa noctem tantūdem. ¶ Cibus vero eius sit pulmentum factuȝ cum

granis granatorum & passis cum aqua & aceto & cibus factus cum suc-
co vue acerbe & sumachia & tafea admiscetur succus sumach & his si-
milia cibaria.

¶ Trocisci de balaustijs qui continue conferunt diarie dandi sunt: cũ fluxus fuerit superfluus: siue habeat sanguinem admixtum siue non. ℞. gallarum siliquarum nabati seminis tamarisci olibani balaustie: oium partes equales: opij gũmi arabici ambor aã. partem mediam. Informentur trocisci pondere. ʒ. ij. ex quibus vnus cum vino sumatur: si neq calor affuerit neq febris. Sed si febris affuerit: cũ rob de citonijs acetosis sumat: qui tũc dandi sunt cu ventris fluxus superfluus fuerit.

¶ Trocisci ad tenasmon: qui dandi sunt cũ caloris absentia fuerit: & ventositas erit nociua & sonit⁹. ℞. seminis iusquiami albi: seminis aneti: seminis feniculi oium. ʒ. ʒ. ameos. ʒ. ij. & ʒ. opij. ʒ. iij. seminis apij. ʒ. x. fiant trocisci de quibus pondus vnius aurei in potu sumat.

¶ Cõfectio de storace q̃ ãtiquo vẽtris fluxui cõferẽs ac tenasmoni: cu neq febris neq calor affuerit: sed erit ventositas nociua: danda est. ℞. castorei opij assari storacis liqde myrre seminis iusquiami nigri thuris oium partes equales: mellis qd sufficit ad specier ↄfectionẽ: cuius dosis sit. ʒ. ij. vsq ad tres.

¶ Si aũt postq̃ tenasmon decẽ trãsierit dies non visa fuerint medicamina ↄferre: & eger supra pectinẽ sentit dolorez: redeũdũ est ad clistere.

¶ Clistere constrictiuũ. ℞. panici excorticati lentium excorticatar rosarum siccar balaustie cupular glandiũ oium aã. ℳ. i. oia in. iij. lib. aque coquantur donec ad librã. i. & ʒ. redeant & colentur: deinde sumãtur ceruse cineris papiri babilonici: aut cineris papiri ambor aã. ʒ. i. boli armeni. ʒ. ʒ. vitellus oui vnius assati durus: olei rosei. vnc. ʒ. Ex his oibus in predicto apozimate fricando dissolutis clisterizetur eger semel aut bis. ¶ Qd si teneasmon fuerit longi temporis in quo nõ egredit sanguis: sz rasura alba mucillagini silis: medicamen putredis qd in capitulo de cura gingiuar putridar noiauimus dãdum est. Ex quo in apozimate cor qd nominauimus fricato dissoluto clistere semel aut bis fiat. ¶ Et si ex ventris fluxu in ventre vehemens mordicatio secuta fuerit: clistere fiat ex oleo roseo tepido. ¶ Si autem nullo modo mordicat: clistere fiat ex illo medicamine: multotiens addatur donec sanet.

¶ Epithima de quo vẽter cum fluxus superfluit & virtus est debilitata liniendus est. ℞. gallie acatie ciperi mirre gallarum cipressi thuris omnium partes equales. Ex his oibus vino veteri aut succo citonior conspersis liniatur venter. Huic quoq quandoq addit panis biscoctus de suria. ¶ Si autem cum hac egritudine fuerit calor: epithima fieri conuenit ex duobus sandalis & rosis & boloarmeno & kaufel & gall & pane biscocto cũ succo macianor & citonior & mirtino:

¶ Qd si eger vehementer patiatur tenasmon: & sepe vadat ad sellam: & tamen nihil egrediatur: collirium istud subijciat. Est eni mirabile ad sedandũ tenasmõ qd. ℞. thuris litij croci gũmi arabici: omniu aã. ʒ. i.

opij.ʒ.ij.infomenť collirla ⁊ supponātur.

¶ De difficultate mingendi. Cap. 73.

Cum vrina minuiť aut ex toto retinetur neqȝ in femore apparet tumor neqȝ grauitas neqȝ dolor in renibus sentiť: succurrendū est ex medicaminibus vrine ꝓuocatiuis que noīabimus. ☞ Quoꝝ vnū est hoc qđ. ℞. seminis apij nitri rubee tinctorū olixatri seminis iunipi se. assari ameos semis feniculi spice amigdalarū amaraꝝ seminis melo nis oium ana. ʒ. x. cantaridarū quarū capita ⁊ ale abscisa fuerūt. ʒ. I. ar moniaci. ʒ. iij. armoniacū in vino dissoluať: ⁊ alie species ex eo cōficiantur: ex quibus fiāt forme auellanis similes de quibus sumanť ab vna ʒ. ad. iij. ʒ. hoc enim medicamē valde cōfert corpori cum dissolutionem patitur ⁊ laxitatē: ⁊ iposarche ⁊ ad expellēda oīa accidētia: cā quorūȝ corpus desiccari opȝ. ☞ Qđ si cōtingat mingēdi difficultas ex casu aut percussione in femore: aut in ano aut in eorum circuitu: eger ex basilica minuatur. Deinde aqua calida loco sepe superfundať: ⁊ vsqȝ ad spaciū medij diei ex oleis fricet. Egro quoqȝ pcipiať vt vrinam expellere nitatur. ¶ Si autem mingendi difficultas cōtingat vesica existēte plena ⁊ extensa: ⁊ sit hoc post sanguinis aut saniei mictum: medicamina q̄ trumbos sanguinis: aut pus quod in vesica generatur soluere consueuerunt ⁊ liquare: danda sunt. ☞ Medicamen quod trumbos sanguinis aut saniei que in vesica fit dissoluit. Recipe cordumeni mirre rubee de qua tingitur seminis iuniperi armoniaci, asse: omnium partes equales. armoniacum dissoluať: ⁊ informentur pillule ex alijs speciebus ex eo cōfectis: de quibus quater in die sumať cum apozimate d̄ seminibus qđ nominauimus. ☞ Sirupus etiam acetosus ex forti aceto factus multotiens detur. ☞ Per siringam preterea imittatur in vesicā aqua in qua dissolutus fuit sal aut aqua cineris: ⁊ ista est cōfectio aq̄ q̄ fit de cinere. ℞. cinerē de ilice cinerem de vitibus calı. calcem: his omnibus admisceatur tantum aque vt ex ea cooperiri possint: ⁊ dimittantur sic per tres dies: deinde coletur ⁊ per siringam in vesicam inijciatur. ☞ Herba quoqȝ croci hortulani ⁊ esula cocta superponanť. ☞ Tinā preterea assidue ingrediať: in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla sticados arabicus sansucus sisimbrium: aut in qua extremitates cauliū ⁊ esula ⁊ fimus columbinus cocte fuerunt. Eger in decoctiōe earū sedeat: ⁊ ex herbis istis sic coctis fiat emplastrū super femur ⁊ partes ei circūadiacentes. Et duȝ in tina moratur sumat in potu que vrine ꝓuocatiua existūt. Et si hec omnia nō profuerint: ad instrumentum cū quo vrina ꝓuocatur est recurrendū.

¶ Si a ūt mingēdi difficltas post lapidis signa affuerit: eger supin⁹ iaceat ⁊ pedes eius diuersis modis ⁊ fortiter quatiēdi sunt. Et si vrina nō egressa fuerit oportebit vt cū instrumēto cureť per quod membro imissum fit ipulsio. Cauendū tamen est ne virge imittatur: cuȝ est ibi aposte ma. Ad difficultatē quoqȝ val de confert sepe ingredi tinam: ⁊ vngere loca ex oleis ⁊ medicamina vrinā ꝓuocātia in potu sumere ⁊ abstine-

re a nutrientibus acetosis ⁊ ponticis ⁊ grossis:

¶ De lapide. Cap. 74

Cum eger virgam sepe fricat ⁊ manu tractat: ipsa quoqȝ quãdoqȝ erigitur ⁊ arescit: ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egredit: in qua egritudine fortasse etiã longaonẽ qñqȝ exijt: lapis in vesica esse significatur. Si aũt eger sentit cum difficultate mingendi vehementẽ dolorem in renibus: ⁊ in emunctorijs: ⁊ nauseã ⁊ ventris constrictionem: in renibus lapis esse monstratur.

¶ Lapidi vero qui est in vesica cõfectio ista vtilis existit: ⁊ est optima ad frangendum lapidem cum vetustus fuerit. Ego quoqȝ iam fregi cũ eo magnum lapidem in spatio minore quadraginta dierum. Cui⁹ cõfectio. ℞. carpobalsami seminis rafani dauci olixatri seminis corticis radicũ opoponacis corticis radicũ capparis amigdalaruȝ amararum dãnococtie squinãti ciperi spice ide cassielignee saculofundurion harmel gentiane aristologie rotunde assari cordumeni armoniaci serapini bdelij piperis acori: oium ptes equales: gũme sufficienti balsamo dissolute malaxent: ⁊ ex eis alie species conficiant: ex quibus informent pillule: ⁊ sumatur ex eis in die. i. ʒ. cum apozimate de seminibus. Qñqȝ etiam sexta pars. ʒ. vnius de cinere scorpionuȝ simul cum eis datur.

¶ Cinis vero de scorpionibus hoc modo fit. Scorpiones sumant ⁊ in ollã nouam positi os habentem oppilatuȝ super lacertulum in furno mittant: in quo non sit vehemens calor: ⁊ sint ibi sex horarum spatio: deinde extracti pulueriзent ⁊ reponant. ¶ Eger vero nutriat ex aqua ciceris ⁊ caligie ⁊ mutagenat. Et abstineat a lacte ⁊ caseo ⁊ ab alijs cibis grossis. ¶ Ingrediat tinam in qua sit aqua in qua cocta sint folia cauliũ ⁊ esula ⁊ berengesit ⁊ mentastrum ⁊ fimus columbinus ⁊ medulla seminis croci hortulani. ¶ Femur etiã inungatur ex oleo de scorpionibus: ⁊ distilletur ex eo in virgam.

¶ Oleũ de scorpiõibus. ℞. aristologie rotũde gẽtiane ciperi corticis radicum caparum: omniũ ana vnc. 1. Hec omnia in libra vna olei de amigdalis amaris posita ad solem per hebdomadaȝ vnam dimittantur ⁊ colent ⁊ exprimãtur: ⁊ pro vnaquaqȝ libra ex eo adiungant ei scorpiones decem: ⁊ totũ in vase cuius os oppilatũ sit missuȝ ad solem per duas septimanas moret: deinde colet ⁊ reponat. Est enim optimũ ⁊ mirabile: de quo quotitie in virga guttatim fundendus est postquaȝ eger vrina egredit. ¶ Qd̄ si lapis magnus fuerit: non inuenit aliud remedium: nisi vt cũ incisione extrahat. De hoc tñ loqui nostri libri hui⁹ modum excedit. ¶ Cũ aũt in renibus fuerit lapis: eger frequenter tinam ingrediatur ⁊ renes ⁊ ilia ex oleis inungant: ⁊ ex eis que locũ calefaciunt desuper cũ pãno ponant: vt sunt ea que nominauimus. In potu quoqȝ sumant ea que lapidẽ frangũt. ¶ Si aũt lapis ceciderit in virgã ⁊ obstaculum fecerit: aqua calida ab alto distillando ei superfundat donec rubere videatur: deinde oleũ tepidum guttatim supiaceat ⁊ fricetur: ⁊ si necesse fuerit; ad exteriora fugatur. Ex hoc enim mouebit la-

pis ⁊ exibit. Sed si magnus fuerit ⁊ difficilis: necesse est vt virga inferius incidatur ⁊ extrahatur.

¶ De nascentijs renū ⁊ vesice. Cap. 75.

APostema qȏ fit in renibus ⁊ in vesica comitat̃ febris ꝑmixta que non est vehementis caloris cū qua est horripilatio ⁊ rigor: ⁊ frequens mictus: ⁊ dolor in inferioribus dorsi ⁊ grauitas: ⁊ cum impellit̃ videt̃ egro ꝙ aliquid ibi suspensum sit. Cum hec itaq; signa visa fuerint: eger ex basilica flebotomet̃ eius partis in qua dolorē sentit: ⁊ grauedinem. Loco quoq; emplastra infrigidantia superponantur. Et si egritudo sic dissoluta fuerit bonū erit. ¶ Si āt febris ⁊ dolor ⁊ grauitas perseuerauerint: ⁊ vrina minutim ⁊ frequenter egreditur: significatur pus ibi colligi. Est igit̃ tunc super dorsum empl̄m ex camomilla semine lini furfure oleo sisamino cōspersis ponendū: ⁊ egro vt in tina sedeat precipiendū. ¶ Si autem eger minxerit pus: semina que nominabimus in capitulo de ardore vrine sunt danda donec pus minuatur: deinde detur trocisci quos in capitulo de mictu sanguinis ⁊ saniei nominauimus. ¶ Apostema vero qȏ in vesica fit deberet comitari febris cōclusa ⁊ difficultas mingendi ⁊ dissuria ⁊ femoris ⁊ virge dolor: ⁊ tunc eger ex basilica flebotomādus est: ⁊ fiat egritudinis cura quēadmodū prediximus. ¶ Est autem quandoq; renum apostema qȏ non peruenit ad saniem: imo transit in duritiē cū grauitas in renibus sine febre perseuerat. Est ergo clisterizandus ex mucilagine fenugreci ⁊ seminis lini ⁊ apozimate camomille ⁊ caulīū ⁊ meliloti ⁊ maluauisci ac furfuris ⁊ vomat frequēter. ¶ Renib⁹ quoq; supponat̃ empl̄m ex eis q̄ noiauim⁹. Et si vrina minui videt̃: cū illo vrinā ꝓuocantia dent̃. Hoc quoq; pro paruo nō est habendum: q2 ex eo peruenitur ad idropisim.

¶ De ardore qui fit in mictu. Cap. 76.

CUm eger dum mingit sentit ardorem ⁊ punctionē in virga: a salsis ⁊ acetosis ⁊ acutis abstinendus est ⁊ nutriendus est ex tafeis leuibus ⁊ cibrebegi ⁊ eorum similibus. ¶ Hoc quoq; medicamen ei dādum est: quod recipit seminis melonis excorticati. ʒ. xxx. seminis citrulli seminis cucurbite seminis portulace semis albi papaueris: oiū aā. ʒ. iij. seminis iusquiami albi. ʒ. ij. zuchari albissimi ad pondus oīū: de puluere horum quotidie in potu. ʒ. iij. in mane: ⁊ alie. iij. ʒ. circa noctem cum vnc̄. 1. sirupi violati aut iulep sumātur. Hec quoq; egritudo non est paruipendenda: q2 cum sit mansiua ⁊ perseuerans: prouenīunt ex ea in vesica ⁊ in instrumentis vrinalibus vlcera.

¶ De mictu sanguinis ⁊ puris. Cap. 77.

CUm aliq̄s ꝑ casum aut ꝑcussionē sanguinē minxerit: ex basilica flebotomet̃: ⁊ trocisci q̄ dicunt̃ trocisci d̄ charabe i potu tribuat̃.

¶ Trocisci de charabe. Recipe charabe gūmi tremule arboris: amborum aā. ʒ. ʒ. balaustie hypoquistidos: amborum aā. ʒ. ij. ⁊. ʒ. olibani. ʒ. ij. seminis apij opij: amborū aā. ʒ. 1. informentur trocisci pōdere aurei vnius. Ex quibus vnus omni die cum apozimate sumach tribuatur.

¶ Ad comedendum vero tribuat caro cocta cum sumach ꝛ caro cocta cuz succo vue acerbe. Abstineat a cibis acutis ꝛ salsis. Loco vero pcussionis superponatur emplastruz ex bolo armeno ꝛ achatie ꝛ aloe ꝛ licio confectis cũ aceto ꝛ aqua. ¶ Si aũt sanguinis mictus euenerit post comestionem ciborũ acutoꝝ aut potũ vini acuti: flebotomet eger ꝛ trociscos de charabe in potu sumat ꝛ eodem quod prediximus gubernetur regimine.

¶ Pus vero si minxit eger trocisci isti dandi sunt: qui. ℞. seminis melonis citrulli cucurbite omniũ absqꝫ corticibꝰ añ. ʒ. xx. boliarmeni gũmi arabici thuris pinguis sanguinis draconis omnium añ. ʒ. x. opij. ʒ. iij. seminis apij. ʒ. ij. informent trocisci põdere. ʒ. ij. ex quibus omni die vnus cum sirupi de papauere vnc. i. in potu tribuatur. ¶ Uirge quoqꝫ ex isto collirio immittat.

¶ Colliriũ de cerusa. ℞. ceruse sarcocolle olibani gummi arabici opij sanguinis draconis diuz partes equales: fiant ex eis collíria ꝛ p siringã fiat prius iniectio idromellis ꝛ mingat eger ꝛ post egressionẽ fiat iniectio istius collirij dissoluti in lacte asine.

¶ De his qui nõ possunt retinere vrinam. Cap. 78.

Cum eger multum vrine emittit ꝛ in emissione ardorez non sentit aut mingit in somno neqꝫ patit sitim neqꝫ corporis extenuatiõez incurrit: ea que vrinam constringunt danda sunt.

¶ Medicamẽ retinens vrinã. ℞. glandiũ. ʒ. i. olibani. ʒ. xxx. seminis coriandri sicci gũmi arabici boli armeni omniũ ana. ʒ. x. fiat ex eis puluis de quo in mane. ʒ. iij. ꝛ circa noctẽ totidẽ ad trãsglutiendũ dent. ¶ Qꝺ si cum hac egritudine sitis fuerit validissima clamosa ꝛ aqua que bibit cito egredit: aqua ordei cũ psilio detur ꝛ nutriat cum succo vue acerbe ꝛ sumach ꝛ similibus horum nutrientium: ꝛ cum cibo qui fit de simila ordei ꝛ masal: ꝛ raib acetosuz da ei in potu: ꝛ prohibeatur laborare ꝛ cũ muliere concumbere.

¶ Isti quoqꝫ trocisci in potu sumant qui. ℞. spodij. ʒ. x. lactuce semis portulace seminis amborum ana. ʒ. xv. coriandri sicci rosarum rubeaꝝ boli armeni omnium ana. ʒ. ß. balaustie. ʒ. ij. camphore. ʒ. ß. sumantur in potu cum succo granati acetosi.

¶ Herbe etiam frigide terant: ꝛ super renes ponant. Et caueat sibi a cibis calidis ꝛ vino: ꝛ ab omnibus que vrinam prouocant. Illud aũt qꝺ ex magno stolidoꝝ errore prouenit est: qꝛ dát in hac passione egro medicinas calidas vnde illico deducũt ipsum ad ptisim.

¶ De lũbricis ꝛ vermibꝰ qui nascunt in ano ꝛ in vẽtre. Ca. 79.

Qui hoc nocumento solitus est ledi a cibis grossis ꝛ vnctuosis sibi cauere debet: ꝛ quotidie anteq̃ comedat sumat bucellas aliquas cum sinapi. Hoc eniz ipsos generari prohibet. Si vero eos generari cõtingat: non conuenit aliud nisi vt expellantur. ¶ Medicamen ascarides expellens burungi excorticati cum valde famelicus est eger. ʒ. vij. sumantur.

¶ Medicamen magnos expellens lumbricos. R. burungi excorticati
turbit ſeminis nigelle omnium partes equales lupinorum naſturtij ca
canabil omniuȝ ana partē mediaȝ ſumant ex eo in potu. ʒ. vi. ¶ Prius
tamen bibat eger lac mox ut mulctū fuerit per tres dies: ⁊ deīde qua/
qȝ die quarta dietet ſe ⁊ de predicto medicamine in lacte adhuc calido
ut mulctum eſt diſſoluto ⁊ aceto dum valde famelicus eſt: bibat. Uer/
mes vero minuti qui in ano fiunt pro quibus generatur pruritus in
eo: ⁊ ideo cum fricatur anus expelluntur cum cotuȝ ex oleo abluto in/
uolutum immittitur: aut inuolutum oleo de criſomilis aut ſucco men
taſtri. Aut inuoluatur ex parua quantitate aloes ⁊ felle vaccino ⁊
ſupponatur.

¶ De hemoroydibus ⁊ fiſtulis ⁊ ragadijs que ī ano fiūt. Ca. So.

Dum ſanguis recens ſine dolore per inferiorem fluit regioneȝ in/
terpolate tamen non eſt conſtringendus niſi patiens ex eo debi/
litetur. A multis enim paſſionibus exinde liberatur. ¶ Si autem debi
litetur indiget conſtrictione: trociſci de charabe cuȝ ſucco ſumach dē/
tur. In comeſtione quoqȝ ſumat ſumachiam: ⁊ cibum qui cū ſucco vue
acerbe fit ⁊ ſimilia his de illis que nutrientia ſunt. ¶ Si vero multum
debilitetur nutriatur cum ſucco carnis cui plerumqȝ admiſcent ſuc/
cus citoniorum ⁊ vinū. Uinū quoqȝ bibat ſtipticū ⁊ ſuper epar ponat em
plaſtrum de ſpica quod in capitulo de epate nominauimus.

¶ Et ſi iſta non ſuffecerint cōfectio de ſcoria ferri detur: que recipit mira
bolanorum nigr. belliricorū emblicoruȝ omnium ana. ʒ. ſ. ſpice ſquinanti
ciperi ȝinȝiberis piperis ameos olibani omnium ana. ʒ. ij. ſcorie infuſe
in aceto per hebdomadam vnam: ⁊ poſtea torrefacte. ʒ. xv. conficiantur
omnia cum melle diſpumato quod fuit coctum cum apoȝimate embli
corum ſicut in capitulo de melancolia nominauimus de quo quotidie
ad nucis magnitudinem ſumatur. Hoc namqȝ hemoroydaruȝ ſangui/
nem ⁊ menſtruorum conſtringit: fluxui quoqȝ ventris longi temporis
remedium affert.

¶ Si autē in ano orit aliquid prominēs extra ex quo magnꝰ prouene/
rit dolor nec fluit ab eo aliquid: ſuccus cepe cū pauca lana: aut fel vac/
cinuȝ ſupponatur. ¶ Suppoſitoriū quoqȝ longū de ciclamine ſubijcia
tur: qđ patiens per totaȝ teneat noctē: ⁊ ſi cōtingat egredi remittat do/
nec ſcindat ⁊ egrediat ſanguis. ¶ Cum aūt dolor vehemētiſſimus fue/
rit ⁊ apoſtema magnū in ano flebotometur eger: ⁊ emplaſtrū hoc ſup/
ponat. Sedat eiȝ hemoroydarum dolorē cū adeſt apoſtema cū eis: qđ. R.
mellilotū camomillā que tādiu in aqua coquant donec diſſoluant: de/
inde ſumant ex aqua decoctionis earum quantū manu vna teneri poteſt:
vitellus oui aſſati vnus croci. ʒ. i. opij. ʒ. ij. ſeminis lini triti fenugreci
maluauiſci omniū aā. manipulū. i. Conficiant oīa ex rob in quo bdelij
ʒ. iij. diſſolute fuerunt ⁊ folia ſuperpoſita poſtq̄ eorum ſuperficies ex
oleo ſiſamino in quo adeps gallinaceus fuit reſolutus aut anatis mū
cta fuerit more emplaſtri ſuperponat dum adhuc tepida ſunt. ¶ Ali/

confectio dolorem ⁊ apostema sedans. Cepe album optime coctū teratur ⁊ cum butiro vaccino misceatur vt mollefiat ⁊ tepefactum ano in quo est apostema supponatur. hoc eniz dolorē vehemētē sedat.

¶ Cum vero in ano ragadias habuerit patiens que eum ledunt cum ipsius venter siccus est: pillulis de bdelio sepe vtatur: que. ℞. de mirabolanis nigris chebulis amboꝝ añ. ʒ. x. serapini. ʒ. iij. nasturtij albi. ʒ. ij. bdelij mollis ⁊ pinguis. ʒ. xv. dissoluatur bdelium in succo porrorum ⁊ ex eo conficiantur alia ⁊ informentur ex eis pillule ⁊ sumantur ex eis frequenter ab vna. ʒ. ad. iiij. Locus vero si adustionem patiatur ex vnguē to de cerusa inungatur.

¶ Si autez non sentitur in eo adustio vngatur ex vnguento qđ fit ex adipe qui in gibbo camelli inuenitur ⁊ bdellio qđ sic fit videlicet vnguentuz de sene. ℞. cere citrine olei sisamini adipis anatis medulle cruris vaccini adipis qui est in gibbo camelli bdelij omniū partes equales: bdelium prius in mucilagine seminis lini dissoluatur: deinde omnia misceantur: hoc enim optimuz existit. ¶ Si aūt eger ragadias in ano habuerit profundas a quibus fetens virus fluxerit: medicamen acutū qđ in capitulo de vlceribus descripsimus: eis superponatur: quod eger per duos patiatur dies. ¶ Et si in eis aliqđ remaneat quod resudet: medicamē iterū apponatur: quod eo vsqꝫ fiat donec locus siccetur ⁊ non resudet si fuerit ꝓfundum. ¶ Quod si ea que ibi sunt eminentia extra ⁊ pendentia fuerint: iterum vt arescant ⁊ nigrescant butirum tepidum multotiens superponatur donec nigredo ab eo remoueatur. ¶ Si autem resudatio reuersa fuerit: medicamen acutum iterum ibi apponatur. Et si non resudauerit: ex vnguento de cerusa curetur. ¶ Est etiaz quando eminentes hemoroydes extra curantur cauterizādo cū ferro. Loq tamē de hoc plus est q̄ huius nostri libri modus requirat.

¶ Fistule vero generantur in ano velociter quoniam figura eius facit illud esse necessariū que aut penetrātes sunt: aut nō penetrantes vtrinqꝫ. ¶ Cuz autē ꝑforate sunt vtrinqꝫ stercus egreditur ex eis ⁊ ventositas. ¶ Si autez nō egreditur neqꝫ stercus neqꝫ vētositas nō est penetrans ab vtraqꝫ p̄te. Loqui vero de eiꝰ cura ꝑfecte plus est q̄ hic noster liber expectat. Sz quia fere homines omnes semp maximū incurrūt errorem in cura huius egritudinis vnde maximū sequitur nocumētuz: nos excitabimus eos ad hoc qđ huic egritudini cōgruū erit ⁊ ostendemꝰ qualiter a predicto errore se custodiāt: ⁊ dicemus q̄ fistula vtrinqꝫ ꝑforata cū ab ano remota fuerit: nullo modo ferro est tangēda. Ex incisione eiz ferri cōtingit stercus inuolūtarie egredi. ¶ Est etiā aliud quare fistula ab vtraqꝫ p̄te ꝑforata ferro tangi nō debet. Quia toto tēpore vite eger sic ꝑmanere poterit: nō magnū faciēs nocumētū nec ꝓueniet ex ea aliquid nisi resudatio ⁊ fluxus. ¶ Si aūt illud qđ ab ea fluxerit fuerit acutū ⁊ mordicatiuū ⁊ fetidū habuerit odorē: cuiꝰ etiā quātitas quotidie augeatur erit fistula putrida ⁊ cuz herpete estiomeno cui ex medicamine

acuto ex eo quod complet omnia succurrendum est anteq̃ dilatetur ⁊ magnificetur.
¶ Cũ autẽ nõ resudauerit nisi pax neq; eius quãtitas quotidie augef neq; malus odor ibi augmẽtatus fuerit: nõ est in ea aliqd qđ sit timẽdũ nisi resudatio ⁊ fluxus. Que medicari põt donec siccef ⁊ detumescat: ⁊ nõ resudet per longũ tẽpus. ⁋ Si aũt resudatio redierit: medicamẽ p̃dictũ adhibeaf: ⁊ hoc modo poterit blãdiri per totũ tempus vite egri ⁊ nõ nocebit. ⁋ Modus adhibẽdi medicamẽ huic egritudini: ex collirio qđ in capitulo de fistula oculi nominauimus sumaf ⁊ optime teraf ⁊ fistula premaf donec quicqd in ea cõtinef egrediaf: ⁋ Et si radius eã ingredi poterit inuoluaf coto: deinde ex p̃dicto medicamine postquã mollificatũ fuerit inũctus in fistulã mittaf. ⁋ Si vero minime ingredi in ea radius poterit dissoluaf medicamẽ in aqua ⁊ subleuef coxa egri supposito puluinari ⁊ eo supino iacẽte p̃dictũ medicamẽ distillãdo super fistulã fundaf ⁊ fiat hoc in mane ⁊ circa noctẽ p tres dies ⁊ sedeat in aqua de curcuma ⁊ lauetur ex ea.

¶ De exitu matricis ⁊ ani. Capi. 81.

Cum anus extra egredif apostemate carẽs: ⁊ ita disponif q̃ si impellaf ingredif: ceruse balaustie gallar aluminis antimonij omniũ ptes sumanf equales: ⁊ redigant in puluerẽ: ⁊ sup anũ ex oleo roseo calefacto inũctũ puluerizenf ⁊ anus intromittaf ⁊ stringaf. qđ tamẽ fieri ꝯuenit: postq̃ eger a sella reuersus fuerit ne eũ cito surgere ad sellã sit necesse. ⁋ Sumanf etiã galle balaustie cupule glãdiũ folia mirti ⁊ coquanf in aqua donec rubea fiat ⁊ sedeãt in ea ⁊ lauef ex ea. ⁋ Qđ si anũ qui apostemosus est ingredi minime põt eger: aquã calidam frequenter ingrediaf ⁊ in ea sedeat ⁊ vngat anũ ex cera ⁊ oleo camomillino aut anetino donec ingrediaf. Cumq; intromissus fuerit: ex his que nominauimus curetur. ⁋ Uulua preterea si egressa fuerit: similiter erit medicanda. Est tamen necesse vt fortiter ligetur ⁊ vt egra semper supina iaceat ⁊ coxe superius eleuentur.

¶ De constrictione menstruorum. Cap. 82.

Pro supfluis mẽstruis cõstringẽdis trocisci de charabe per hebdomadã vnã sunt dãdi. Qui si nõ cõtulerint cõfectio de scoria def: ⁊ fiat minutio ex basilica. ⁋ Uentose quoq; ad mãmillas apponantur ⁊ in comestione stipticis vtatur cibis ⁊ hoc medicamen egra sibi subijciat: quod. ℞. olibani balaustie gallarũ antimonij achatie aluminis: omnium partes equales. Puluis horum optime tritorum cum pauca lana subijciatur: femur vero ⁊ dorsum ex epithimatibus que in capitulo de fluxu vẽtris nominauimus epithimentur ⁊ sedeat in aqua đ curcuma. Quod si ista non contulerint: ex alio pessario acuto fiat immissio ⁊ maneat in vulua.

¶ De prouocatione menstruorum. Capi. 83.

Cum ex retentione menstruorum magna sequitur passio trocisci de mirra dentur.

¶ Trocisci de mirra. ℞. mirre. ʒ. iij. lupinorum optime tritorum. ʒ. v. foliorum rute mentastri pulegij cimini rubee de qua tingitur asse serapini opoponaci: omnium ana. ʒ. ij. informentur trocisci ponderátes. ʒ. ij. ex quibus detur vnus in die cũ aqua in qua semen iuniperi coctuʒ fuerit. Hoc nãqʒ medicamen adeo vehemẽs existit in ꝓuocãdis mẽstruis: vt etiã fetum excutiat siqua eo sepe vtatur. ¶ Uẽtose quoqʒ sub curuatura poplitis sunt ponende: ⁊ flebotomia ex saphena facienda est. Postremo quoqʒ ventose femori sunt superponẽde.

¶ De fixuris que fiunt in matrice vel vulua Cap. 84.

Hec curande sunt ex medicatione ragadiarum ani: pessariũ quoqʒ ex adipe anatis ⁊ isopo ceroto ⁊ medulla cruris ceruini mixtis cuʒ cera dissoluta in oleo de lilio aut narciscino subijciatur: si neqʒ febris neqʒ acuitas affuerit. ¶ Qꝺ si illud fuerit cum calore ⁊ acuitate: oleuʒ roseum adhibeatur. Ex vnguento quoqʒ de cerusa similiter fiat pessarium. ¶ Si autem calor fuerit vehementior sumatur succus portulace aut lactuce aut mucilago psilij: ⁊ fiat tabula de plumbo similis marmori in quo teruntur colores habens in circuitu labium paruuʒ ⁊ ponatur in ea aliquis de predictis succis: ⁊ cuʒ pistello plumbeo adeo super ipsam moueatur donec de plumbo multum predicto liquori misceatur ⁊ inspissetur succus: ex quo fiat pessarium: postꝙ̃ oleum roseum ei admixtum fuerit: ⁊ supponatur. Hoc enim medicamen cancro vulnerato qui est in matrice optimũ existit: ⁊ alijs ei similibus.

¶ De plagis ⁊ cancro q̃ fiunt in matrice vel vulua. Cap. 85.

Si cum apostematibus istis adest calor ⁊ febris flebotomia ex basilica fiat: ⁊ patiens ex aqua ordei nutriatur: ⁊ liniãtur renes ⁊ femur ⁊ ilia: ⁊ sume ex epithimate apostematis calidi: ⁊ infrigidet locus quãtũ possibile est. ¶ Si vero postꝙ̃ febris ⁊ acuitas quieuerint: ⁊ ex apostemate aliquid remanserit: ex iniectionibus liquidis curetur: ⁊ mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat ⁊ maturetur.

¶ Pessarium mollificans dura apostemata matricis: ⁊ conferens doloribus in ea factis ⁊ paulatim eos qescere faciens. Recipe adipis anatis medulle cruris ceruini vel vaccini bdelij mollis croci vitelli oui assati fecis olei de seminibus lini fecis olei de lilio: omnium ana partes equales dissoluantur in vino aut rob ⁊ fiat ex his pessarium. Est enim optimum ad sedandum dolorem ⁊ mollificandam duritiem matricis. ¶ Patiens preterea sedeat in aqua in qua cocta sint fenugrecum ⁊ semen lini ⁊ cãmomilla ⁊ mellilotum ⁊ caulium extremitates singulatiʒ aut omnia simul.

¶ De nascentijs que fiunt in matrice vel vulua. Cap. 86.

Cum a vulua fluxerit sanies spissa: aut virus tenue: si ex ꝓpinquo manat loco neqʒ fuerit ibi profunditas fetida neqʒ putrida: sumenda sunt aloes ⁊ mirra ⁊ sanguis draconis ⁊ sarcocolla atqʒ olibanum ⁊ loco superponenda donec consolidetur.

¶ Si autem ex loco manauerit remoto: ex pessario qꝺ nominauimus in

capitulo de sanguine ⁊ sanie fiat proclixma.

¶ Si autem qđ fluxerit est fetidum: odorem habens maluz: ex pessario secundo acuto fiat iniectio: postq̃ locus mundificatus fuerit: ex aqua ⁊ melle iniectis per instrumentum ante eam.

¶ Si vero cum hoc qđ fluit affuerint punctio ⁊ dolor ⁊ apostema durꝫ qđ tactu discernitur: summopere cauendum est ne ex aliquo acuto medicamine tangatur: sed fiat iniectio ex confricatione plumbi quaz diximus: aut ex vnguento de cerusa: ⁊ flebotometur ex basilica. Et custodiatur ab omnibus que coleram gignunt nigrã: ⁊ seminibus ⁊ speciebus que pro condimento admiscentur cibis.

¶ De prefocatione matricis. Cap. 57.

Cum menstrua per longum temporis spaciuz retenta fuerint aut mulier a cõmixtione viri diu abstinuerit: licet valde affectauerit ⁊ euenerit grauitas ⁊ dolor in inferiori pte suminis ⁊ senserit quasi aliquid sursum trahi a parte suminis: fortasse post ista superueniet ei sincopis: ⁊ quasi mortua cadet. perpẽdi quoqꝫ vix poterit ꝙ ipsa attrahat aerem: vel habeat pulsum ⁊ forsitan prefocabitur ⁊ morietur: ⁊ fortasse sanabitur: laboriose tamen. ¶ Hec itaqꝫ passio illico vt euenerit curãda est: cuius curatio est vt pedes fortiter fricentur ⁊ ligentur ⁊ ventosa magna sumini superponatur. ¶ Obstetrici quoqꝫ precipiatur vt digitum oleo bene redolente inungat: ⁊ in circuitu oris vulue duz est intus bene cõmoueat. ¶ Naribus preterea condisi insuffletur: ⁊ circa aures ipsius voces clamando proferantur: ⁊ nihil qđ bene redoleat olfaciat: imo bene redolentia ⁊ algalia remoueantur. ¶ Et pecten ⁊ eius superiora ex eis epithimentur: ⁊ naribus malum reddentia odorem applicentur: vt stercus ⁊ castoreum ⁊ sulphur. ¶ Cum autez sanitati restituta fuerit: ex hac medicatione curetur: ne egritudo redeat. ¶ Qđ si egritudo h̃ post menstruorum euenerit restrictionez: ea dentur que menstrua prouocãt. Et in pedibus fiat minutio ⁊ ventose in eis opponantur. ¶ Si autem post longã viri dissuetudinez ꝯtingat: exquo ẽt sepius accidit: incipiat viri consuetudinẽ habere: aut obstetrix iteret illud sepe qđ p̃diximus in omni pauco tempore: aut medicamina que minuũt sperma dentur que prediximus. Et dentur trocisci de mirra quos in capitulo de menstruis prouocandis nominauimus.

¶ De mola. Cap. 58.

Mulieribus plerunqꝫ accidit passio ex qua pregnantium dispositionis similitudinẽ incurrunt. Venter namqꝫ crescit: ⁊ discolorate fiunt ⁊ retinentur menstrua. Motus tamẽ qui est in hac egritudine: non est vt motus infantis: imo quãdoqꝫ de suo mouetur loco cum duriter tangitur. Ad vltimum vero cum angustia ⁊ dolore frustuz carnis informe ac si pareret emittunt. Plerũqꝫ vero solũmodo ventositas ⁊ humorum multitudo emittitur: ⁊ deinde minuitur venter: ⁊ remouent accidentia. ¶ Postq̃ ergo tempus preterierit in quo scitur pueruz debere moueri si adesset trocisci de mirra dandi sunt ⁊ apozima de semi-

nibus ⁊ oleum de cheisim adhibendum: peſſarium ex ruta ⁊ mentaſtro
⁊ alia peſſaria predicta in capitulo de alleuiatione partus ſunt immittē-
da. Doſes quoqꝫ de pillulis fetidis frequenter tribuende ſunt: cuꝫ hoc
enim cito euadent.

¶ De ruptura inguinis. Cap. 89.

CUm aliquis in mirach ventris habuerit eminentiā que cuꝫ ſupi-
nus iacuerit: ⁊ locus digitis cuꝫ preſſus fuerit remouetur: ⁊ cum
ſederit redibit: paſſio adeſt que ruptura dicitur. ¶ Qui hoc itaqꝫ patit
ſibi cauere debet: ne poſt comeſtionē moueatur: neqꝫ comedat fabas: ⁊
hoc precipue: neqꝫ faſeolos: neqꝫ lentes: neqꝫ olera: neqꝫ aliquem cibuꝫ
inflatiuum. ¶ Studere etiam debet vt eius venter ſemper mollis ſit:
hoc namqꝫ regimine poſſibile eſt ipſum euadere dolorem. ¶ Loco pre-
terea aliquod ſuperponendum eſt obſtaculum ⁊ ſtringendum ⁊ ꝓpter ſe
cum ſe mouere voluerit. ¶ Groſſus quoqꝫ ſi fuerit ⁊ vētrē habuerit gra
uēꝫ: nō dꝫ vti motu niſi vēter prius ſub vmblico ampla cingat faſcia.
¶ Emplaſtrum ad rupturam. Recipe gallarum cipreſſi partes. ij. mir-
re ciperi ſanſuci gallaruꝫ achatie olibani gummi arabici omnium ana
partem vnam: gumme prius in vino reſoluantur ⁊ aggregentur cum
eis reliqua ⁊ ſuper rupturaꝫ egro ſupino iacente ponatur ⁊ ſtringatur
locus ⁊ non ſoluatur vſqꝫ ad ſex aut ſeptem dies. Poſtea egro ſupino
iacente ſoluatur ⁊ illico refecto de eo emplaſtro ſuperponatur. Ex hoc
eniꝫ prohibetur ampliari. ¶ In ruptura autem teſticulorū pellis aug-
mentatur qđ fit: aut propter ventoſitatem: aut propter aquam que ibi
congregatur: aut qꝛ inteſtina deſcendunt ad locū illuꝫ. ¶ Si vero pro-
pter deſcenſum inteſtinorum contingat: erit grauis ⁊ doloroſus: ⁊ ſen-
tiet dolorem cum tangentur. Taliter itaqꝫ patiens ſicut prediximus
regendus eſt ⁊ emplaſtrum predictum ſuperponendum ⁊ locus cuꝫ li-
gatura aſſidue eſt aſtringendus. Ruptura enim cum nō ſtringitur: di-
latatur ⁊ augmentatur ſemper. ¶ Si autem cauſa a qua fiat: locus ap
